
SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828,)
11 Dec. 1873.

CODEX FULDENSIS

NOVUM TESTAMENTUM LATINE INTERPRETE HIERONYMO

EX MANUSCRIPTO VICTORIS CAPUANI

EDIDIT,

PROLEGOMENIS INTRODUXIT

SINE COMMENTARIIS

ERNESTUS RANKE.

ACCEDUNT DUAE TABULAE PHOTOLITHOGRAPHICAE.

…………………………………………….

MARBURGI & LIPSIAE.

SUMTIBUS N. G. ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCCLXVIII.

1873, Dec. 11.

Minot Fund.

(624)

ILLUSTRISSIMO

COMITI AC DOMINO

OTTONI COMITI DE STOLBERG-WERNIGERODE,

SACRORUM STUDIORUM FAUTORI GENEROSISSIMO,

HUIUS OPERIS

PATRONO ET SOSPITATORI CLEMENTISSMO,

GRATUM AC VENERABUNDUM ANIMUM

TESTATUR

EDITOR.

Notes on OCR and Formatting:

The OCR output from Google Books was unusable, so I split the pdf file into single page tiffs, and ran them through my baby Apple Lombard Powerbook, using Omnipage 8 SE under OS 9.2. Though this utility will only accept 10 pages at a time, and does not have a Latin dictionary, its output is better than 95% accurate in reading the scanned pages downloaded as a pdf from Google Books:
http://books.google.com/books?id=4hgWAAAAYAAJ&source=gbs_navlinks_s

To assist proof reading, I have deliberately formatted the output text to be as close a mirror of the image file as I can get, using the fonts available to me.

I have only corrected obvious printer's errors, and I have inserted a notes accordingly with the corrections.

Please send comments, and reference to any errors you might find, to:
DaveAt168@btinternet.com

After much deliberation, I have decided to remove the commentaries.
I have retained Commentarius Diplomaticus in spirit, reformatting it as footnotes.
The Commentarius Criticus, though, is a job for someone better than me, and is hence, excluded.

Copyright, History, and ISBN.

This is primarily the work of Ernestus Ranke, but that copyright is long expired.
Essentially, this is a re-typesetting exercise, using a better typeset that that which Ranke had access to, and since the original manuscript has been made available in facsimile, cross-references to the manuscript have been added.
The fact that a machine running OS 9.2 indicates that the text files generated were part of a very early history, preceding the use of OSX.
This then dates the text document to about 2005 at the latest. Many alterations have been made, to correct OCR errors, and much has been undocumented.
The latest version now is a cleaned up version with a standardised format. The original format was done on an earlier version of Lulu, but now documents in both old, and new versions are gathered together, so an ISBN is required.

The International Standard Book Number (ISBN) is a unique identifier for your book. If you select Global Distribution, an ISBN is required.

9 781326 635992

PROLEGOMENA.

Codicem Fuldensem, quo Hieronymiana Novi Testamenti continetur versio, in pretiosis christianae antiquitatis monumentis esse numerandum, professi sunt quicumque recentiore tempore vel aliquam illius mentionem fecere vel accurtiori iudicio subiecerunt. Quorum in numero primum cito Ioannem Fridericum Schannat, qui in Vindemiis literariis, a. MDCCXXIII Fuldae et Lipsiae editis p. 217-221 illius conspectum satis accuratum dedit. Alteram nomino Carolum Lachmannum, qui quum probe nosset, quantae utilitatis esset ad textus graeci rectam constitutionem versionis Hieronymianae comparatio, in ea Novi Testamenti editione, quam cum Philippo Buttmanno annis huius saeculi XXXXII et L publicavit, huius versionis textui varias codicis Fuldensis lectiones inseruit evangelicamque eiusdem codicis partem sese ipsum editurum esse complures per annos hominibus doctis exspectationem fecit, gratam quidem eam, sed non expletam. Tertium criticorum N. T. qui uiuunt absque dubio principem Constantinum Tischendorfium dico, virum reverendum, quocum ex adolescentiae inde tempore arctis amicitiae vinculis me coniunctum esse laetor, qui tum in prolegomenis codicis Amiatini a. MDCCCL editi (cf. p. XXIII, XIV), tum in docta largaque quam septimae suae Novi Test. editioni praemisit praefatione (cf. p. CCXLVIII) codicem nostrm et aetate et bonitate ad Amiatinum proxime accedere iudicavit eiusque aliquam cum illo comparationem instituit. Post illos ego ipse postquam anno MDCCCLV in Studiis Criticisque Heidelbergensibus de aetate codicis scripsi quinque annis post ad concelebrandum Universitatis Berolinensis iubilaeum codicis specimen tribus tabulis instructum edidi, in quo characteribus usus ad antiquam formam accedentibus epistolam Iacobi excudendam curavi easque quibus illa in codice illustrata est glossas anglosaxonico calamo scriptas publicavi, praemissa praefatione, in qua

pollicitus sum me totius codicis editionem, textum fideliter reddentem et modico pretio venalem, in usum theologorum pro viribus esse curatarum,

Quam quum doctis hominibus ad legendum porrigo, videtur consentaneum tum codicis brevem eamque idoneam descriptionem praemittere tum quibus maxime opus est commentariis diplomatico et critico, in quibus, de singulis eius correctionibus et lectionibus agitur, textum editum instruere.

I. Quae sit codicis Fuld. externa forma.

In bibliotheca Fuldensi si codex noster ex arca quadam vitrea, in qua cum duobus aliis libris manuscriptis, quos S. Bonifacius fertur possedisse, asservatur, ad conspiciendum tibi proponitur, librum oculis habes subiectum cistae simillimum corio vitulino munitum cuius oram ubi cultro resecta est gilvo colore illitam vides. Libri longitudo circiter. XV, latitudo VI, altitudo V est pollicum. Cuius operculum externum quum revolveris, interius aliud invenies ex ligno querno constans et corio ovillo obductum, quod argenteis ornamentis angularibus lamellisque ita instructum est, ut librum olim fibulis munitum fuisse appareat. Quo in tegumento fere medio scida membranacea agglutinata est, cui grandibus minusculi generis characteribus, praemissa tamen litera initiali, qualibus smaec. XV et XVI utebantur haec verba inscripta sunt:

Sanctus boni
facius presenti
libro functus
est $\overline{\text{du}}$ virit.

Quo tegumento revoluto membranae genus ex quo liber constat hic quidem crassius illic tenuius, omnino vero bonam atque satis album et illaesum invenies, exceptis prima ultimaque pagina, quae admodum tritae manuumque, quibus longum per tempus contrectatae sunt, sordibus naturalibus inunctae apparent: unde elucebit, librum diu tegumentorum munimento caruisse, Quae sub finem conspicitur litera L numerum quinternionum indicat, ex quibus liber compositus est, qui numerus quoniam unusquisque quinternio vigenas exhibet. paginas, mille totius libri paginas constitueret, nisi initium factum esset per quaternionem, quo fit, ut numerus ille quatuor paginis diminuatur. Sed huic primo quum praefatio una cum enumerationibus canonum praemissa sit, ex quibus ilia septem, hae septendecim paginas complent, sequitur codicem paginas mille octodecim continere. Quas ipsis

oculis foret exhibiturus, si quis, quod per sacram reverentium bibliothecariorum usqae ad hunc diem nemini licuit; unicuique paginae numerum suuni inscriberet. Atque omnes has paginas ab uno scriba exaratas esse non interrupta. scripturae optimae et quam continuam vocant aequalitate facillime conspicua edocemur.

II. Quae contineat codex.

Quo codicis utilitas critica paulo minuitur, literaria vero aliquanto augetur, non singula quatuor evangelia continet, sed evangelium e quatuor compositum, sive harmoniam evangeliorum, et quidem id ipsum exemplar, ex quo omnia harmoniae illius apographa quae a Memlerio, Palthenio, Schiltero, Schmellero edita sunt tamquam ex fonte profluxerunt. Ad quam pertinet quae primum in volumine locum obtinet praefatio Victoris episcopi Capuani, in qua de illius origine atque de iis, quae ad signandam sectionam ex quibus constat seriem sive ad exhibendos canones evangelicos ipse fecerit, copiose agitur, secundo loco canonum illorum duplex enumeratio, generalis et specialis ad hanc ipsam harmoniam adaptata, tertio attera quaedam praefatio, qua quod sit argumentum CLXXXII harmoniae capitulorum breviter exponitur.

Evangelicam Novi Test. Partem epistolae Paulinae excipiunt, introductae illae compluribus capitibus, quae. tura ad liturgiam tum ad isagogen concipiendasque illus temporis notiones theologicas faciunt. Liturgiae inservit recensus lectionum ecclesiasticarum ex epistolis illis excerptarum, quas Victoris tempore in Capuana ecelesia usurpatas fuisse patet, cui in textu notae marginales et cruciculae respondent pericoparum initium et finem indicantes, utilissimus iis, qui rei lectionariae veterum ecclesiarum perquirendae. operam dant: quem si Victor reliquarum quae sine dubio legebantur pericoparum biblicarum enumeratione complevisset, opus pretiosius etiam nobis videretur reliquisse. Isagogici valoris sunt quae de Paulinarum epistolaram argumento ac serie, deinde, quae de epistolae ad Romanos datae fine principali proferuntur. Biblicae quae dicitur theologiae prima stamina cognoscends sunt in ea, quae appellatur concordia epistolarum Paulin. i.e. in conspectu doetrinae Pauli ex omnibus eius epistolis hauriendae. Praeterea unicuique epistolae sua „brevis« i.e. capitulorum recensus suumque argumentum praemittitur. Epistolae vero ita ordinatae sunt, ut par earum, quae Thessalonicensibus scriptae sunt, praecedat epistolam ad Colossenses, post quam inserta est apocrypha illa ad Laodicenses, quae ex Fabriciano codice apocr. N. T theologis nota est, aliquo quidem argumento instructa sed falso, capitulorumque conspetu

carens. Quae ultimum locum habet epistolia ad Hebraeos argumento caret neque nisi X vel XII capitula sibi praemissa habet, quae usque ad iustam finem epistolae non pertingunt.

Librum actuum apostolorum argumento et capituloram indiculo instructum catalogus eorum locorum in quibus apostoli sepulti esse tradebantur praecedit, subsequitur vero corpus epistolarum canonicarum i.e. catholicarum, duplici prologo, quorum prior Hieronymi esse opus affectat, capitulisque singularum epistolarum exornatum. Deinde apocalypsis loannis sequitur, et ipsa tum prologo tum capituloram serie, introducta, finemque versus Damasi episcopi urbis Romae in beatam Paulum apostolum operi imponunt.

III. Quae sit codicis aetas.

Excellit inter omnes, quot sciam, codices antiquos Fuldensis eo quod certissima ostendit aetatis suae signa, ut fere quo scriptus sit anno definiri possit, Nam quum de illa inquirentes nos ipsa scripturae, qua utitur, ratione in saeculum sextum deducimur, tum per duplicem triplicemve inscriptionem manu eius viri, qui et editor codicis et primus. corrector fuit, ipsi illatam instruimur codicem intra quintum illius saeculi decennium esse conscriptum. Victor enim, qui taste Ughello (cftr. Italia Sacra sive de episcopis Italiae, Romae 1659, tom, VI, p. 367) episcopaIi Capuae throno evectus est anno salutis DXLI secundum ea quae sub libro actuum apost. propria manu intulit . eius libri lectionem peregit VI· non· mai· d· ind· nona· quinq· pc (lege - quinquies post consulatum) Basilii v· c· cs (lege viri consularis consulis) qui dies ex legibus chronographorum (cf. Petav. ration. temp. ed. Colon. 1720 111, p. 121) est dies secundus mensis Milis Mali anni DXLVI. Ad eundem annum inscriptio altera, ad sequentem tertia nos relegat, quas sub libro apocalypseos Ioanneae exaratae, postquam. a stolidis lectoribus infusa gailae tinctura iti obscuratae erant, ut aliquibas vocabulis exceptis impenetrabilem quandam maculam repraesentarent, ante hos duodecim annos a me atque Carolo Pertzio viro clarissimo. adhibitis chemicis e longa captivitate redemptae sunt. Nam in una ex his Victor se librum apud basilicam Constantinianam legisse sive lectionem peregisse profitetur d· kal· maias ind· nona q·· n p c basili u c cos (lege indictione nona quinquies post consulatum basili viri consularis consulis) i.e. die undevigesimo mensis Aprilis anni DXLVI, in altera iterato se legisse dicit ind· X· die prid· iduum april i.e. die duodecimo mensis Aprilis anni DXLVII. Unde quum sequatur, codicis scriptionem quod minimum est anno DXLVI perfectam fuisse, quaeritur, quo circiter fuerit inchoata. De

qua re fortase accuratiora asseri possent, si Procopius Caesareensis illorum temporum bellis turbulentorum scriptor coaetaneus, qui pugnam Romanorum et Gothorum in ipsa urbe Capuae commissam describit, itidem ecelesiasticarum rerum Capuanarum aliquam mentionem fecisset. Quod quum non fecerit, nihil nobis reliquum est nisi ut concludamus Victorem inter turbas illius aetatis non facile antequam ad sedem episcopalem eveheretur de tantis opibus, quae ad creandum codicem et membranis et scriptura splendidissimum satisfecere, libere disposuisse. Quod si verisimile est, codex nonnisi post primum Victorini episcopatus annum, qui est DXLI, inchoatus esse nobis videbitur.

IV. Quae codicis origo fuerit.

In praefatione Victor narrat, fortuito in manus suas incidisse Unum ex quatuor evangelium compositum, quod cum titulo careret, ipsi adhibitis iis quae Eusebius in hist. eccl. de harmoniis Ammoniana et Tatiana tradidit, licet non omni dubitatione exemptus esset, Tatiani haeretici potius quam Ammonii opus esse videbatur. In quo quum ii numeri ex quibas colligi potest, quae quatuor evangelistis communia et quae singulis sint propria, desidia transscribentium omissi essent, Victor summo studio usus eos numeros supplevit.

Qua in re gravissima oritur quaestio, num forte illud ipsum exemplar, quod suo tempore Victor repperit, in codice Fuldensi nobis sit conservatum. Quod si esset, codicis nostri tum aetas tum pretium admodum videretur crescere, quandoquidem aliquo temporis spatio ante Victorem scriptus esse inveniretur. Neque exigna sunt, quae primum inspicienti pro conservato exemplari facere videantur. Nam plurimis in locis numerorum illorum suppletionem ipsa Victoris manu factam oculis conspicimus; accedit, quod praefatio canonumque enumerationes, licet primum in codice locum obtineant, non ad originale eiusdem corpus pertinent, sed ad coronandum opus ei sunt praeligatae, unde facile concluseris, Victorem illud ipsum quod reppererat exemplar tum correxisse tum praefatione canonumque seriebus exornasse, idque eo confidentius asserueris, quo magis paginae istae, in quibus praefatio scripta est, cum paginis ipsius textus biblici comparatae singularem aliquam speciem prae se ferre videantur. Sed vana est species, solummodo per innumeros obelos hic verticales illic obliquos effecta, quibus inexpertus quidam aetatis incertae homo singula praefationis verba ad minuendum legendi laborem inter se separavit. Acriter inspicienti et comparanti prologus Victoris et codicis textus biblicus ab eadem manu scripti apparent; qua ex re sequitur, Victorem illum quem reppererat librum qualiscunque erat transscribendum curasse,

tum novum hunc codicem ita comparatum correxisse, denique iis quae praemittenda videbantur instruxisse.

Cuius rei si exempla desideras, ubicunque evangelium revolveris, complura invenies. Videsis cap. XII, ubi legitur

LC	Stupebant autem omnes.	·LC· IIII II
t M	qui eum audiebant super	t M· LXII
r M	prudentiam et respon	r M· XIII
	sis eius· et uidentes am	
	mirati sunt· *LC·* Et dixit	·LC· V X

Quae hic ad sinistram et in ultimo versu conspicis scripturae compendia, in codice minio scripta, Hic literis obliquis expressa, accipias in libro quem Victor repperit qualia sunt locam habuisse et sic per scribam nostrum in codicem esse transscripta. Haec igitur Victor ad dextram repetenda atque capitum canonumque numeris instruenda curavit.

Praeterea loci inventi sunt, in quibus codex originalis aut nullos numeros contineret, aut imperfectos, ex. gr. in cap. XXI, ubi defectum et per Victorem ipsum, cuius manum hic obliquis minimi generis typis reddo, et per scribam sic suppletum cernis

terram et illic demom	
batur cum. eis et bapti	
zabat *LC* l Io M Erat autem	·IO. XXV t M· VII LC· VI

et in eodem cap. paulo infra

nisi ei fuerit datum de	
l r M M LC caelo Io· ipsi uos mihi	·IO· XXXVIII
testimonium perhibe	t M· XI
tis	r M IIII LC· XI

Neque vero in numeris vel supplendis vel emendandis Victor acquievit, sed textum biblicum percurrendo, quidquid ipsi vel male vel non satis bene scriptum videbatur propria manu correxit, cuius rei in commentario meo diplomatico fere innumerabilia invenies vestigia. Nam primum quum accerrimus esset inimicus falsae, quam quidem existimabat, vocabulorum divisionis, qua scriba ex. gr. vocabula *digna*,

uestris, propter finem versaum excedentia ita disruperat, ut scriberet *dig-na , ues-tris, prop-ter,* ipse reposuit *di-gna, ue-stris, pro-pter* (cf. 53, 17. 21. 23). Literas vero superfluas delevit, superposito puncto ex. gr. ciuitatem (44, 34), vel falsis ita deletis rectas superscribendo supplevit ex. gr. *reliquid*[l.] (ib. 31). Lineolis positis verborum ordinem invertit (cf. 161, 2), signo ⸎ adhibito totos versus delevit, cf. 3, 15, 55, 28; recta quoque verba vel falsis vel locis ubi deerant superscripsit, vel margini intulit (cf. 44, 2; 89, 16; 3, 13). Saepissime ubi emendationem ipse non dedit, celeri manu literam 𝔑 margini intulit i.e. *rescribe* sive *rescribendum* vel *recognoscendum* (quod signum apud priscos ἐπανορυώτας; usitatum fuisse, Stutgardinum epistt. Paulinarum codicem et Cassellanam Hegesippi, illum noni vel decimi, hune octavi saeculi librum testes allego), cuius loco non raro signa lineolae cum puncto punctisve coniunctae ·| sive ⸱ sive ·|· margini appicta invenimus, quibus plerumque effecit, ut vel corrector vel scriba correctionem textui vel margini inferret. Ceteroquin neque tam dilligens fuit, qui omnia sphalmata videret et corrigeret, neque tam felix, qui omnibas quos dederat nutibus a correctore obtemperatum fuisse viderit. Nam quum multa vel calamo corrigente vel cultro radente emendata sint, haud pauca inveniuntur, quorum correctio locum non habuit. Neque infitiandum, quum Victor illas singulorum libroram praefationes, quae capitulorum et brevium nomine insignitae sunt, fere praetermiserit neglexeritque, eas codices partes plurimis scribae erroribus neque paucis verboram monstris scatere. Summam ille epistolis Paulinis diligentiam adhibuit, quas ita perlustravit, ut non solum menda scriptionis eliminare studeret, sed etiam varias aliorum codicum lectiones selectas margini inscriberet: quod quum in reliquis Novi Test. partibus non fecerit, recte mihi videor concludere, illum aliis horum librorum fontibus praeter exemplar originale, ex quo codex descriptus est, fuisse destitutum. Ceterum piissime Victorem rem suam tractavisse stellulae commonstrant margini Hic illic illatae, quas ut praestantium eorum quae in textu proponuntur declararent oculisque subiicerent homo veritatis christianae amicus appinxit (cf. 97, 18; 99, 5). Hic illic, ex. gr. in eo loco, qui celeberrimus est apocalypseos, paucisque aliis Victor glossas exegeticas apposuit (450, 2. cf. 402* 15; 374, 33).

Quae omnia quum sine insigni temporis laborisque impendio exigi non potuerint, non mirabimur virum viva dignitatis suae christianae et episcopalis conscientia repletum, qui Christi famulum sese nuncupare consueverat, haud pauca perlustrationis suae signa codici intulisse, quibus tum memoriae peractae lectionis suae succurreret tum lecturis aliis bonum

confidentemque excitaret animum. Epistolam enim ad Romanos, epistolas catholicas omnes, acta et apocalypsin monogrammate $\overline{X}$ $\overline{F}$ insignivit (cf. 180, 1, 332, 24, 401, 1 etc.) compluribusque . inter eos libros vel simplex *legi* sive *legi meum* + (i.e. hac crucicula utor, ut quasi sigillum meum sit) vel plenam illam nominis dieique, de qua verba feci, indicationem subscripsit.

V. Quae posteriora codicis fata fuerint.

Post triumviros illos, quibus debetur codex, Victorem, scribam et correctorem primigenium, quorum nomina in iis quae sequuntur siglis V. S. et C. significavi, compendio S^c vero eas correctiones insignivi, quas ipse scriba inter scribendum vel post ingessit, complures alii varia calami sui vestigia ei impresserunt, quorum in discrimine iuste statuendo vellem expertissimis amici Tischendorfii oculis iudiciisque acutissimis fuissem adiutus, qui quae ego nonnisi post longas considerationes meditationes dubitationes assecutus sum uno fortasse conspectu omnia perspexisse mihi videretur.

Ac primum quidem eum introduco, cuius manum siglo V^s ea de causa indicavi, quia simillima videtur Victorinae, ut diu haeserim, an non pro Victorina sit habenda. Sed secundum formam scriptionis quam in tabula photolithogr. altem vides, concedes calami ductas aliquanto fortiores, crassiores, forsitan et magis regulares esse quam Victorinos; adde quod atramento satis viridi scripti sunt. Vetustam tamen manum esse, tum ex ipsa litemrum figura, tum ex alia ratione critica elucet, quam ex duobus harmoniae Victorinae apographis, quorum unum nunc Cassellis olim Fuldae, alterum Monaci asservatur, recte mecum hauries. Cassellanum quod coram oculis meis positum est, noni ut videtur saeculi opus, sign. ms. theol. 31, eadem verba *ubi est marcus iohannes*, quae in codice nostro sub genemli canonum serie adnotata legimus, additis quibusdam aliis suo loco continet; eadem in Monacensi quoque contineri, per Schmellerum edoceor, qui in prologo harmoniae evangeliorum (ed. Viennae 1841, p. V, not. **) de his verbis agit; ita ut concludere liceat, illam adnotationem, quae iam nono saeculo a scribis inventa et descripta sit, admodum vetdstam esse. Ceterum haud multa sunt, quae manu ista V, vel in textum codicis vel ad marginem scripta invenimus cf. in comment. dipl. 466 notata ad 2, 141 467 ad 4, 2, 470 ad 61, 11, 474 ad 137, 8, 483 ad 211, 25 et 36.

Fortasse duobus saeculis post codex noster a viro aliquo. Anglosaxone tractatus est, qui epistolam Iacobi glossis illis instruxit, quas in Specimine cod. Fuld. Berol. 1860 edidi. Cuius qualis manus fuerit, videsis in priore tabula. Similem habet characterem atque scriptio

alius viri Anglosaxonis, qui in codice pervetusto illo item Cassellis, olim Fuldae asservato quem modo allegavi Hegesippi libros de bello ludaico continente, sign. Ms. theol. 65. quaedem ad marginem supplevit. Ceterum praeter glossas incertum est an quicquam in codice scripserit (cf. comm. dipl. 502 ad 402, 29).

Nescio, proxime ante an post illum vixerit is scriptor, quem in altera tabula siglo M^3 insignivi. Qui manu sua a perplexo calamo Anglosaxonico simplicitate quadam, quae tamen venusta non est, discrepante nonnullas lectiones codici nostro vel addidit vel quae deeraut supplevit.

Post circa annum MCCL scriptor, qui acutissimo stylo utebatur, a me siglo M^4 insignitus, iis codicis partibus, quae correctionibus maxime indiguerunt, indicibus capitulorum et quae dicuntur brevibus adiutricem manum admovit, Neque vero eo contentus aliqua in ipso, textu corrigere turbatumque hic illic numerorum, quibus initia capitulorum indicantur, ordinem in melius restituere sategit. Compendiis quidem scripturae utitur, sed paucis et quae simplicissima sunt; quae delenda censet, ea punctis infra literas positis instruit.

Fere eodem tempore ea scripta sunt, quae siglo M^2 insignivi, ex uncialibus quidem literis composita, sed quae quum vetustae indolis non sint, atque serae interpunctionis vestigia exhibeant, in imitatione potius vetustarum niti quam esse vetustae videntur.

Quem siglo M^4 instruxi scriptorem, aperte decimi quarti saeculi est: facilius ille excusandus quam duo alii, quorum unus nescio quo saeculo non tam calamo quam stylo plumbeo armatus laeves membranas ductibus quibusdam qui ullus pretii non sunt impressit et tantumnon laesit, alter homo uti videtur saeculi XVII exeuntis non erubuit primam harmoniae evang. paginam eo turpare, quod moderna sua manu illlus initium ex ev. Lucae haustum esse sapientissime adnotavit.

Quae quum pretii vere critici non sint nec ullum habeant valorem nisi quod illustrandae codicis historiae aliquatenus inserviunt, me quaeritur, num, quem virum Anglosaxonem vocavimus, quod sacra Fuldensium fama fert, ipse fuerit vel possit fuisse Germanoram apostolus sanctus Bonifacius.

Res facile absolvi videretur, si unum aliudve a Bonifacio scriptum quod aetatem tulisset, cum glossis istis comparari possemus. Sed quotquot ille in Angliam ad amicos, episcopos, reges epistolas misit, secundum id, quod tum ex recentissimis operum Bonifacianorum editionibus hauriri licuit tum a praesidibus Musei Briticci literis datis acceptisque percontatus sum, earum ne minima quidem scheda originalis usque ad nostra tempora pervenit. Et Fuldae quidem est, quod Bonifacius exaravit. Non loquor de vetusto illo Novi Test. codice,

quem quondam Huoggi abbas tamquam nobile documentum ipsis martyris manibus conscriptum a rege Arnulfo obnoxis precibus impetravit; nam inde a longo iam tempore per Ioannem Fridericum Schannat archaeologum Fuldensem ex ipsius libri calce hominum eruditorum orbis edoctus est, Uidrugi scribae illum esse (cf. Vindem. liter. I, 227). Sed Bonifacius una cum compluribus aliis; episcopis instrumento illi clarissimo in archivis Fuldensibus adhuc asservato, quo ipsi tractus aliquis ad Fuldae ripam situs condendi monasterii ergo a Carlmanno donatus est, subscriptionem suam apposuit. Verum quod dolendum est non in literis ea consistit, sed secundum mores illorum temporum in simplici crucicula prope Bonifacii nomen a scriba illatum appicta, ex quo qualis elus scriptio fuerit non discitur.

Iam vero ne suspicari quidem possemus, Bonifaciam istarum glossarum autorem esse, si Schannatum sequeremur, qui in III. illius ap. Serr. epistola (ap. Würdtw. et Gil. XII, ap. Iaff. LV) nixus cum scripturam Saxonicam cursoriam (i.e. anglosaxonicam, qua glossae scriptae sunt) neque legere neque scribere potuisse dicit. Bonifacius in illa epistola e Daniele Vintoniensi petit, ut sibi librum a Winberto relictum „ubi sex prophetae in uno corpore claris et absolutis literis scripti repperientur« transmittat, pergitque: „Et si hoc Deus cordi vestro facere inspiraverit, maius solacium vitae meae senectuti et maius vobis premium mercedis transmittere non potestis. Quia librum prophetarum talem qualem desidero adquirere non possum; et caligantibus oculis minutas literas ac connexas discere non possum«. En, qualem hic se Bonifacius ipse describit! virum, qui quum connexas scriptionis in patria sua Anglosaxonica divulgatae literas legere nondum didicerit minante iam senectute et oculis caligantibus id quidem discere non possit. Cur igitur tam saepe ex amicis suis petit, ut tractatus et commentarios Bedae aliosque libros qui absque omni dubitatione literis cursivis scripti erant ipsi transmittant? Quomodo epistolas amicorum suorum more cursivo si quid aliud scriptarum legere potuit miserrimus mortalium? Quid ergo didicerat in duabus, ubi educatus erat, scholis monasterialibus, si vulgarem modum scribendi non norat? Deniqae quid est „*clare* discere« quod ex cod. Monacensi Iaffeus vir doctissimus recte in textum recepit? Ergo false legitur „*discere*«; reponas „*discenere*« et omnia patent. Bene quidem Bonifacius et legere poterat scripturam anglosaxonicam et scribere, sed acie oculorum per senectutem debilitata minutas vereque intricatas Anglosaxoniae suae literas non amplius bene discernere potuit et „*propterea*« inquit, „de illo libro supra dicto rogo, quia tam *clare discretis* et absolutis literis scriptus est«.

Potest ergo Bonifacius quod ad artem scribendi attinet scripsisse

glossas; et quidem omnes. Nam de qua re dudum dubitavi, unius illae sunt scriptoris, non duoram. Licet enim scriptura hic illic aliquam praebeat inaequalitatem, ea mihi iterum iterumque considerata non tam diversitatem quae alicui videri possit scribarum, quam discrimen temporum, quibus unus idemque homo modo largiore calami acie modo tenuiore utens glossas codici intulit, prodere Videntur, maxime quum quod in ipsius tabulae nostrae I margine inferiore cernitur aliquae sint glossae, quae ductus paulo rigidiores et paulo elegantiores simul in se contineant. Neque obstat Broweri iudicium, quo glossas eadem manu qua Arnulfianus ille Novi Test. codex scriptus est, exaratas fuisse contendit (cf. Schannat, Uindem. I, 226): quod si ita se haberet, sequeretur glossas Uidrugo illi, non Bonifacio originem debere. Illius enim codicis scripturam et scripturam glossarum accurata equidem utriusque inquisitione instituta ita inter se differre expertus sum, ut ab eodem ortae esse nullo modo possint. Haec enim satis simplex est, illa generis maxime distorti, haec literae a partem superiorem apertam ostendit, illa clausam haec pauca scribendi compendia habet, illa multa et quae in hac non inveniantur; denique Uidrug multo saepius ab orthographia et reliquis. grammatices regulis recedit (scribens *gogitante, nolii, habiens*), quam glossator noster.

Itaque agitur de ipso glossarum argumento. Id vero ita comparatum est, ut consentiamus Rulando Wirceburgensis bibliothecae praefecto meritissimo, qui in recensione editionis meae in Serapeo a. 1861. N. 1 publicata hoc commentariolos omnino indolem doctrinae vitaeque eorum qui saec. VIII ex Anglia et Scotia ad propagandam fidem Christianam in Germaniam delegabantur, sapere statuit. Glossae enim omnino illam theologiam, quam ex operibus Bedae vero nomine Venerabilis piam mysticamque simul et activam novimus, redolent. Accedit quod simplicitatis sunt non taedium creantis, sed rebus refertae, cuius laudis testem provoco iustifidationis Abrahamiticae descriptionem ad Iac. 2, 21 datam his verbis: id est *tamen quod operatus est et prius credidit et sic operatus est;* hic illic ad poeticum illud genus loquendi extolluntur, quod in epistolis Bonifacii longis quidem spatiis interpositis insertum videmus (cf. quae ad 1, 2 ad scripta sunt). Adde quod auctor repletum sese exhibet conscientia eoram, quae ad vocationem apostolicam pertinent: quod Iacobus docet, simpliciter ipsi *evangelium* est (cf. not. ad 1, 21. b); verbum veritatis item ei *evangelium* est efficiens ut homines fiant filii patris (cf. not. ad 1, 18, a), qua in re explicanda ipsuin Christi effatum laudatur, in quo omnis nititur fidei propagatio (cf. not. I, I8, b). Fallaces igitur ipsi sunt ii, qui desiderant *evangelium* Christi audire et non implere (cf. not. ad 1, 22). Deus ipsi pater est luminum, i.e. angelorum et

qui luminaribus doctrinae illuminat ecelesiam suam, cuius optimum donum est *baptismus* (cf. not. 1, 17, a). Quae quum hominem prodere videntur propagandae fidei munere non solum instructum, sed etiam occupatum, tum ipsas Bonifacii cogitationes quales ex historicis monumentis fuisse comperimus aliquae ex his glossis nobis quodammodo repraesentant. Quam lacobus 1, 1 lectoribus precatur salutem, eam autor definit cerni in *credendo et episcopum audiendo, qui salutem ministret audientibus*. Fere unius illli notionis esse videri legatum christi ad praedicandum evangeliam et episcopum, apparet ex glossa ad explicandum 1, 19 apposita, ubi dicit, eos ad quos *episcopus mittitur* primatum verbi i.e. munus egregium verbi praedicandi voluisse tenere et docere. Unde haec explicanda? Nonne inde quod eius esse videntur, qui missus inter gentes ut nomen christi iis insinuaret anno 722 ad iuramentum Petro eiusque vicario Gregonio successoribusque eius praestandum obligatus formula selenni utebatur: „Promittow« inquit „ego Bofiifacius, *gratia Dei episcopus*«? (cf. Iaffé, Mog. III, 76). Idem quum ad explicanda Iacobi verba 1, 11 *exortus est enim sol cum ardore* scriberet Christum esse solem aeternum et solem iustitiae, qui ardore spiritus sancti dicat *ignem immittere in terram*, nonne memoria perfundebatur eorum, quae Gregorius literis datis cum ipso communicaverat, enitere videre Bonifacium *igne salutifero, quem mittere Dominus venit in terram?*. (ib. 63). Cui , muneri addictus quae et quanta onera ipsi sint imposita, saepissime amicis sauis revelans in epistolis suis, non raro queritur in magno periculosoque sese navigare mari Germanico (cf. ib. 94. 238) quassatum sive a paganis sive a falsis christianis seu a fornicariis clericis sive a pseudosacerdotibus, quod in tentationibus satanae ipsi videtur esse positum (ib. 235). Quibus ad amussim respondere videtur, quod ad 1, 6 adnotat *sicut ventus mare sic falsi doctores ecclisiam turbant et per ventum diabolus intelligitur a quo instabilis anima movetur*, quam sententiam quum supplet additis verbis „*persuasione mali spiritus*«, haec simillima videntur iis, quae in ep. Bonifacii ad Aethilbaldum data (ib. 175) legimus, ubi *malignus spiritus* regem quendam *suadendo pellexisse* narratur.

Quae si collegeris, licet in his rebus, diiudicandis summa opus sit modestia, concedes non modo nil absurdi proferre, sed etiam a grata veri similitudine eos non abesse, qui glossas dixerint Bonifacianas. Quo magis Schannatum miraberis in Vindemiis I, 220 dicentem commentariolos istos postquam exscripserit, non tanti ipsi visos esse, quos libro suo adiiceret, aut rectius fortasse suspicaberis, illum devitato grandi omnium legendorum labore nonnisi aliquos legisse atque exscripsisse. Quippe exigui pretii esse non possunt, quae ex literis eorum nobis

supersunt, quibus, quicquid acerrimus inter nostrates fidei indolisque Bonifacianae adversarius Ebrardus Erlangensis, ceteroquin vir strenuus et doctus, magis sagaciter quam caute contra monuerit, universale ecclesiae nostrae Germanicae fundamentum debemus.

Improbandum vero est, quod titulus ille supra memoratus clamat, Bonifacium codice nostro *functum esse dum vixerit*. Instituta enim accurata perscrutatione omnium quos in epistolis Bonifacius allegat Novi Test. Locorum — ut et in his et in eis quae sequuntur studia longa brevissime absolvam — inveni aliquos ex illis tantum differre a textu codicis, ut pateat, illum primigeniam eorum cognitionem non codici Fuldensi debuisse, sed hausisse aliunde. Quae in ep. 104 habet „Petrus hortatur dicens: *Ante omnia mutuam in invicem* caritatem habete« … ea in cod. ita leguntur *Ante omnia autem mutuam in uobismet ipsos caritatem continuam habentes* (1 Petr. 4, 8); quae in ep. 59 profert: „dicente beato Paulo apostolo: *An nescitis quia corpora vestra templa sunt spiritus sancti*« hic habentur: *An nescitis quoniam membra vestra templum est spiritus sancti* (I Cor. 6, 19); quae in ep. 70 ingerit: „memorare sancti Pauli ap. ad Timotheum dicentis: *Divitibus huius saeculi praecipe, non superbe sapere*«, hic finiuntur per *sublime sapere* (I Tim. 6, 17); quae in ep. 40 Paulum apostolum de beatitudine vitae aeternae loquentem introducit: *quod praeparavit Deus diligentibus se*, hic textu fruuntur isto: *quae praeparavit Deus his qui diligunt illum*. Ea igitur omnia Bonifacius censendus est hausisse ex alio bibliorum latinorum exemplari, quod si hic locus esset demonstrarem cum versione antehieronymiana fuisse cognatum. Postea vero ille nostrum codicem, quem non sine verisimilitudine ex Italia ab ipso allatum esse iudicabimus, usurpasse illisque de quibus vidimus glossis exornasse videtur: quem ad usum tum alios quos in epistolis citat, locos eundem in cod. Fuldensi textum exhibentes, tum admonitionem illam Petrinam in ep. 70 allegatam: *Sobrii estole et vigilate et excitamini* iure nostro referemus, quae neque in cod. Amiatino, neque in Sabateriana veterum testium collectione, neque in editione Sixtino-Clementina, neque vero in originali codicis nostri textu, sed ad marginem eiusdem ab illa manu, quam siglo M^3 significavimus, adnotatam videmus. Hic ergo Bonifacius verba illa hausisse potest. Quae notitio si forte, quod fieri potest, Bonifacianam aetatem non superare vel ne assequi quidem reperiretur, ea tamen ratione quaestionem nostram videretur tangere, quatenus ex epistolis Bonifacianis huc posset ad marginem esse translata.

Quod reliquum est, codicem inter ea volumina fuisse, quae Willibaldus Pippinicae aetatis scriptor quinto illo m. Junii die a. DCCLV, quo Bonifacius in Frisia martyr occubuit, ab eius interfectoribus alia

quidem per campi planitiem dispersa, alia in paludam arandineta iniecta, alia aliis in locis abscondita magno tamen temporis spatio dilapso reperta et in domum „in qua usque hodie animarum prosunt salutia« a singulis quibusque inventoribus remissa fuisse narrat, licet haud improbabile videatur, tamen quia eius certa mentio non iniicitur, asserere non audeo. Nam quod presbyter S. Martini Ultraiectensis, quem Iaffeus ineunte circiter saeculo nono scripsisse recte ratiocinatur, sibi sciscitanti in Frisia relatum esse dicit, adhuc superstitem esse quandam mulierem, sed iam valde decrepitam, quae iureiurando assereret, se decollationi militis Christi fuisse praesentem, eamque dixisse, quod quum gladio feriendus esset sacrum evangelii codicem capiti suo imposuerit, ut sub eo ictum percussoris reciperet eiusque praesidium haberet in morte, cuius lectionem dilexerat in vita, optime quidem ad nostrum codicem referri posse videretur, nisi de ipso illo libro quem moriens martyr manibas tenuisse fertur, per Othlonum, qui Willibaldi narrationem trecentis circiter annis post postulantibus monachis Fuldensibus repetiit et aliquibus additamentis auxit, accuratius instrueremur. Dicit enim inter illos libros repertum esse sancti evangelii librum, quem beatus vir pro sanctitate sua secum iugiter deferre solitus fuerit: hune ergo, quamvis gladio acuto, ut adhuc ab inspicientibus probari valeat, per medium incisus fuerit, nullius tamen literae integritatem eadem incisione perdidisse. Atenimvero noster codex omnino illaesus est et intemeratus.

Nec minore nos incertitudine ne dicam caligine obruimur inquirentes, quid saeculis insequentibus de codice nostro factum fuerit. Quod ut indagarem quamvis quoscunque de rebus Fuldensibus agere suspicatus sum adierim scriptores et maxime amplissima eius viri docti, qui nono saeculo non solum Fuldae, sed totius Germaniae, ut verbo utar quo Bonifacius in epistolis de Beda usus est, splendida fuit candela, Hrabani Mauri opera exegetica, historica, poetica, alia percucurrerim, nuspiam ulla illius certa vestigia inveni. Quae quidem res eo magis mira mihi videtur, quo frequentius eius commemorandi occasionem Hrabano datam fuisse percepi, sive illius commentarios de epistola ad Romanos, in quibus de variis codicis lectionibus verba facere poterat, perscrutabar, sive versus de Bonifacio martyre legebam; sive abbatem doctum in bibliothecam innumeris gazis refertam comitabar, sive in amplum illius de Universo opus, in quo de ipso quoque canone s. scripturae homo diligentissimus agit immergebar. Quod unde explicandam sit, si quis me interrogaverit, maxime dubito an respondeam, cod. cum ceteris Bonifacii reliquiis ita asservatum fuisse in sacrario, ut ad doctos usus non adhiberetur: nam tum manus correctrices, Hrabano iuniores quas supra cognovimus, tum codex ille

harmoniae ev. Cassellanus, qui ex nostro videtur haustus, esse, viros plus minusve doctos eum tractasse demonstrant; potius quod Victori videbatur opus harmonicum Tatiani haeretici et apocrypha Pauli ad Laodicenses epistola inter canonicas obvia orthodoxum virum ab usurpando memorandoque nostro codice detenuisse mihi videntur.

Nec prius quam saeculo XIV certa de illo testimonia deprehenduntur, unum exstans in catalogo *Reliquiarum maioris ecclesie fuldensis*, quem in archivi Fuld. copiar. VIII, 336 inveniri relatum mihi est, inter quas qui libri sancti Bonifacii nominantur, dubium non est quin illi tres codices sint, qui decimo octavo demum saeculo ex illius ecelesiae sacrario in bibliothecam scimus esse translatos; alterum in ipso cod nostro scriptum, quod quum satis sit memorabile in tabula II sub M^4 accurata imitatione a me expressum vides. Conspectui enim alicui locorum, quibus singuli apostoli iaceant, ab originali scriba actis apostolorum praemisso ab ignoto saeculi XIV homine ad marginem addita sunt verba: *hic habes ubi tetnpore Sti Bonifacii fuerunt corpora apostolorum*, quae intelligi non queunt nisi praesupponas, scriptorem inter cod. nostrum et Bonifacium ahquam relationem posuisse, sive conditorem codicis illum sive quod rectius accipitur, codicis scribam esse iudicaverit: qua in existimatione, id quod de Bonifaciana glossarum anglosaxonicarum origine non sine veri specie asseri vidimus indocte ad totius codicis originem conspicimus esse extensum.

Quae quum comprobent, cod. nostrum admodum esse vetustum et propter fata sua docta consideratione dignissimum, iure quaeritur, quae maxime ipsi sint peculiaria. Quorum in numero quum praeter evangeliorum hamioniam de cuius autore, aetate, lingua originali, methodo, pretio, usu disputare huius loci non est, scribendi ratio, interpunctio, divisio in membra et capitula, librorum isagogae, denique grammatica existant, primum agendum videtur.

VI. de scriptura codicis.

Sed paucis opus est, quandoquidem quae sit literarum venustas, quis ambitus, quae continuitas, quae versuum latitudo, quis versuum in unaquaque pagina numerus, quae marginis quantitas, quae inscriptionum paginis impositarum ratio, quum in his omnibus codex ubique sibi constans sit, ex additis tabalis inspiciendo ipse facillime hauries. Textis singula membra quae versiculos vocare nobis licuerit. maiusculis initialibus inchoari vides maioribus quum extra paginae columnam, eminent, paulo minoribus, quum intra latent nec nisi praecedente vacuo spatiolo distincta sunt. Scripturae compendia paucissima vides $\overline{ds}$, $\overline{do}$, $\overline{ff}$ (fratres), $i\overline{hu}$, $x\overline{po}$ quibus aliis ex paginis

adde *dns, scs, sps, n* (noster), quae quidem in edito libro plena scriptione reddenda esse existimavi. De sipo numerali ιι in serie canonum hic illic obvio infra disputabo. Quae in singulorum, librorum inscriptionibus et subscriptionibus maiusculis literis in codice scripta inveni compendia INC. EXP. vel EXPL. eandem per formam reddidi, solummodo lineolarum superscribendaram omissionem typothetae precibus concedens. Capitulorum versus initiales minio scriptos in edito libro literis inter se paulo magis separatis, numeros canonicos itidem rubros obliqua typoram figura reddidi. Nomina propria nisi in versuum initio posita fuerint, non maiusculis sed minusculis ubique literis animadvertes inchoari; maiusculas vero non solum in versuum et, quod raro fit, paginarum initio, sed hic illic sub finem versuum positas esse conspicies, ex. gr.

occida autem · FacTus

vel quod in tabula I habes

centia cum conceperiT

quod in editione, quum illum usum firmiter tenendum existimavi, imitari neque volebam neque poteram. Paginaram inscriptiones in codice prorsus regulariter non positae (epistolae enim, actus et apocalypsis nonnisi alternantibus inscriptionibus adornatae sunt, evangeliorum vero harmonia omni titulo caret) quum ad librum legendum necessariae sint, consulta Victoris praefatione, quae modo de *evangelio ex quattuor uno* modo de *evangelio* loquitur, in editione ubique positae lectoris comprobatione spero fore ut fruantur.

VII. De codicis interpunctione.

Quam licet variam variis in locis speciem praebere videatur, accurate inquirens invenies nonnisi unius esse generis i.e. punctorum, quae propter singularem qua scriba usus est calami moderationem non globulorum figuram exhibentia, sed ad nostrorum quae dicuntur commatum ductum accedentia vario modo adhibentur variisque finibus inserviunt. Aliquam enim et quidem maximam partem simpliciter posita cernis, aliquam vero, insigniendae maioris epochae ergo dupliciter scripta (. .), quod signum in posteriore codicis parte multo saepius obvium quam in priore, quum apud nos non tam interpunctionis vim habeat, quam interrumpendo orationis filo inserviat, in editione per „ exprimendum curavi. Quem ubique1ocum puncta obtineant sciscitanti mihi ex instituta plurimarum paginarum comparatione scriba visus est sibi hanc dedisse regulam (a qua quidem saepe aberravit), ut punctum in media praecedentis literae altitudine poneret. Neque vero solum quemadmodum apud nos adhiberi solent

ad discernendas enuntiationum epochas, sed etiam ad separanda inter se vocabula, quae sibi iusto propius posita erant, vel ad insignienda nomina propria vel distinguendas literas numerales adhibita sunt, qui usus, libris manuscriptis adaptatus, ab impressa textus editione maxime alienus esse mihi videbatur. Quid quod scriba his illisve vocabulis quibus aliquod pondus addere voluit cf. 1, 23 *ueritatem* 1, 25 *apostolicis* 36, 8 *obseruationibus* puncto apposito distinxisse videtur; de quo usu certi quidpiam asserem non audeo.

VIII. De incisionibus textus.

Stichometricam methodum, qua cod. Amiatinus excellit, licet scriba codicis Fuldensis non sit secutas, sed scriptionem continnam praetulerit, divisionem tamen textus haud plane absimilem observavit, quam ut in editione exprimerem, quia ad textus intelligentiam quodammodo pertinet, meum esse duxi. Incidit enim textum, ubi sententia vel vox aliqua maiori vi atque pondere frui videbatur. Quod quum in textu historico animadvertitur, cf. 42, 1 *Inuenimus messiam*, ib. 12 *Ecce uere israhelita*, ib. 27 *Spiritus domini super me*, ib. 30 *Praedicare annum domini*, 352, 1 *Et stridebant*, ib. 4 *Et filium hominis*, ib. I I *Domine ihesu* etc., magis etiam in oculos incidet legentium epistolas cf. 401, 12 *Uir duplici animo*, ib. 13 *Glorietur autem*, ib. 14 *Dives autem*, ib. 16 *Et flos eius*, ib. 17 *Ita et diues*, ubi singulos mallei ictus sentire tibi videberis. Idem non nego scribam in dissecandis huiusmodi membris hic illic graviter dormitasse. Sed non ita uti desideravi eius rei imitatio in textu edito successit, quatenus quum in codice scripto illa verba prae ceteris eminent, secundum leges typothetarum nostrorum intra columnam retracta apparent.

IX. De singulorum librorum capitulis.

Evangeliorum harmoniam in CLXXXII capitula divisam esse non solum ultimi capituli numero ostenditur, sed etiam versuum initialium minio scriptorum summa ipsis oculis clare subiicitur. Neque vero in codice iste numerus intactus stetit. Nam inde a capitulo XXI usque ad CI numeros capitulares constanter ita correctos vides, ut singuli uno numero diminuti sint i.e. quod scriptum fuit XXI mutatum cernatur in XX, porro XXII mutatum in XXI etc., quod ex de causa factum videtur, ut error, quo autor praecedentis indiculi argumentum capitis XXI praetermiserat, quodammodo compensaretur. Neque desunt inde a cap. CXXIV usque ad CLVII vestigia manus nobis iam aliunde notae (M^{I}), quae postquam illa correcta fuerant, qualiter reriqaa corrigi deberent tenuissimis numerorum characteribus margini appositis (quorum aliqua pars postea cultro ligatoris abscissa est)

indicavit et ad verba capitis CLVII *ait autem dominus* cf. infra 139, 3 margini inscripsit: hic deest cap. i.e. hic novum numerum capitularem esse inserendum: quo in loco quum codex harmbniae Cassellanus olim Fuldensis revera caput novum constituat dubitari vix poterit, illum ipsum hominem, qui nostrum cod. correxit condendo codici Cassellano operam dedisse, quae quidem res quum ad illustrandam scholae Fuldensis historiam faciat pluris mihi taxanda videtur quam ipsa capitulorum constitutio. Unde explices etiam, cur codex harmoniae Sangallensis simul latinus et teutonicus cuius partem teutonicam Schmellerus descripsit nonnisi CLXXXI capitula contineat: is enim, qui Sangallensem codicem scripsit, eam, quae in nostro inde a cap. XXIV usque ad CI correctio numeroram data est in describendo usque ad finem existimandus est extendisse.

Reliquorum librorum divisio ita comparata est, ut proxime accedat ad eam, quae in cod. Amiat. cernitur, nec nisi in paucis ab illa differat. Nam quod textus epistolae ad Phil. in nostro codice XVII capp. exhibet, in Amiat. X.IX et ep. ad Col. illic XXXI, hic XXIX, id quidem non tam in diffeientia codicum, quam in negligentia scribae, qua numeri quidam omissi sunt, positum esse videtur. Vere differunt (quantum quidem ex editione Tischendorf. disci licet, cf. Proleg. **) in actis apostolorum et ep. ad Hebraeos data. Acta enim in nostro LXXIV, in Amiat. LXX capitulis absolvuntur; ep. ad Hebr. in Amiat. XXXIX, in nosstro CXXV capp. continet, nec nisi manu sera illa XXXIX capp. ad marginem notata sunt. Quam praeterea haec epistola ostendit in capp. XII divisionem, quae iuxta originalem invenitur eique coaetanea est, eandem ex codice vetustissimo, qui quondam reginae Sueciae fuit, post in bibliothecam Vaticanam translatus siglo Alex. 9 utitur, apud Thomasiam (Opp. I, 416, 427) repraesentatam video.

X. De capitulorum indiculis sive brevibus

ut seorsim agatur, statim ea quae p. 21—28 exstat praefatio poitulat, quae quum . CLXXXII capitulorum indicem praebet in ea quidem re cum ipso harmoniae corpore convenit, compluribus tamen in locis eidem non bene respondet. Omissum in illo indice capitis XXI argumentum iam notavi: qui defectus post ita compensatur, ut quod scriptor harmoniae uno capite CLVII comprehenderat ab auctore indiculi duo in capita expandatur. Idem in iis, quae ad numeros CII—CVI adscripsit, tum ordine male turbato, tum admissa falsa capitulorum XCV et XCVI repetitione vehementer erravit. Scribere enim debebat

CII· Ubi ihesus instruit etc.
CIII· Ubi ihesus sanat etc.
CIIII· Ubi ihesus ascendit etc. et in sequentibus fere haec:
CV· de hereditatis divisione
CVI· de iuuene divite.

Neque reliqua integra. Quae epistolae ad Rom. praemissa sunt capitula, duabus in partibus constant, quarum altera (I–XXIII), totius fere epistolae argumentum in se continens, per se ipsa stare videtur, altera (XXIIII–LI) iis respondet, quae iisdem sub numeris in cod. Amiatino proferuntar. At quam sequentia Paulinarum epp. capitula Arniatinis congruunt, longe ab illo codice ea recedunt, quae epistolae ad Hebr. praemissa nonnisi priorem eius partem (usq. ad 9, 15) adumbrant. Potius XII illis sectionibus, de quibus modo vidimus, respondent atque eodem codice Vaticano Alex. 9 cuius cognitionem ex laudato Thomasili opere hausimus (cf. I, 428) illastrantur. Actorum capitula LXXIIII item ab Amiatinis recedentia in compluribus codd. Vetustis inveniuntur, quos Thomasius affert ib. 356. Capitula ep. Iacobi atque I Petri cum Amiatinis, si pauca excipias, concordant; ca quae reliquaram epp. catholicarum sunt et numero et sententiis prorsus ab Amiatinis differunt neque in Thomasii codicibus habentur. Denique Apocalypseos capitula, in cod. Amiat. omnino desiderata, e compluribus codd. hausta apud Thomasium inveniuntur ib. 381. Multifariam igitur cod. noster ab Amiatino hac in re diversas, paulo divitior est illo; an mendis immunior, id quidem non dixerim.

XI. De argumentis sive prologis.

Quod epistolis Paulinis p. 169 praemittitur argumentum cuius initiam est *Primum quaeritur quare post evangelia . . voluerit apostolus has epistulas ad singulas ecclesias destinare* patet suum locam tenere in nostro codice, falsum in Amiat., ubi non evangelia, sed acta apostolorum sequitur. Cui si „concordia epistularum« statim esset adiecta, et huic et codici Amiat. melius foret consultum, quatenus argmenta solius epistolae ad Romanos, quae p. 171 et 179 legimus alterum satis largi ambitus, alterum perbreve aptius sibi iuxta forent posita, quam unum ab altero separata. Quae omnia et recto qaidem ordine posita alloque prologo in epp. Paulinas aucta apud Thomasium legantur I, 382–388. Neque quae hic et in cod. Amiat cernuntur reliquarum epp. Paul. brevia argumenta apud eum desiderantur (cf. ib. 395 etc. et 416 etc.), inter quae maxime memorabile mih videtur id quod ib. 424 ex vetustissimo cod. Alex. 9 petitum reperitur epistolae ad Colossenses argumentum: eundem enim locum extraordinarium obtinet ad quem in cod. nostro epistola ista relegata est,

ita ut, si mihi quando eveniret esse tam felici, ut Romam viderem, accuratiorem illius codicis tum hac in re, tum in illis, quas modo vidimus, nostro simillimi conarer mihi acquirere cognitionem. Ep. ad Hebraeos, quae in nostro cod. argamento caret, in illo argumentum quidem habet ab Amiatino diversum et iis quae praecedunt bene congruens: „Hebraci sunt Israelitae ex circumcisione fideles etc.«, sed cuius textus quinque laborat lacunis. Quod in nostro act. app. praecedit argumentum in Amiatino desideratur, apud Thomasium I, 356 habetur. Epistolae „canonicae« specialibus argumentis et in Fuldensi et in Amiat. carentes, in illo (cf. p. 399 et 400) generalia duo possident argumenta unum prolixus alterum brevissimum, Amiatino ignota, nota vero Thomasio (cf. I, 364. 372), quorum quod longioris ambitus est Hieronymianum, nomen (cf. 399, 22) mentiri ex iis patet, quae ad defendendam locum I Io. 5, 7 ib. 12–20 afferuntur, quem ab Hieronymo non esse latine versum ipse codex noster cum Amiatino consentiens luculenter testatur. Denique apocalypsis, quae in cod. Amiat. non solum capitulorum indice sed etiam argumento caret, sicut illa ita hoc communia habet cum codicibus illis, quos Thomasius 1, 381 allegat. Restat ut

XII. de praefatione Victoris eiusque additamentis

breviter agatur. Hanc si Victor non reliquisset, nos quidem claro aliquo historiae codicis documento destituisse videretur, suo vero nomini aliquantum pepercisse. Neque enim quae in ea de Tatiano, quem evv. harmoniae autorem esse suspicatur, vel de Animonio profert, cuipiam docto satis faciunt; et in computatione mathematica de denario canonum numero instituta (3, 2–9) non solum aperte lapsus est, sed etiam a fine proposito longe aberrasse existimandus. Canonum enim Eusebianorum post ab Hieronymo latine redditorum seriem, cuius brevem conspectum in codice scribendum curavit (p. 4), dum conatur rectam esse demonstrare, accidit ei, ut seriem excogitet ab illa duobus in canonibus plane recedentem; unde factum est, ut serior quidam libri lector, qui praefationem percucurrerat atque ad legendum examinandumque illum conspectum erat progressus, se a corrigendo vituperandoque eo non retineret. Lineolis enim positis 4, 16 (*lucas· marcus*) haec nomina non eum ordinem, quem secundum praefationem (3, 9) debebant, tenere monuit, et cum canonem quem ex praefationis verbis: *aut marcus cum iohanne similibus loquitur* (3, 8) rectum esse suspicabatur hic desiderans ad marginem inferiorem haec verba interrogantia scripsit

ubi est marcus iohannes

quae in senora apogmpha transiisse supra vidimus.

Idem vero si, de qua re vix dubitaverim, prolixam canonum enumerationem, quam inde a p. 5 usque ad p. 20 edidi, sua manu elabomvit, bonum dillgentiae exemplum reliquit: qua quidem factum est ut non in repetendis Eusebii Hieronymique scriebus canonicis acquiesceret, sed unicuique canoni seriem eorum harmoniae capitulorum, quae ad illum pertinebant, insereret. In qua numerorum coacervatione illud sigium quo in inscriptione sua Victor usus est (cf. tabul. II):

ιᵢ NON· MAI· i.e. sexto nonas Maias

cuius vestigium habes apud Mommsen, Inser. regni Neapol. Nr. 6697, licet fere constanter scriptio *VI* adhibeatur, tamen non raro inveniri animadverto.

XIII. De lectionibus ecclesiasticis,

quae p. 165–168 editae sunt, videas si placet quae disputavi in dissertatione de pericopis encyclopaediae Herzogianae inserta. Hic proferenda sunt, quae ad criticam tractationem pertinent. Initia illorum quum titulis ad marginem scriptis, extrema vero verba plerumque crucicula in textu, hic illic itidem ad marginem collocata, quam ubicunque inveni fideliter exprimendam curavi, indicetur, earum perscrutatio facile unicuique lectori committi posse videretur, si scriba in omnibus constantia qua oportebat usus esset. Sed neque omnes quos protulit numeri recti sunt, neque omnibus quos index continet titulis adnotationes marginales respondent, neque cruciculas ubique appositas vides. Ex quo sequitur, aliquas lectiones omnino certe definiri non posse: quas asteriscis insignivi; et paucaram extrema verba incerta esse: quas signis interrogatoriis instruxi. Maximam vero partem certae sunt neque sine multiplici voluptate eas lectiones quae in vetere. ecclesia Capuana festis diebas legebantur cum Romanis nostrisque comparabis. Lectiones igitur hae sunt:

De adventa Rom. 8,3 — 17
Rom. 11, 25 — 36
Gal 3, 15 — 26
I Thess. 5, 14 — 23
Prid. nat. Dom. Phil. 4, 1 — 9
In nat. Dom. Hebr. 1, 1 — 4 (?)
ln nat. S. Ioh. II Tim. 3, 16 — 4, 8
In nat innoc. Rom. 15, 7 vel 8 — 14
De eod. die contra idola I Cor. 8, 1 — 9, 21
De eod. die I Cor. 10, 14 — 33
In ieiun. Epifan. Col. 1, 9 — 19
In epif. mane 11 Cor. 4, 63 — 18
In eod. die epif Tit. 2, 11 — 3, 6
In eod. die epif. Gal. 3, 27 — 4, 7
Cottidiana post epif. Rom. 12, 6 — 16
Cottidiana Hebr. 12, 25 — 28
Cottidiana Hebr. 6, 9 — 15
Cottidiana Gal. 3, 15 — 26 (cf. supta de adv.)
Cotddiana Hebr. 12, 29 — 13, 8
Cottidiana I Tim. 6, 7 — 16
Cottidiana Rom. 12, 16 — 21
*Cottidiana Rom. 7, 14 — 24
Cottidiana Rom. sub initium ep., ergo 1, 1 — 6 (?). Deest indicatio marginalis.
*Cottidiana Rom. sub titulo XLIII i.e. 13, 1 — 6.

Cottidiana Rom. sub titulo 1, ergo 1, 1-6 [lege III. i.e. 1, 13 — 26]
In sexag. I Tim. 3, 16 — 4, 8
Cottid. I Cor. 9, 21 — 27
In quinq. Rom. :14, 10 — 19
In quadr. I Cor. 9, 21 — 27 (c f. supra in cotid. Rectius legi videtur II Cor. 6, 2 — 10, ad quem locom margo habet: lect. in caput quadrag)
In ieiunio I in quadr. Rom. 6, 12 — 23
Ieiun. II in quadr. Rom. 12, 1 — 5
In quadr. dom. II Rom. 13, 8 — 14, 4
In quadr. ieiun. III Gal. 5, 14 — 6, 2
In quadr. ieiun. IIII Eph. 4, 17 — 22
In quadr. dom. III Eph. 4, 23 — 32
In quadr. ieiun. V Eph. 5, 1 — 5
In quadr. ieiun. VI Eph. 6, 10 — 17
In quadr. dom. IIII Gal. 1, 4 — 2, 18
In quadr. ieiun. VII 1 Thess. 4, 1 — 9
In quadr. ieiun. VIII It theiis. 3, 4 — 16
In quadr. dom. V Col. 2, 4 — 10
In quadr. ieiun. VIIII Rom. 14, 19 - 23
In quadr. ieinn. X II Cor. 3, 2 — 17
*Dom. ante octo dies aschae II Cor. sub tit. V (i.e. 2, 1 — 11) seque vero dies ad marginem notatus eat neque pericopa ei bene respondet
In ebd. maiore II Cor. sub tit. XXV [lege XXVI i.e.] II Cor. 11, 19 — 31
In sec. fer. ante pasch. Gal. 2, 19 — 3, 6
In tertia fer. ante pasch. Gal. 3, 7 — 14
In quarta fer. Ante pasch. Eph.2,13 — 3, 12
In quinta fer. ante pasch. I Cor. 5, 6 — 6, 11
In quinta feria ad vesperam cen. dom. I Cor. 11, 20 — 32
In sexta fer. ante nocta magna Phil. 2, 5 — 11
In noctu sca mane Phil. 4, 4 — 9 (cf. supra ad *prid. nat. dom.*)
In noctu sca. noctu I Cor. 10, 1 — 4
In scm. pascha Col. 3, 1 — 11
In sec. fer. paschae Rom. 6, 3 — 11
In tert. fer. paschae Rom. 5, 6 — 11
In quart. fer. paschae Eph. 2, 4 — 10
In pascha annot. Eph. 4, 1 — 13
In nat. ss. Petri et Pauli Rom. 10, 11 — 15 [?]
In ieiun. s. Laur. II Tim. 4, 16 — 18
In nat. eod. II Cor. 9, 6 — 9
In ieiun. s. Andreae II Tim. 2, 4 — 10
*In nat. s. Andreae II Cor. 2, 1 (neque vero dies ad marg. notatua est neque pericopa apta ad diem)
De martyribus Hebr. 10, 12 — 39
De martyribus Hebr. 11, 32 — 40
De mart, gen. fem. II Cor. 10, 17 — 11, 2
*De martyribus ad Hebr. sub tit. XII. Huius solemnitatis In ep. ad Hebr. praeter duo illa, quae modo praecedunt ad marginem mentio non fit.
*De martyribus II Tim. sub titulo II (i.e. 1, 8 — 12 ad quem locus ceteroquia aptum de solemnitate nil memoratur)
De martyribus Rom. 8, 28 — 39
In dedic. I Cor. 3, 8 — 17
In dedic. Hebr. 3, 1 — 6
In dedic. Eph. sub tit. VI (i.e. 2, 11 — 12, qui locus si usque ad v. 21 contiuatur aptissimus videtur et recte positus esse, licet in margine solemnitatis mentio non fiat)
*De nat. episc. ad Hebr. (nota sine ullias loci indicatione sic posits)
De ordinationibus I Tim. 3, 8 — 15
De ordinationibus I Tim. 4, 9 — 16
De agendis I Thess. 4, 13 — 17.

Egregium mihi illa occupatura esse viderentur locum in aliqua monumentorum rei lectionariae collectione, si quis felici inturbidoque eorum quae in schedis habet aliquando edendorum otio instrueretur.

XIV. De codicis grammatice

i. e. de magna eoram copia, in quibus scriba a solitis dicendi scribendique regulis recedit disputaturus non Orbilium ago, sed viros doctos, qui linguae latinae senescentis historiam perquirunt aemulor, collaturus aliquid si fieri possit ad intelligendam commutationem veteris linguae Romanae in linguas Romanenses, lentam illam et reconditam, cui biblia latina usquequaque in Italia, Hispania, Gallia divulgata haud mediocriter videntur inserviisse. Qua in re, quondoquidem fieri

potuisse negaverim, ut in mera transseriptione, quae oculorum dextraeque munere exercetur, a scriba codicis tot, quot cernuntur sphalmata committerentur, unde rectius censeas scribam plerumque verba dictantis calamo excepisse, viri docti videant rectene existimem ex codice nostro fere colligi posse, qualis fuerit Capuae circa medium saeculum sextum apud homines doctioris eruditionis expertes latini sermonis pronuntiatio, qualisque ea, quae ab auditione verboram dictatorum pendebat scriptio.

Neque euim nisi ex oscitante pronuntiatione dictantis lndoctaque scribae auditione orta esse censeo quae leguntur *trabis* = trabs 5 1, 6, *offeret* = offert 334, 14, *principes* = princeps 344, 5, *ad ignoscendam* = ad dign. 304, 16, *horam maris* = hora m. 326, 36, exti-*matis* = existim. 333, 18, cf. 396, 35, *exspectaculum* = spectac. 325, 25, *aut e mundi* = autem mundi 259, 7, *manum* = manuum. 2971 24; 302, 15; 314, 10, *spiritum* = spirituum 461, 22, *athelete* = athlete 301, 6, *meae* = me 381, 1, *electione* = lect. 400, 3, *donare* = damnare 391, 8. Non quod omnia, quae homo dictavit, vitiose dictaverit vel quaecunque scriba audivit, vitiose reddiderit; satis est statuere, et illus pronuntiationem et huius auditionem ad eam quae tunc plebis in usu erat loquendi rusticitatem fuisse inclinatam.

Itaque commutatas inter se videmus vocales e et i: habis 201, 5, *uindix* 199, 8, *pinguidinis* 196, 22, *exhibite* 188, 15. 29, *mercidem* 210, 17, *accepitis* 213, 28, *tradedi* 227, 8, *sterelis* 255, 7; *stilla* 228, 36, *gaudite* 271, 34, *vidite* 272, 1, 265, 5.

oe et *i: moenanti* = min. 205, 25.

i et *ae: quidam* = quaedam 325, 11.

i et *a: dagmata* = stigm. 249, 28, *turabulum* = thurib. 443, 5.

i et *u: sumus* = simus 280, 2, *eunuce* = eunice 302, 12.

i et *ii: hii fili* 191, 7; *simonis coriari* 359, 3, *petissent* 153, 10.

e et *a: veteresent* 313, 23, *dissecebantur* 334, 9. 347, 4, *dispargamini* 144, 24.

e et *ae: praessura* 232, 27, *faciae* 233, 8, *aegemus* 235, 2, *collecte* 229, 33, *timotheae* 295, 4, *graegi* 381, 13, *aequites* 388, 3, *hebraicae* = -ce 152, 35, *dignae* = -ne 203, 7, *aeuacuabuntur* 224, 23, *erumna* 245, 11, *egros* 346, 3, *eruginauit* 406, 4, *terre motus* 129, 29. 156, 21, *querebant* 59, 8, *erario* 301, 31.

eie vel *eii* et *ei: eicerunt* 118, 13, *eicite* 134, 15, quae formae fere constantes sunt.

i et *y: apollion* 444, 28, *lacrimam* 459, 18, *pamphiliae*. 364, 9.

y et *u: murrae* 157, 17.

u et *o: furtunati* 230, 20, *subrii* 228, 23 cf. 485, *luricam*; 266, 31, *prumptum* 241, 31 cf. 486, *furmulam* 268, 10, *uriuntur* = or 299,19, *usus*

= usos 307, 1.4; *totoribus* 253, 34, *adolatio* 274, 32, *recubitos* = -tus 126, 17, *gressos* = -sus 329, 13, *fulgora* 443, 13, sulphor 445, 5.

o et *au: clodus* 89, 11.

u et *au: cluditis* 126, 30.

o et *um: hunc mundo* 261, 12 cf. *paruissemus cyprum* 381, 34, *conlabora euangelium* 302, 17, de *credendum* 274, 271 *de incertum* 400, 26, *de altemtrum* 405, 20.

i videmus sequenti *s* impurae praemissam: *istatnus* = st. 186, 17 cf. 478; *in iscientia* = in se. 2 38, 21 ; *inspirans* = sp. 354, 24; *tu ista* = tu sta 402, 21 cf. 502; quo genere scriba praeformavit Italicorum recentiorum usum, qui dicunt *in ischerzo*; vel omissam ante s impuram: *sti* = isti 197, 16, *stius* = istius 204, 34, cf. *stantia* = inst. 267, 2.

h vocalibus praemissam: *his* = is 199, 35, *his quac* = isque 90, 33 cf. 472, *holus* 127, 16, *heremo* 172, 9, *hiris* 438, 31, *harenam* 52, 23; omissam: *umeros* 89, 26, *exortatur* 198, 9, cf. 276, 24.

Porro *b* et *u* saepissime commutantur et in radicibus vocabulorum: *fabus mellis* 161, 31, *salbati* 260, 22, *brebi* 261, 24, *labacro* 265, 22, *fobet* ib. 28, *libore* 411, 261 et in flexionibus: *iudicaberitis* 50, 33, *probaberitis* 229, 34; *separauit* = -bit 135, 18, *clarificauit* = -bit 138, 29; *iuxta* posita sunt *confirmabit solidauit* 414, 35.

b et *p: scribsit* 419, 31, *scribturas* ib. 34, *delabsam* 417, 2; *optulit* 327, 11.

c et *qu: locuntur* 424, 36, *quur* 170,14; *c* et *ch: dracho* 448, 26.

d et *t: aput* 421, 5, *athue* 61, 26, 143, 19; *adque* 328, 25, *ad* = at 253 24, 254 1, *inquid* 214, 14.

f et *ph: fialas* 452, 9, *filadelfiae* 434, 33, *eufrate* 444, 34.

g et *ch: dragmas* 89, 33, cf. 90, 1. Subinde invenimus

m tam leni sonitu instractam, atque ex mera labiorum remissione sponte ortam, ut facillime finali vocabulorum vocali addatur: *omnem opus* 304, 5, 305 13, 307 5, *omnem desiderium* 274, 6, *in omni epistolam* 284, 57 *dignus mercedem suam* 298, 27, *ex necessitatem bonam* 311, 13: quod exemplum si ad falsum praepositionum usum referre malueris, aliud errorum genus hic obvium tetigisti.

n in aliquibus vocabulis ante *s* et *t* ingestam (vel potius conservatam ex vetustiore tempore) *quotiens* 128, 18, *tricensimum* 69, 9, *occansione* 189, 22 244, 18, *thensauri* 284, 25, *lanterna* 147, 10 *desiderantissimi* 273, 5; vel omissam: *pregnatibus* 130, 17.

th commutatam cum *t: pytonem* 371, 18, *turabulum* 443, 5; *t* cum *th: thonitrua* 443, 12; *th*, quod memorabile est, cum *ph: paphmos* 434, 28.

z cum *s: zmyrnae* ib. 32, *zmaragdinae* 438, 32 cf. 460, 24.

x auctam litera *c: necxuisse* 1, 10, *uncxit* 120, 26 , intincxisset 138, 18; vel commutatam cum *s: iusta* = iuxta 204, 12.

Praepositioinum assimlatio cuipiam regulae non est adstricta: *ammirabantur* 52, 27, *ommutesce* 57, 36, *ammisit* 59, 1, quemammodum 62, 22; *conpluribus* 62, 7, *conmouet* 151, 31; *inpone* 62, 2, *adsumtionis* 123, 13, *adsimilari* 49, 9; *conubium* 330, 22.

Ad declinationem progredientibus nobis *ipsud* obviam est 60, 34; cui oppositum est *illum* = illud 163, 6, *alium castellum* 123, 20; adnoto *qui* pro *quis* positum 414, 11 ; genitivi cernuntur *uestrum* 374, 33; innocentum 186, 15. 16, *infantum* 407, 26, sed *uoluptatium* 304, 24, *turpilucri* 308, 6; dativi *infirmibus* 293, 28, *diacotiibus* 268, 29; alio 56, 19, domui 302, 34, - formae adiectivorum *austeris* = -rus 135, 6, *sinceres* 269, 8; generum abusus *eundem certanten* 270, 11.

Verborum flexiones nos offendunt nubent = nubunt 111, 23, haurierant 55, 32, collexistis 135, 25, prendiderunt 163, 1, adiuuaui 238, 14, induiti 266, 31, combuserunt 378, 4, absorta 229, 23.

Constmctionis regulas fractas vides in his: *dominantur eorum* 101, 24, 200, 14 (sed *illi dominabitur* 188, 6), *eos nocebit* 164, 33, *cui miseretur* 193, 15, *uobis inpediuit* 255, 26, *mihi dignum* 269, 1, *memores estis laborem* 277, 1, *necesse habent medicum* 60, 19, *confundetur eum* 54, 27, *uino qui* 450, 29, *atrium ... eum* 446, 11. 12, *uade . . et offers* 56, 7; *denique ranum* illud hic habes *libertate emendi omnium* 206, 26.

De qua textus vitiositate maxime in capituloram indicibus conspicua, cuius plura dare poteram exempla, ne nimis mireris, cum nostro Amiatinum codicem precor compares, qui quid in hoc genere sibi permittat docte uti solet Tischendorfius noster, docet in proleg. XVII. Sed omnino in multis tam similia inter se haec vetusta instrumnenta cernuntur) ut

XV. qualis Fuldensem inter et Amiatinum codicem intercedat ratio

seorsim describi debeat. Quae quidem tum in cognatione, tum in aliqua affinitate mihi videtur esse posita. Cognatos enim inter se fuisse fontes, ex quibus uterque ortus est, non solum ex ipsa utriusque antiquitate ab Hieronymi exitu circiter CXX annis distante suspicaberis, sed etiam multifario quem exhibent consensu adduceris ut perspicias. Qui ita est comparatus, ut hic illic talia pariter contineant, quae erronea sunt, ut in ep. ad Rom. 1, 28 *notitiam* pro *-tia*, 8, 29 *eius* pro *sui*, 10, 6 *ascendit* pro *-det*, ib. 7 *descendit* pro

-*det*, 11, 1 *tribu* pro *de tribu*, ib. 22 *bonitatem* pro -*te*, 121 19 *uindictam* pro -*ta*, 16, 26. 27 *cognito solo* pro *cognito, soli*; vel etiam, ubi testes alii adversantur, lectiones unice veras communiter servarifit, ex. gr. in eadem ep. 8, 3 *legis*, 8, 10 *uita*, 9, 10 *patre*, ubi Sixtino-Clementina habet *legi, vivit, patris*. Consensum tamen universalem haud exigua differentiarum singularium copia comitatur teste eo, qui in utroque codice est, textu eiusdem epistolae ad Romanos. In qua quum Fuldensis habet 1, 6 *caritate*, 1, 8 *omni*, 2, 6 *retribuet*, 2, 8 *diffidunt*, 2, 22, execraris etc., in Amiatino legitur *dilectione, uttiverso*, *reddet, non adquiescunt, abominaris* rel. Accedit quod evangeliorum harmonia, quam ille continet, in hoc non invenitur, neque eosdem uterque capitulorum indiculos catholicis epistolis praefixos praebet, sed alios; quas differentias differentium codicum usu nostris illatas esse patet.

Neque vero minus in illa ipsa lectionum discrepantia aliquam codicum cognationem, sed quae singularis generis est, animadvertendam esse censeo. Victorem dico codicem quendam, non totias quidem Novi Test, sed epistolaram Paulinaram possedisse atque ad crisin nostri instituendam adhibuisse, qui cum Amiatino sumina cognatione erat coniunctus. Nam quas modo allegavi codicis Amiat. varias lectiones *dilectione, universo, reddet, non adquiescunt, abominaris* rel., eas omnes Victor vel per scribam correctoris munere fungentem vel per alium quendam ad marginem codicis nostri scribendas curavit. Unde iure tuo Victorem ipsius Amiatini usum habuisse suspicareris, nisi aliis de causis id param verisimile esse videretur. Nam inter illas quas margini intulit varias lectiones aliquae sunt, quae in codice Am. non inveniuntur, et in cod. Fuldensi talia leguntur, quae Victor si Amiatinum habuisset absque ulla dubitatione correxisse videretur, ex. gr. 9 18 *cui vult miseretur*, quam, sententiam Amiatinus recte sic exprimit *cuius vult miseretur*. Quod qualecunque est, nobis gratulemur oportet, quod duos habemus testes antiquissimos probataeque fidei, qui quae originalis Novi Test. Hieronymiani forma fuerit fere omni ex parte nos edocent. Quorum unus postquam Tischendorfium suum fuerat assecutus editorem, reliquum erat, ut alter similibus curis editus, doctorum hominum orbi quasi e Victoris manibus sinuque Bonifacii traderetur.

XVI. Quas sibi leges auctor posuerit in paranda codicis editione.

Notum est, Carolum Lachmannum eo maxime de critica Novi Test. tractatione bene meruisse, quod quum persuasum haberet textui

Hieronymiano egregiam virtutem inesse ad constituendum textum graecum, una cum Philippo Buttmanno criticae codicis Fuldensis comparationi diligentissime operam dedit, quorum studiorum fructum in doctissima graeci latinique textus recensione omnium oculis atque usui propositum esse scimus. Aliud mihi consilium, alia methodus fuit. Neque enim inutile me aliquid doctis hominibus, imo necessarium me esse suscepturum iudicavi, si codicem Fuldensem, sexti saeculi opus, secundum omnes quas comprehendit partes, qualis est, accurate ederem, unde non modo textus Novi Test. latini, sed omnis ratio qua illo tempore sacra scriptura esset considerata ac, tractata lectoribus eluceret. Quod ut assequerer, quum liber sacer qua est vetustate atque dignitate ultra arctos bibliothecae limites cum iis qui extra sunt non communicetur , inde ab anno praecedentis decennii quinto quater Fuldam adii ibique comiter exceptus si singulas vices computo duodecim hebdomades festis diebus vix exceptis transseribendo perscrutandoque codici vovi. Quo in studio fultus, neque in paucis ab Amando Keiz bibliothecae Fuldensis diligentissimo bibliothecario, quem ad lares quoque reversus literis datis de singulis, lectionibus consuliu, adiutus, post casus tristissimos quos enarrare, longum est, impenso multorum annorum otio tandem eo perveni, ut librum de quo iam desperavi sospitatum tibi offerre queam. In quo totus codicis textus quatenus a Victore eiusque scriba et correctore scripturae mendis exemtus est, non correctis iis quos etiamnum tenet erroiibus, admissa peculiari illis temporibus scriptione ipsaque (quantum pro ratione quae inter textum scriptum et typis impressum obtinet licuit) interpunctione, servata, oculis subiicitur. De qua quidem re quum ne uno quidem momento dubitavi, vehementer haesi de iis, quae non tam menda corrigendo quam alias lectiones comparando Victor vel ipse aliis e libris codici nostro intulit vel per suos amanuenses inferenda curavit. Quae si textui inseruissem dupliciter mihi viderer a via recta defecisse: originalem enim codicis indolem destruxissem, neque vero eo bene forem usus, quod Victor per correctorem ad I Cor. 12, 31 margini intulit, ubi ad ea quae textus praebet *dona meliora* notatmu est: *alibi carismata*, cf. quae in comment. diplom. ad 318, 6 notavi, unde discendum esse existimavi Victorem non tam emendationes quam varias lectiones codici intulisse. Has igitur in commentarium diplomaticum ablegandas esse censui; cui consilio, ut in bona re constans essem neve codicum diversorum substantias inter se miscerem, iis quoque in locis haud ita multis inhaesi, ubi alius codicis lectiones in ipsum textum intrusas videbam. Unde officium mihi iniunctum esse sensi, ut non acquiescens in iis quae scripta exstabant, ea quoque legere atque transseribere studerem quae vel punctis deleta vel

scalpello rasa erant, modo singularem, lectionem , non errorem in se continerent, cuius rei exempla habes in comm. dipl. ad 193, 1 et 196, 6. 7. Quod reliquum est, versuum divisionem Stephanicam, qua hodie carere non possumus, adhibitis minutioribus numeris textui secundilm Tischendorfianam cod. Amiatini editionem inserui; numeros vero quae in evangeliorum harmonia ad discernenda singulorum evangelistarum effata per amanuensem inscribi iussi, ex diligentissima quam J. A.Schmellerus a. 1841 dedit harmoniae latinae et francicae editione hausi, inter quos complures a viro doctissimo non recte positos esse meleste fero: quorum emendationem si benevolas lector quaesiverit, ex commentario meo critico facile hauriet, in quo ubi singuli evangeliorum loci inveniantur additis paginaram verauumque numeris accurate edocebitur.

INTRODUCTION to FOOTNOTES taken from
the COMMENTARIUS DIPLOMATICUS.

This Commentarius Diplomaticus is omitted from this volume as it has been broken up and used as footnotes on the respective pages. Below then is the introduction, to explain the symbols used in the footnotes.

Sigla, quibus in hoc commentario editionem meam codicis Fuldensis secundum singulas eius paginas illustrante, vindicante atque hic illic post repetitas curas emendante usus sum, lector benevolus sciat esse haec:

S scribae manum indicat.

V Victoris episcopi manum denotat, qui plurima vel ipse correxit vel ut ab aliis corrigerentur siglis ℞ vel |· vel $\bar{\cdot}$ vel ·|· ad marginem positis flagitavit.

V^s manum incerti scriptoris Victorinae similem significat.

C manum correctoris indicat, qui vel illa loca, quorum emendationem Victor siglis suis positis poposcerat, emendavit vel alia quoque, quae siglis notata non erant, correxit.

Ubi de munere atque aetate alicuius correctoris dubius haesi, literis vocabulisve ab eo, allatis praemisi *Inc.* vel *Inc. man.*

Ag. scholiasten Anglosaxonicum denotat.

Siglis M^1, M^2, M^3 et M^4 aliquos aevi medii correctores insignivi, de quorum scriptura atque aetate in prolegomenis egi.

Litera Z alium aevi medii hominem significavi, qui ad scholia quaedam textui biblico addenda non tam calamo usus est, quam stylo plumbeo armatus laevem codicis pulchri superfidem hic illic turpavit.

Annotata vocabulorum divisione, exempli gratia, vocabuli *au*-**c***toris*, significare volui hoc verbum ad finem versus appropinquans a scriba codicis sic esse divisum: *auc-toris*, id tamen divisionis genus quum Victori non placeret, cum eo quod supra positum est genere ab ipso esse commutatum.

Punctis ad exitum vocabulorum positis ex. gr. *errorum.* vel *subiacere˙* indixi, his in locis interpunctionem a solito scribae usu ita uti positum est recedere.

Ubi super vocabula aliqua vel super syllabas literasque aliquas puncta vides superscripta, eas literas, syllabas vel vocabula scias in codice per Victorem hac ratione ad deletionem esse condemnatas.

Literae generis minuti super aliam literam positae ut in codice ita in commentario correctionem Victorinam indicant. Ubi scribae sunt, appositum invenis S.

Accentus quem acutum vocamus super vocali aliqua positus lineolam obliquain repraesentat in codice super eadem scriptam, quae orthophonici generis esse videtur.

Ubi duo vocabula puncto distincta in medium proferuntar.ex. gr. *autem-genuit*, scias illud punctum in codice non alium in finem videri insertum esse, nisi ut vocabula scripta vel inter se vel a notis marginalibus separarentur, unde fit, ut in impresso textu. loctim habere non possit.

1 IN NOMINE PATRIS ET FILI ET SPS· SCI·
INC· PRAEFATIO UICTORIS EPISCI CAPUAE

Cum fortuito in manus meas incideret unum ex quattuor euangelium conpositum et absente titulo non inuenirem nomen auctoris· diligenter inquirens quis gesta uel dicta domini et saluatoris nostri euangelica lectione discreta in ordinem quo se consequi uidebantur. non minimo studii labore redegerit· repperi ammonium quemdam alexandrinum· qui canonum quoque euangelii fertur inuentor· matthei euangelio reliquorum trium excerpta iunxisse· ac sic in unam seriem euangelium nexsuisse· sicut eusebius episcopus carpiano cuidam scribens, in praefatione editionis suae· qua canones memorati euangeii edidit supra dicti uiri imitatus studium refert· in hunc modum· ammonius quidam alexandrinus multum ut arbitror laboris et studii impendens unum ex quattaor nobis abreliquit euangelium ex historia quoque eius comperi· quod tatianus uir
2 eruditisimus et orator |illius temporis clarus· unum ex quattuor conpaginanerit enangelium cui titulum diapente conposuit· hic beati iustini philosophi et martyris· dum aduiueret discipulus fuit· quo migrante ad dominum cum palma martyrii· magistri sanctam deserens disciplinam et doctrinae supercilio elatus in lapsum encratitaram heresim marcionis potius amplexus errorem quam iustini· christi philosophi ueritatem· suae uitae perniciosus excoluit· asserens inter alia nuptias et stupra pari crimini subiacere· sed et dictis apostolicis· manus profanae emendationis· uel ut dicam uerius corruptionis dicitur intulisse· sed quia et hominum perfidoram christi dei nostri operante potentia confessione uel opere saepe triumphat gloria ueritatis·

1

vv. 1—16. continent primam codicis paginam, quae non solum multa membranae immaculatione literarumque detritione turpata est, sed etiam eatenus singularem adspectum praebet, quod singula textus vocabula ab imperito aliquo homine tum obliquis obelis tum hic illic punctis seriori tempore additis disiuncta apparent, quae ratio tractandi textus ad faciliorem lectionem male inventa usque ad finem praefationis est continuata.

5. *au*-**c***toris*·

6. *lectione* rasura emendatum e *lectitione*

7. *studio*· (i supra o)

11. *scribens* correctum e *scribons*

15. *inpendens* (m supra n)

21. *déserens* | *disciplinam.* *et doctrinae supercilio.*

23. *errorem.*

25. *subiacere*: cui puncto aliud suppositum est.

26. *uerius.*

nam et daemones christum fatebantur· et filii sceuae in actibus apostolorum· in nomine ihesu quem praedicaret paulus demonia fugabant· |Tatianus quoque licet profanis inplicatus erroribus **3** non inutile tamen exhibens studiosis exemplum hoc euangelium ut mihi uidetur sollerti conpaginatione disposuit· et forsitan adhuc beati iustini adherens lateri illius eruditionis merito hoc opus explicuit· arbitror enim propterea non ammonii sed huius esse editionem memorati uoluminis quod ammonius matthei fertur relationi euangelistarum reliquorum relatione discretos adnexuisse sermones hic uero sancti lucae principia sunt adsumpta

Licet ex maxima parte euangelio sancti matthei reliquorum trium dicta coniunxerit· ut iure ambigi possit· ammonii an tatiani inuentio eiusdem operis debeat extimari·

Uerumtamen uel si iam heresiarces huius editionis auctor exstitit tatianus uerba domini mei cognoscens libenter amplector interpretationem si fuisset eius propria |procul abicerem· nam **4** et contra gentes magnificos libros edidisse narratur· hoc igitur euangelium cum absque numeris repperissem quos ammonius mirabili studio repperit·

Eusebius uero caesareae episcopus palestinae· ab eo accipiens exemplum diligenter excoluit· quibus communiter ab euangelistis dicta uel propria sunt notulis declarata· domino iuuante studium laboris inpendi· ut memoratos numeros· per loca congrua diligenter adfigerem· quodsi dubitatio alicuius uerbi fortasse prouenerit ex appositis numeris ad plenariam recurrens quilibet euangelii lectionem an et ibidem ita se sermo habeat de quo ambiguitas prouenerat incunctanter inueniat· et absque scrupulo studiosi meus secura hoc possit· uti uolumine· quod etsi a compositi huius auctore uoluminis cum numeris editum fuit sed transcribentium desidia omissi putantur· nos tamen in eo sumus |labore uersati quo opera solet nouella **5** praesumi· sciendum sane quod hic numerus canonicus usque ad denariam perueniat quantitatem· neque scribentis uoluntate horum numerorum summa defixa est· sed ratione et regula naturali· ab ammonio est inuenta sagaciter

In titulo columnae lege UICTORIS
2. *apo-stolorum· In | dȧemonia*

Manuscript Page 3

3. *Tatianus·* Maiusculam in codice initialem nova quae hic exorditur pagina flagitavit.
6. *adhérens·* Ceterum posterior manus *adhærens* scripsit | *lateri̧*
7. *ammonii·*
8. *uoluminis·* Punctum crassius serioris aetatis
10. *sermones·* Punctum integratum
11. *adsumpta˙* Punctum non originale
13. *ámbigi*
14. *extimari* V^s mutavit in *aestimari*
15. *heresiarces* idem in *haeresiarches*
16. *extitit· tatianus·* Ergo legas *ex-*^{S}*titit* | *co*-**g***noscens* | *libenter· amplector· interpetrationem* quod quidem obelis adhibitis, quibus raro utitur Victor, correctum est.

Manuscript Page 4

17. *abicerem⁚* cui puncto aliud suppositum est
19. *repperissem̧*
22. *excoluit˙*
25. *adfigerem* ⁖ cui puncto duo alia addita sunt, quae cum illo formam trianguli efficiunt.
26. *prouenerit·*
27. *euangel*^{i}*i* | *lectionem̧*
28. *habeat·* | *proueneraţ* | *in-cun*-**c***tanter*
30. *uolumine*^{u}
31. *fuit·* | *putantur··*

Manuscript Page 5

32. *uersati̧*
33. *sanȩ* | *numerus*, *canonicus*.
35. *sagaciter˙*

In titulo columnae lege UICTORIS: I can find nothing to which this note seems to refer. I consider it worthy of being deleted. However, I will let it stand, but ignore it.

Line 11: Ranke has adsumptu. The manuscript clearly has adsumpta. Ranke's entry is here corrected.

Line 27: Ms clearly shows *i* inserted as superscript. Typesetter missed this. Here corrected.

Line 30: It requires faith to see the 'u'. It could easily be an artefact of a split nib. A punct though, here, makes no sense.

Neque enim aut infra denarium aut ultra poterit ullo modo alius numerus repperiri· qui quattuor euangenstarum dicta communia aut propria ualeat explicare· quod praesenti facile potest exemplo probari· nam aut omnes quattuor sibi concordare necesse est· aut mattheus· marcus· lucasque sibi conueniunt· aut mattheus iohanni consentit· aut mattheus lucae concordat· aut mattheus cum marco eadem loquitur· aut marcus cum luca et iohanne paria loquitur aut marcus cum iohanne similibus loquitur· aut marcus cum luca eadem narrat· aut
6 lucas cum iohanne non discrepantia |referunt· aut singuli propria inueniuntur exponere· In quattuor igitur euangelistis euidenti numerorum ratione monstratum est quod non ualeat communis propriaque relatio ultra progredi· aut intra denariam contrahi quantitatem quos tamen canones breuiter supter adnexui ⊘quibus unus quisque canon· numeris declaretur uel in⊘ (ut) manifestius fiat· in quo canone qui euangelistae communia uel propria dixerint· ~~noscantur~~ ⊘facile lector inueniat⊘ ordinem uero quem in canonum ratione digessimus· ad hoc exeruimus ut sola probatio fieret· rationabiliter denarii summam fuisse conscriptam· nam quae sit eorum positio breuiter ut diximus infra notare curauimus· ipsos quoque numeros in unum pariter congregatos in modum quo eos sanctus hieronymus digessit curaui describere· iuxta seriem dumtaxat qua totius euangelii huius lectio explicatur
7 ut qui eadem uel alia· aut |ubi propria· euangelistae protulerint memoratos numeros prius curiosus lector si uelit inspiciens facile ex nota numeri reperta comprobet lectione· sanctam et beatissimam trinitatem praecantes· ut nos in ueritate scripturarum suarum erudire dignetur· et discretionis gratiam tribuat· quatenus ut optimi trapezitae· ommia probemus secundum apostolum et quae sunt bona sectemur·

. . . .

EXPLICIT PRAEFATIO

2. *repperire*˙ cui puncto aliud superscriptum est.
3. *explicare*˙ cui puncto itidem aliud est suppositum.
4—10. Vˢ, ut videtur, canonum numeros ab I usque ad X ad marginem apposuit.

Manuscript Page 6

12. *est*.
13. Originale *transgredi* a S in *progredi* mutatum. Quae correctio quum non satis clara videretur, V accurate ad marginem notavit *progredi*
14. *contrahi*, correctum ut vdtr e *contrari* | *quantitatem*˙
15. & 17 *nexui*˙ ⊘ *quibus unusquisq*. ⊘ ⊘ *canon· numeris declare* ⊘ ⊘ *tur. vel* ⊘ *ut manifestius fiat*. et post tres alios versus: ⊘ *facile lector inueniat*. ⊘ *or* quae translocationis verborum sigla nonnisi ab operis autore derivari possunt. | legas: *canone qui euangelistae*
16. *dixerint* a Victore correctum. e *dixisse noscantur*
17. *exeruimus*.
18. *conscriptam*˙ cui puncto aliud suppositum est.
19. expositio a V corr. in *positio* | *curauimus*˙ cui puncto aliud punctum subscriptum est.
20. *numerus* corr. in — *os*· | *congregatos*.
21. *digessit*· | *describere*·· cui puncto aliud ad latus suppositum est.

Manuscript Page 7

24. *numeros*. | *inspiciens*·
26. *praecantes* sive *precantes*, quum praeter recentiorem obelum quo litera, *a* perfossa est, punctum, satis quidem altum, super illa conspiciatur. | *scri*-**p***turarum*

Line 2: Ranke has the punct subscript. Clearly it is superscript. Here corrected.

Lines 15 & 17: Ranke chose to obey dubious deletion marks. The deleted text has been restored in grey. An extra line therefore has been added between 15 and 17, marked ⊘. Line numbering after ⊘ = 16 is corrected accordingly.

In canone primo
quattuor concordant mattheus· marcus· lucas. iohannes
In secundo tres
mattheus· marcus· lucas
In tertio tres
mattheus· lucas· iohnnes
In quarto tres
mattheus· marcus· iohannes
In quinto duo
mattheus· lucas
In sexto duo
mattheus· marcus
In septimo duo
mattheus· iohamnes
In octauo duo
lucas· marcus
In nono duo
lucas· iohannes
In decimo propria·
unusquisque quae non habentor in aliis ediderunt

2. V^s iuxta capita uersuum 2. 3. 5. 7. 9. 11. 13. 15. 17. 19 numeros I usque ad X adnotavit et ad exitum versuum 10. 12. 14. 16. 18. literas adscripsit *e a s d e* i. e. easdem.

20. Sub hoc versu a V^s vocabula scripta sunt *ubi est marcus iohannes*

9

Mattheus·	Marcus·	Lucas·	Iohannes·
capi	***tu***	***lo***	***XIII***
VII	II	VI	X
XI	IIII	XVI	XII
VIII	II	VII	X
XI	IIII	X	XII
capi	***tu***	***lo***	***XIIII***
XIIII	V	XIII	XV
XIIII	V	XIIII	XV
capi	***tu***	***lo***	***XVI***
CLXVI	LXXXII	XCIIII	XVII
capi	***tu***	***lo***	***XVII***
XXIII	XXVII	XVII	XLVI
capi	***tu***	***lo***	***XXI***
XI	IIII	X	XXVIII
capi	***tu***	***lo***	***XXIII***
XXIII	XXVII	XLV	XLVI
capi	***tu***	***lo***	***XLV***
XCVIII	XCVI	CXCVI	CXX
capi	***tu***	***lo***	***LV***
LXX	XX	XXXVIII	XXXVIII
capi	***tu***	***lo***	***LXVIII***
XCVIII	XCVI	CXCVI	CXX
capi	***tu***	***lo***	***LXXV***
CXXXIII	XXXVII	LXXVIII	CVIIII
capi	***tu***	***lo***	***LXXVIIII***
CXLI	L	XVIIII	LVIIII
CXLII	LI	XXI	XXXV
capi	***tu***	***lo***	***LXXXI***
CXLVII	LXIIII	XCIII	XLVIIII
capi	***tu***	***lo***	***LXXXIII***
LXXXIIII	CLX	CCLXVI	LXVII
CCXCV	CLXXVI	CCLXXXII	LIIII
CXLI	L	XVIIII	LVIIII
CCCX	CXCI	CCXCVII	LXVIIII
CLXVI	LXXXII	XCIIII	LXXIIII
capi	***tu***	***lo***	***LXXX***
LXX	XX	XXXVII	XXXVIIII
XCVIII	XCVI	CXVI	XL
capi	***tu***	***lo***	***LXXX***
CLXVI	LXXII	CIIII	LXXIIII

Pages 5—20, Quas in his paginis series numerorum verticales conspicis, eae in codice columnis arcubusque satis simplicibus circumdatae sunt. Omnes inscriptiones et subscriptiones minio exornatae, numeri atramento scripti. Ceterum. quae pone inscriptiones *Mattheus* etc. puncta posita vides typothetae, non scribae, esse moneo.

Mattheus·	Marcus·	Lucas·	Iohannes·
capi	***tu***	***lo***	***CV***
CCXX	CXXVIIII	CCLX	LXXVII
capi	***tu***	***lo***	***CXII***
CCLXXIIII	CLVI	CCLX	XX
capi	***tu***	***lo***	***CXVIII***
CXXI	CCXI	CCXXXVIII	XXI
capi	***tu***	***lo***	***CXXIIII***
CCXX	CXXVIIII	CCXLII	LXXXVIII
capi	***tu***	***lo***	***CXXX***
CCXX	CXII	CCXXXVIIII	LXXXV
CCC	CLXXXI	CCLXXXV	LXXVIIII
capi	***tu***	***lo***	***CXXXVI***
CCLXXIII	CLVI	CCLX	XCV
capi	***tu***	***lo***	***CXXXVIII***
CCLXXIIII	CLVI	CCLX	XC
CCLXXVI	CLVIII	LXXIIII	XCVIII
CCLXXVI	CLVIII	LXXIIII	XCVIII
capi	***tu***	***lo***	***CXXXVIIII***
CCLXXVI	CLVIII	LXXIIII	XCVIII
capi	***tu***	***lo***	***CXLIIII***
XCVIII	XCVI	CXVI	CXI
capi	***tu***	***lo***	***CXLVI***
CCXLIIII	CXXXVIIII	CCL	CXLVI
capi	***tu***	***lo***	***CLIIII***
CCLXXVIIII	CLVI	CCLX	XX
capi	***tu***	***lo***	***CLV***
XCVIII	XCVI	CXVI	CXX
capi	***tu***	***lo***	***CLVI***
CCLXXX	CLXII	CCLXXVIIII	CXXII
CCLXXX	CLXII	CCLXVIIII	CXXII
capi	***tu***	***lo***	***CLVII***
CCLXXXIIII	CLXV	CCLXVI	LXVII
CCLXXXVIIII	CLXX	CCLXXV	CXXVI
CCLXXXVIIII	CLXX	CCLXXV	CXXVI
capi	***tu***	***lo***	***CLVIII***
XCVIII	XCVI	CXVI	CXXVIIII
XCVII	XCVI	CXVI	CXXXI

11

	Mattheus·	Marcus·	Lucas·	Iohannes·
	capi	***tu***	***lo***	***CLX***
	CCXLIIII	CXXXVIIII	CCL	CXLI
	XCVIII	XCII	CXVI	CXLIIII
	CCXLIIII	CXXXVIIII	CCL	CXLVI
	capi	***tu***	***lo***	***CLXI***
	CCXCI	CLXXII	CCLXXXIIII	CLVI
	CCXCV	CLCCVI	CCLXXXII	XLII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXII***
	CCC	CLXXXI	CCLXXXI	CLVIII
	CCCII	CLXXXIII	CCLXXXVII	CLX
	CCXCIIII	CLXXV	CCLXXXI	CLXI
	CCCIIII	CLXXXIIII	CCLXXVIIII	CLXX
	CCCVI	CLXXXVII	CCXC	CLXII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXIII***
	CCCXIIII	CCXCV	CCXCI	CLXVI
	CCCXIIII	CCXCV	CCXCI	CLXVIII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXIIII***
	CCCIIII	CLXXXIIII	CCLXXXVIIII	CLXX
	CCCXIII	CXCIIII	CCXCIIII	CLXXII
	CCCVI	CLXXXVI	CCXCI	CLXXIII
	CCCXV	CXCVI	CCXCII	CLXXV
	capi	***tu***	***lo***	***CLXVI***
	CCCX	CXCI	CCXCVII	LXIIII
	CCCXIII	CXCIIII	CCXCIIII	CLXXII
	capi	**tu**	**lo**	**CLXVII**
	CCCXVIII	CXCVIIII	CCC	CLXXV
	capi	**tu**	**lo**	**CLXVIII**
a	CCCXX	CC	CCCII	CLXXVIII
b	CCCXXV	CCIIII	CCCX	CLXXXIIII
c	CCCXXVI	CCV	CCCXIII	CXCIIII
d	***capi***	***tu***	***lo***	***CLXVIIII***
	CCCXXVI	CCV	CCXC	CLXXXVIII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXX***
	CCCXXVIII	CCVI	CCCXIIII	CXCVI
	CCCXXXI	CCVIIII	CCCXV	CXCVII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXXI***
	CCCXXXVII	CCXV	CCCXVII	CXCVIIII
	CCCXXXII	CCX	CCCXVIII	CXCVII
	CCCXXXIIII	CCXII	CCCXXI	CCI
	CCCXXXV	CCXIIII	CCCXXIIII	CXCVIIII
	CCCXXXVI	CCXV	CCCXVIIII	CXCVIII
	CCCXLIII	CCXXIII	CCCXXVIIII	CCIIII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXXII***
	CCCXLVIII	CCXVII	CCCXXXII	CCVI
	CCCXLVIII	CCXXVIII	CCCXXXIII	CCVIII
	capi	***tu***	***lo***	***CLXXIIII***
	CCCLII	CCXXXI	CCCXXXVI	CCXIIII
	CCCLII	CCXXXII	CCCXXX	CCCI
	EXPLICIT	**CANON I**	**INCIPIT**	**CANON II**

Lines a - d: Haplography in Ranke, Here corrected according to m.s..

Mattheus·	Marcus·	Lucas·
capi	***tulo***	***XII***
LXII	XIII	IIII
capi	***tulo***	***XV***
XV	VI	XV
XXI	X	XXXII
XXI	X	XXXII
capi	***tulo***	***XX***
LXXI	XXI	XXXVIII
capi	***tulo***	***XXIII***
LXXVIIII	XXVIIII	LXXXVI
LXXVIIII	XXVIIII	LXXXVI
LXXX	XXX	XLIIII
capi	***tulo***	***XXV***
XXXI	CII	CLXXXV
capi	***tulo***	***XXVI***
XXXII	XXXVIIII	CXXXIII
capi	***tulo***	***XXXVI***
CXCIIII	CVIII	CLII
capi	***tulo***	***XL***
L	XLI	LVI
capi	***tulo***	***XLIIII***
LXII	XIII	IIII
LXXVIIII	XXXVIIII	LXXXVI
capi	***tulo***	***XLV***
LXXXII	LIII	LXXXVII
LXXXIII	LIIII	LXXXVII
LXXXV	LV	CXIIII
LXXXVIII	CXII	CXLVIII
XCII	XL	LXXX
XCIIII	LXXXVI	LXXVII
capi	***tulo***	***XLVII***
LXIII	XVIII	XXXIII
capi	***tulo***	***LIII***
LXVIIII	XLVII	LXXXIII
capi	***tulo***	***LIIII***
VIIII	XLVII	LXXXIII
LXX	XX	XXXVII
capi	***tulo***	***LVII***
LXXII	XXII	CLXXXVI
LXXIII	XXII	CLXXXVI
LXXIII	XXIIII	XL
LXXIII	XXIII	XL
LXXIII	XXIII	XL
capi	***tulo***	***LX***
CXXX	XXXV	LXXXII
capi	***tulo***	***LXI***
LXXIIII	XLVIIII	LXXV

13

Mattheus·	Marcus·	Lucas·	
capi	***tulo***	***LXIII***	
CXXI	XXXII	CXXVIII	
CXXII	XXXIII	CXXVIIII	
capi	***tulo***	***LXV***	
CIII	I	LXX	
capi	***tulo***	***LXVIIII***	
CXIIII	XXIIII	XLI	
CXVI	XXV	XLII	
capi	***tulo***	***LXX***	
CXVI	XXV	XLII	
capi	***tulo***	***LXXII***	
CXXXI	XXXVI	LXXVI	
capi	***tulo***	***LXXIIII***	
CXXXVII	XLIIII	CLXVII	
capi	***tulo***	***LXXVI***	
CXXXV	XXXVIII	LXXVIII	
capi	***tulo***	***LXXX***	
CXLIIII	LVII	XC	
CXLIIII	LVIIII	XII	
capi	***tulo***	***LXXXIII***	
CLXVIII	LXVIIII	XXXVI	
CLXIIII	LXXVIIII	CXLIIII	
capi	***tulo***	***XCI***	
CLXVIII	LXXXIII	XCV	
CLXX	LXXXV	XCVI	
capi	***tulo***	***XCII***	
CLXXII	LXXXVIII	XCVIII	
CLXXIIII	XCI	XCVIIII	
capi	**tulo**	**XCIII**	
CLXXIIII	XCI	XCVIIII	
capi	***tulo***	***XCIIII***	
CLXXVI	XCIII	CI	
capi	***tulo***	***XCV***	
CLXXVIII	XCV	CII	
CLXXVIII	XCVIIII	CXCVII	
capi	***tulo***	***CI***	
CXC	CV	CXCV	
capi	**tulo**	**CII**	
CXCII	CVI	CCXVI	
capi	***tulo***	***CVII***	
CVII	CXIII	CCXVIIII	
CXCV	CCVIIII	CCXX	
CXCVIII	CX	CCXXI	
capi	***tulo***	***CX***	
CCI	CXII	CCXXII	

14

Mattheus·	**Marcus·**	**Lucas·**
capi	***tulo***	***CXIII***
CCIII	CXIIII	CCLXX
CXCVIIII	CXI	CLXXIII
capi	***tulo***	***CXVI***
CCV	CXVI	CCXXIIII
capi	***tulo***	***CXVII***
CCVI	CXVII	CCXXXII
CCVII	CXVIII	CCXXXIII
CCVIII	CXVIII	CCXXXIII
CCXIIII	CCXVIIII	CCXXXIIII
capi	***tulo***	***CXXV***
CCXVIIII	CXXVIII	CCXLI
capi	***tulo***	***CXXVII***
CCXXIII	CXX	CCXLIIII
capi	***tulo***	***CXXVIII***
CCXXIII	CXXX	CCXLIII
capi	***tulo***	***CXXXI***
CCXXV	CXXXIIII	CCXLV
CCXXVI	CXXXIII	CCXLIIII
capi	***tulo***	***CXL***
CCXCVIIII	CLXXX	CIII
capi	***tulo***	***CXLII***
CCXXVIIII	CXXXV	CCXLVI
CCXXV	CXXXIIII	CCXLV
CCXXVIIII	CXXXV	CXXXVII
capi	***tulo***	***CXLV***
CCXLII	CXXXVII	CCXLVIII
capi	***tulo***	***CXLVI***
CCXLIII	CXXXVIII	CCXLVIIII
LXXXVIII	CXLI	CCLI
CCXLVIII	CXLIII	CCVIIII
CCXLVIIII	CXLIIII	CCLIIII
CCLI	CXLVI	CCLV
CCLVIII	CL	CCLVII
CCLIII	CXLVIII	CCIIII
CCLVIII	CL	CCLVII
CCLVIIII	CLI	CCLVIII
CCLVIII	CLI	CCLVIII
capi	**tulo**	**CXLVII**
CCLVIIII	CLI	CCLVIII
capi	***tulo***	***CXLVIII***
CCXLVIII	CXLVI	CCVIIII
CCLXVIII	CLVI	CCXXVIII
CCLXIIII	CLV	CLVI
CCLXIIII	CLV	CLVI
capi	***tulo***	***CL***
CCLXVIIII	CLIIII	CCLII
CCLXXI	XLII	CCXXX

Line 49: Ranke incorrectly copies XLII as CLII. Here corrected.

	Mattheus·	Marcus·	Lucas·	
	capi	***tulo***	***CLII***	
	CCLXVIII	CLIIII	CCXXVIII	
	CCLXXI	XLII	CXXX	
15	***capi***	***tulo***	***CLVI***	
	CCLXXVI	CLX	CCLXIII	
	CCLXXXV	CLXVI	CCLXV	
	CCLXXXI	CLXIII	CCLXVIII	
	capi	***tulo***	***CLVII***	
	CCLXXXV	CLXVI	CCLXV	
	capi	***tulo***	***CLXI***	
	CCXCVI	CLXXVII	CCLXXX	
	CCXCVI	CLXXVII	CCLXXXIIII	
	capi	***tulo***	***CLXII***	
	CCCI	CLXXXII	CCLXXXVI	
	CCCI	CLXXXII	CCLXXXVI	
	capi	***tulo***	***CLXIIII***	
	CCCXVI	CXCVII	CCXCVI	
	capi	***tulo***	***CLXV***	Typo (reversed)
	CCCXVII	CXCVII	CCCV	corrected DS
	CCCVIII	CLXXXVIII	CCXCVI	
	capi	***tulo***	***CLXVI***	
	CCCXII	CXCIII	CCXCVIII	
	capi	***tulo***	***CLXVIII***	
	CCCVIII	CLXXXVIIII	CCCV	
	CCCXXII	CCII	CCCVIIII	
	CCCXXII	CCII	CCCVIIII	
	CCCXXXII	CCII	CCVIIII	
	capi	***tulo***	***CLXVIIII***	
	CCCXXV	CCIIII	CCCX	
	capi	***tulo***	***CLXXI***	
	CCCXXXVIII	CCXVIII	CCXXII	
	CCCXXXVIIII	CCXVIII	CCXXVII	
	CCCXL	CCXX	CCCXXVII	
	CCCXLII	CCXXII	CCCXXIII	
	CCCXLIIII	CCXLIIII	CCCXXVIII	
	CCCXLVI	CCXXV	CCCXXX	
	capi	***tulo***	***CLXXIIII***	
	CCCLIII	CCXXXII	CCCXXXVII	
	CCCLIIII	CCXXXVI	CCCXXXVIII	
	capi	***tulo***	***CLXXVI***	
	CCCLIIII	CCXXXVII	CCCXXXVII	
	EXPLICIT	***CANON II***	***INC.CANON III***	

Mattheus·	Lucas·	Iohannes·	
capi	***tulo***	***V***	
I	XIIII	XV	
	XIIII		
capi	***tulo***	***XIII***	
VII	VI	II	
VII	VI	II	
I	XIIII	III	
I	XIIII	V	
CXV	CXVIIII	VIII	
capi	***tulo***	***XIIII***	
I	XIIII	V	
capi	***tulo***	***XXI***	
VII	VI	XXV	
capi	***tulo***	***XLIII***	
LVIII	LXIII	CXVI	
XC	LVIII	XVIII	
XCVII	CCXI	CV	
capi	***tulo***	***XLVIII***	
LXIIII	LXV	XXXVII	
capi	***tulo***	***XLVIIII***	
LXVII	XV	XXXVI	
capi	***tulo***	***LVI***	
LXIIII	LXV	XXXVII	
capi	***tulo***	***LXVIII***	
CXII	CXVIIII	CXLVIII	
capi	***tulo***	***LXXX***	
CXLVI	XCII	XLVII	
capi	***tulo***	***LXXXIII***	
CXI	CXVIIII	LXI. LXXXVI	
capi	***tulo***	***LXXXVIIII***	
CXII	CXVIIII	XLIIII	
capi	***tulo***	***CV***	
CXII	CXVIIII	LXVI	
capi	***tulo***	***CXXXII***	
CXII	CXVIIII	LXXXVII	
capi	***tulo***	***CXXXIIII***	
XCII	CXVIIII	XC	
CCIIII	CXVIIII	XCI	
capi	***tulo***	***CXL***	
CCXCIII	CLXXXIIII	CVII	
capi	***tulo***	***CLV***	
LVIIII	LXIII	CXVI	
XC	LVIII	CXVIII	
XC	LVIII	CXXXVIIII	
CCXII	CXXIII	CXLII	
CXI	CXVIIII	CXLVIII	
CXII	CXVIIII	CLIIII	
EXPLICIT	***CANON III***	***INC. IIII***	

17

Mattheus·	Marcus·	Iohannes·	
capi	***tulo***	***XXI***	
XVIII	VIII	XXVI	
capi	***tulo***	***XXII***	
XVIII	XII	XXVI	
capi	***tulo***	***LXXXII***	
CL	LXVII	LI	
capi	***tulo***	***LXXXIII***	
CLXI	LXVII	LIII	
CCXCVII	CLXXII	LXX	
CCLXXVIIII	CLXI	LXXII	
capi	***tulo***	***CXIII***	
CCIIII	CXV	XCI	
capi	***tulo***	***CXVIII***	
CLXI	LXXVII	XXIII	
capi	***tulo***	***CXXIIII***	
CCXVI	CXXX	CL	
capi	***tulo***	***CXXXV***	
CLXVII	XXVI	XCIII	
capi	***tulo***	***CXXXVI***	
CXVII	XXVI	XCV	
capi	***tulo***	***CXXXVIIII***	
CCLXXVII	CLVIIII	XCVIII	
capi	***tulo***	***CLVI***	
CCLXXVIII	CLXI	CXXI	
CCLXXVIIII	CLXI	CXXI	
capi	***tulo***	***CLVII***	
CCLXXXVII	CLXVIII	CLII	
capi	***tulo***	***CLVIII***	
CCXVI	CXXV	CXXVIII	
capi	***tulo***	***CLX***	
CCXVI	CXLV	CXXXIII	
CCIIII	CXV	CXXXV	
CCXVI	CXXV	CXXXVII	
CCXVI	CXXV	CL	
capi	***tulo***	***CLXI***	
CCXCII	CLXXIII	CVII	
CCXCVII	CLXXVIII	LXX	
CCXCVI	CLXXVII	CCLXXXIII	
CCXCVIIII	CLXXX	CIII	
capi	***tulo***	***CLXIII***	
CCCVII	CLXXXVII	CLXIIII	
capi	***tulo***	***CLXVIII***	
CCCXXI	CCI	CLXXX	
CCCXXI	CCI	CXCIII	
CCCXXI	CCI	CLXXX	
CCCXXI	CCCI	CLXXX	
CCCXXIII	CCCIII	CLXXXIII	
capi	***tulo***	***CLXX***	
CCCXXVIIII	CCCVI	CLXXXV	
capi	***tulo***	***CLXXI***	
CCCXXXIII	CCXI	CCXI	
CCCXXXIII	CCXI	CCIII	
EXP. CANON	***QUARTVS. INC.***	***CANON V***	**1****

Lacking in original.

Mattheus·	**Lucas·**	**Mattheus·**	**Lucas·**
III *Capitulo III*	III	***capitulo***	***XLV***
capitulo	***XIII***	LXXXIIII	CXI
X	VIII	LXXXVI	CVIIII
XII	XI	XCIII	CXLV
capitulo	***XV***	XCV	CLX
XV	XVI	XCI	CLXXXII
capitulo	***XXIII***	LXV	CLXXII
XXV	XLVI	LXVI	CLXVI
XXV	XLVI	***capitulo***	***LII***
XXVI	XLVI	LXVIII	CV
XXVIII	XLVIII	***capitulo***	***LVIII***
XXX	XLVIIII	CXXVII	CXXVIII
capitulo	***XXVI***	CXXVIII	CXXX
XXXIIII	CXCIIII	***capitulo***	***LXIII***
capitulo	***XXVIII***	CXXV	LXII
XXXVI	CLXII	***capitulo***	***LXV***
capitulo	***XXXV***	CII	LXVIIII
XXXVIII	LIII	CIIII	LXXI
XXXVIII	LIII	CV	LXXIII
LIIII	LIIII	CVIII	LXXIIII
capitulo	***XXXIII***	***capitulo***	***LXVI***
		CCVIII	CXV
XL	LII	***capitulo***	***LXVIII***
XLI	LV	LX	CXVIIII
capitulo	***XXXV***	XCVI	CLXXXII
XLIII	CXXIII	XVI	CLXXXIIII
capitulo	***XXXI***	***capitulo***	***LXXI***
XLVI	CLIII	CXXXI	XLIIII
capitulo	***XXXVII***	***capitulo***	***XXXIII***
XLVI	CLIIII	CXXXVIII	CLXVIII
XLVII	CXXXIIII	CXXXIIII	CXX
capitulo	***XXXVIII***	***capitulo***	***LXXXIIII***
XLVIII	CXCI	CCXXXVI	CXXV
capitulo	***XXXVIIII***	***capitulo***	***LXXXV***
XLVIIII	CL	CLVI	LVII
		capitulo	***LXXXVI***
111 Et querebant eum in|ferre et ponere ante ihesum· [19]et non inuenientes qua parte eum inferrent prae turba· ascenderunt supra tectum et per tegulas summiserunt illum cum lecto in medium ante ihesum

[20]Quorum fidem ut uidit dixit· Confide fili remittuntur tibi peccata tua· [21]et coeperunt cogitare scribae et pharisaei dicentes· quis est hic qui loquitur blasphemias· quis potest dimittere peccata nisi solus deus· (Mt. 9, 4) Et cum cognouisset ihesus cogitationes eoram· respondens dixit ad illos· quid cogitatis mala in cordibus uestris· sed [5]quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata· an dicere· Surge·et ambula· (Lc. 5, 24) ut autem sciatis quod filius hominis potestatem habet in terram dimittere peccata· ait paralytico· Mt. LXX Mr. Lc. XXXVII (sic) Actually, Lc. 5, 22

Tibi dico surge tolle lectum tuum· et uade in domum tuam· [25]et confestim surgens coram illis

112 |Tulit in quo iacebat et abiit in domum suam magnificans deum· [26]et stupor apprehendit omnes et magnificabant deum· et repleti sunt timore dicentes· quia uidimus mirabilia hodie

(Mt. 9, 8) Et glorificauerunt deum qui dedit potestatem talem hominibus

LVI· (Io. 4, 46) Uenit ergo iterum in chana galileae ubi fecit aquam uinum· Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum· [47]hic cum audisset quia ihesus adueniret a iudaea in galilaea· abiit ad eum et rogabat eum ut discenderet· et sanaret filium eius· Incipiebat enim mori· [48]Dixit ergo ihesus ad eum· nisi signa et prodigia uideritis non creditis· [49]dicit ad eum regulus domine descende priusquam moriatur filius meus· Io. XXXVI *X* Io. XXXVII *II* Mt. LXIIII Lc. LXV

[50] Dicit ei ihesus· uade filius tuus uiuit· Credidit homo

Lc. 8, 39; 5, 18–21. 24–26. Mr. 5, 19–20. Mt. 9, 1. 4–5. 8. Io. 4, 46–50.

12. Siglum ℞ ad errorem in numero canonico commissum, post rasura deletum, referas.

24. *o*-**m***nes*

Footnote 24: Ranke had this marked as 25.

sermoni quem dixit ei ihesus et ibat· [51]Iam autem descendente
eo· serui occurrerunt ei· et nun|tiauerant dicentes· quia filius 113
eius uiueret

[52]Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit· et dixerunt ei

Quia heri hora septima reliquit eum febris·

[53]Cognouit ergo pater quod illa hora erat in qua dixit ei ihesus· filius tuus uiuit·

Et credidit ipse et domus eius tota

Lc. LXXXIII *X* Mt. LXXII *II* Mr. XXII Lc. CLXXXXVI

LVII· (Lc. 5, 29) Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua

(Mt. 9, 10) Et factum est discumbente eo in domo· ecce multi publicani et peccatores uenientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius·

(Mr. 2, 15) Erant enim multi qui et sequebantur eum· [16]et uidentes scribae et pharisaei quia manducaret cum peccatoribus et publicanis· dicebant discipuls eius· quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit magister uester·

Mt. LXXIII *II* Mr. XXII Lc.

[17]hoc audito ihesus ait illis· non necesse habent sani medicum sed qui male habent· (Mt. 9, 13) Euntes autem discite· quid
est |misericordiam uolo et non sacrificium 114

Mt. LXXII *II* Mr. XXIII Lc. XL

non enim ueni uocare iustos sed peccatores (Lc. 5, 32) in paenitentiam· at illi dixerunt ad eum·

Mt. LXXII *II* Mr. XXIII Lc. XL

quare discipuli iohannis ieiunant· frequenter et obsecrationes faciunt· similiter et pharisaeorum· tui autem edunt et bibunt· (Mt. 9, 14. Mr. 2, 18) et non ieiunant· (Lc. 5, 34) quibus ipse ait· (Mr. 2, 19) numquid possunt filii nuptiarum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare· uenient autem dies cum auferetur ab eis sponsus et tunc ieiunabunt (Lc. 5, 35) in illis diebus· [36]dicebat

Mt. LXXIII *II* Mr. XXIII Lc. XL

autem et similitudinem ad illos· (Mr. 2, 21) quia nemo assumentum pannis rudis assuit uestimento ueteri· alioquin aufert supplementum nouum a ueteri· et maior scissura fit· [22]et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres

Alioquin rumpet uinum nouum utres et ipsud effunditur et
utres peribunt· sed uinum |nouum in utres nouos (Lc. 5, 38) mit- 115
tendum est· et utraque conseruantur

Io. 4, 50–53. Lc. 5, 29. 82–36. 38. Mt. 9, 10. 13. 14. Mr. 2, 15–19. 21.

19. Sigl. ℞ ad emendationem numeri canonici ***II*** referendum.
29. *dicebant* jugulata obelo litera *n* rasaque restitutum
31. *alioquin· aufert*

[39]Et nemo bibens uetus statim uult nouum·
Dicit enim uetus melius est

LVIII· (Mt. 12, 38) Tunc responderunt ei quidam de Mt. CXXVII V
scribis et pharisaeis dicentes· Lc. CXXVIII
Magister uolumus a te signum uidere· [39]qui respondens
ait illis· generatio mala et adultera signum quaerit· et
signum non dabitur ei nisi signum ionae prophetae· [40]Sicut
enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus·
sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus
noctibus· [41]uiri nineuitae surgent in iudicio cum generatione
ista· [42]et condemnabit eam· quia uenit a finibus terrae audire
sapientiam salomonis· et ecce plus quam salomon hic
dico autem uobis quia multi uenerunt a finibus terrae audire Lc. CXXXII X
sapientiam salomonis
116 |Et ideo maior salomon hic· (Mt. 12, 43) cum autem inmundus Mt. CXXVIIII V
spiritus exierit ab homine· ambulat per loca arida· quaerens Lc. CXXX
requiem et non inuenit· [44]Tunc dicit reuertar in domum meam
unde exiui· Et ueniens inuenit uacantem scopis mundatam et
ornatam· [45]Tunc uadit et assumet VII alios spiritus secum
nequiores se· et intrantes habitant ibi· et fiunt nouissima hominis
illius peiora prioribus· Sic erit et generationi huic pessimae

LVIIII· (Lc. 11, 27) Factum est autem cum haec diceret·
extollens uocem quaedam mulier de turba dixit illi· beatus Lc. CXXXI X
uenter qui te portauit et ubera quae suxisti· [28]at ille dixit
quippe enim· Beati qui audiunt uerbum dei et custodiunt

LX· (Mt. 12, 46) Athuc eo loquente ad turbas· ecce
mater eius et fratres· stabant foris quaerentes loqui ei· Mt. CXXX II
[47]Dixit autem ei quidam Mr. XXXV
117 |Ecce mater tua et fratres tui foris stant quaerentes te· Lc. LXXXII
[48]at ille respondens dicenti sibi ait· Quae est mater mea et
qui sunt fratres mei
[49]Et extendens manum in discipulos suos dixit·
ecce mater mea et fratres mei· [50]quicumque enim fecerit
uoluntatem patris mei qui in caelis est· ipse meus et frater
et soror et mater est

LXI· (Mt. 9, 18) haec illo loquente ad eos Ecce princeps Mt. LXXIIII II Mr. XLVIIII Lc. LXXXV

Mt. 12, 38–50; 9,18. Lc. 5, 39; 11, 27–28.

11. *eam·* ⁒ cui siglo in margine respondet ⁒ N̊ [i.e. *nota*] *minus habet* qua glossa lector monetur, in textu deesse verba: [*ista*] *et condemnabunt eam,* ⁒ *quia paenitentiam egerunt in praedicatione Jonas et ecce plus quam Jona hic.* [42] *Regina austri surget in iudicio cum generatione ista* (e cod. Amiat.)
17. *requiem* maculam vides non punctum
19. *uadit·* et fortasse nonnisi ad vocabula separanda inservit.

synagogae unus· cui nomen iahirus· accessit et adorabat eum dicens· filia mea modo defuncta est· sed ueni inpone manum super eam et uiuit

[19]Et surgens ihesus sequebatur eum et discipuli eius·

[20]Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis

(Mr. 5, 26) Et fuerat multa perpessa· a conpluribus medicis· et erogauerat omnia sua· (Lc. 8, 43) nec ab ullo potuit curari· (Mr. 5, 26) sed magis deterius habebat· uenit in turba retro· (Lc. 8, 44) et tetigit fimbriam uesti|menti eius· (Mr. 5, 28) dicebat enim intra se· **118** quodsi uel uestimentum eius tetigero salua ero· (Lc. 8. 44) et confestim stetit fluxus sanguinis eius·

(Mr. 5, 29) Et sensit corpore quod sanata esset a plaga·

[30]Et statim ihesus cognoscens in semet ipso ait. (Lc. 8, 44) quis me tetigit· dixit petrus et qui cum illo erant·

praeceptor· turbae te conprimunt et affligunt· et dicis quis me tetigit· [46]et dixit ihesus· tetigit me aliquis· nam et ego noui uirtutem de me exisse· et circumspiciebat uidere eam quae hoc fecerat· [47]Uidens autem mulier quia non latuit· tremens· uenit et procidit ante pedes eius· et ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo·

Et qaemammodum confestim sanata sit· [48]at ipse dixit· filia fides tua te saluam fecit· uade in pace· (Mr. 5, 34) et esto sana a plaga tua· [35]athuc eo loquente· uenit ab archesynagogo dicens |ei· quia mortua est filia tua· quid ultra uexas **119** magistrum·

[36]ihesus autem audito hoc uerbo ait· archesynagogo· noli timere· crede tantum· et salua erit· [37]et non ammisit· quemquam sequi se· nisi petrum et iacobum et iohannem fratrem iacobi· (Mt. 9, 23) Et cum uenisset in domum archesynagogi. uidit tubicines et turbam. tumultuantem et flentes et eiulantes multum

Et ingressus dicebat· [24]recedite· non est enim mortua puella· sed dormit· (Lc. 8, 53) et deridebant eum scientes quod mortua esset· (Mt. 5, 40) ipse uero eiectis omnibus assumto patre et matre puellae et qui secum erant· et ingreditur ubi erat puella iacens· [41]et tenens manum eius· ait illi· thalitha cumi· quod est interpraetatum puella tibi dico surge· (Lc. 8, 55) et

Mt. 9, 18–20. 23-24. Mr. 5, 26. 28–30. 34–37. 40–41. Lc. 8, 43–48. 53. 55.

1. *synagogae· unus*
24. S. quod scripserat *dicente* ipse mutavit in *dicens*
26. *uerbo· ait*

reuersus est· spiritus eius· (Mr. 5, 42) et surrexit continuo puella· et ambulabat·

120 Erat autem annorum |duodecim· et obstipuerunt omnes
stupore maximo· [43]Et praecepit illis uehementer ut nemo id **Mt. LXXV *X***
sciret· (Lc. 8, 55) et iussit dari illi manducare· (Mt. 9, 26) et exiuit fama haec in uniuersam terram illam,,

LXII· Et [27]transeunte inde ihesu secuti sunt eum duo caeci· clamantes et dicentes· miserere nostri fili dauid· [28]cum autem uenisset domum· accesserunt ad eum caeci·

Et dicit eis ihesus· creditis quia possum hoc facere uobis· dicunt ei· utique domine· [29]tunc tetigit oculos eorum dicens· secundum· fidem uestram· fiat uobis· [30]et aperti sunt oculi illorum· et conminatas est illis ihesus dicens· uidete ne quis sciat· [31]illi autem exeuntes diffamauerunt eum in uniuersam terram illam

[32]Egressis autem illis· ecce optulerunt ei hominem mutum
daemonium habentem· [33]et eiecto daemone locutus est mutus· **Mt. CXX *VII***
et miratae sunt turbae dicentes **Io. LXXXII**

121 |Numquam apparuit sic in israhel· (Mt. 19, 23) numquid iste **Mt. CXXI *II* Mr. XXXII**
est filius dauid **Lc. CXXVII**

LXIII· (Mt. 9, 34) Pharisaei autem· dicebant· in beelzebub principe daemoniorum hic eicit daemones· (Lc. 11, 17) ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit eis·

Omne regnum in se ipsum diuisum desolatur· et domus diuisa aduersus se non stabit· [18]Si autem et satanas in se ipsum diuisus est· quomodo stabit regnum ipsius·

(Mr. 3, 26) Non potest stare· sed finem habet· (Lc. 11, 18) quia dicitis in beelzebub eicere me daemonia· [19]si autem ego in beelzebub eicio daemonia· filii uestri in quo eiciunt· ideo ipsi iudices uestri erunt·

[20]Porro si in digito dei eicio daemonia· profecto peruenit in uos regnum dei· (Mt. 12, 29) aut quomodo potest quisquam in-
trare in domum· fortis· et uasa eius diripere· in quibus con- **Mt. CXXII *VII***
fidebat· nisi prius alligauerit fortem· et tunc domum illius **Mr. XXXIII Lc. CXXVIIII**
122 diripiat· [30]qui non est |mecum· contra me est· Et qui non congregat mecum spargit

Lc. 8, 55; 11, 17–20. Mr. 5, 42–43; 3, 26. Mt. 9, 26–34; 12, 23. 29–30.

7. *Et* prius omissum a S extra columnam restitutum est.
13. *illi*^{s} quae correctio post totam paginam scriptam facta eo arguitur, quod literula *s* in pagina opposita expressa cernitur.
34. *allėgauerit*, litera e insuper obelo perfossa.

Footnote 34: Ranke had this referenced incorrectly to line 33.

[31]Ideo dico uobis· omne peccatum et blasphemia remittetur
hominibus· spiritus autem blasphemia non remittitur
Mt. CXXIIII X [32]Et quicumque dixerit uerbum contra filium hominis re-
mittitur ei
Qui autem dixerit contra spiritum sanctum non remittetur
Mt. CXXV V ei· neque in hoc saeculo neque in futuro·
Lc. LXII [33]Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum· aut
facite arborem malam· et fructum eius malum· siquidem ex
fructu arbor agnoscitur· [34]Progenies uiperarum quomodo potestis
bona loqui cum sitis mali· ex abundantia enim cordis· os lo-
quitur· [35]bonus homo de bono thesauro profert bona· Et malus
homo de malo thesauro profert mala· [36]Dico autem uobis·
Lc. CXXII X quoniam omne uerbum otiosum quod locuti fuerint homines
reddent ratio|nem de eo in die iudicii· **123**
[37]Ex uerbis enim tuis iustificaueris et ex uerbis tuis con-
demnaberis

LXIIII· (Lc. 10, 38) Factum est autem dum irent· et ipse
intrauit in quoddam castellum
Et mulier quaedam martha nomine excepit illum· in do-
mum suam
[39]Et huic erat soror nomine maria· quae etiam sedens
secus pedes domini audiebat uerbum illius·
[40]Martha autem satagebat circa frequens ministerium·
quae stetit et ait· domine non est tibi curae· quod soror mea
reliquit me solam ministrare· dic ergo illi ut adiuuet me· [41]Et
Mt. CII V respondens dixit illi dominus
Lc. LXVIIII Martha· martha· sollicita es· et turbaris· circa plurima·
[42]porro unum est necessarium· maria optimam partem elegit·
quae non auferetur ab ea

LXV· (Mt. 11, 2) iohannes autem cum audisset in uinculis
opera christi· conuocans duos de discipulis suis misit· ad do-
minum (Lc. 7, 19) dicens·
|Tu es qui uenturus es· an alium expectamus· **124**
[21]In ipsa autem hora curauit multos a languoribus et
plagis· et spiritibus malis· et caecis multis donauit uisum· [22]Et
respondens dixit illis·

Mt. 12, 31–37; 11, 2. Lc. 10, 38–42; 7, 19. 21–22.

18. *quod[d]am*, quae correctura scribae est.

Euntes nuntiate iohanni· quae uidistis et audistis· quia
caeci uident· claudi ambulant· leprosi mundantur· surdi audiant·
mortui resurgunt· pauperes euangelizantur· 23Et beatus est qui
non fuerit scandalizatus in me· (Mt. 11, 7) illis autem abeuntibus·
coepit dicere de iohanne ad turbas· quid existis in deserto
uidere· harundinem uento moueri· 8Sed quid existis uidere·
hominem mollibus uestimentis indutum

Ecce qui in ueste praetiosa sunt et deliciis· in domibus
regum sunt· 9sed quid existis uidere prophetam· utique dico
uobis· et plus quam prophetam· 10hic enim est de quo scri- Mt. CIII *II* Mr. I Lc. LXX
ptum est

125 Ecce ego mitto angelum |meum ante faciem tuam qui
praeparauit uiam tuam ante te· 11amen dico uobis· maior inter Mt. CIIII *V* Lc. LXXI
natos mulierum propheta iohann baptista nemo est· qui
autem minor est· in regno caelorum maior est illo

(Lc· 7, 29) Et omnis populus audiens· et publicani iustifica- Lc. LXXII *X*
uerunt deum· baptizati baptismo iohannis·

30Pharisaei autem et legis periti· consilium dei spreuerunt
in semet ipsos· non baptizati ab eo·

(Mt. 11, 12) A diebus autem iohannis baptistae· usque nunc· Mt. CV *V*
regnum caelorum uim patitur· Et uiolenti rapiunt illud· 13Omnes Lc. LXXIII
enim prophetae et lex usque ad iohannem prophetauerunt· Mt. CVI *X*
si uultis recipere ipse est helias qui uenturus est· 15qui
habet aurem audiendi audiat· 16Cui autem similem aestimabo Mt. CVII *V* Lc. LXXIIII
generationem istam·

Similis est pueris sedentibus in foro· clamantes coaequa-
126 libus 17dicunt cecinimus et non plan|xistis· 18Uenit enim iohannes·
neque manducans neque bibens· et dicunt daemonium habet

19Uenit filius hominis manducans et bibens· et dicunt·
ecce homo uorax et potator uini· publicanorum et peccatorum
amicus et iustificata est sapientia a filiis suis

LXVI· 20Tunc coepit exprobrare ciuitatibus in quibus Mt. CVIII *V* Lc. CXV
factae sunt plurimae uirtutes eius· qui non egissent paeni-
tentiam·

21Uae tibi corozain· uae tibi· bethsaida· quia si in tyro
et sidone factae fuissent uirtutes quae factae sunt in uobis·

Lc. 7, 22–23. 29–30. Mt. 11, 7–21.

olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent· [22]Uerumtamen
dico uobis· tyro et sydoni· remissius erit in die iudicii· quam
uobis· [23]Et tu capharnaum· numquid usque in caelum exaltaberis·
Mt. CVIIII X Usque in infernum descendes Quia si in sodomis factae
fuissent uirtutes· quae factae sunt in te· forte man|sissent usque **127**
in hunc diem· [24]Uerumtamen dico uobis· quia terrae sodomorum
remissius erit in die iudicii quam tibi

Mr. LXI VII Lc. XCI **LXVII·** (Mr. 6, 30) Et cum uenissent apostoli· ad ihesum
Mr. LXII X nuntiauerunt illi omnia quaecumque fecerant et docuerant·
[31]Et ait illis· uenite seorsum in desertum locam· et requiescite
pusillum

Erant enim qui ueniebant multi· nec manducandi spatium
habebant,,

Lc. CVII X **LXVIII·** (Lc. 10, 1) post haec autem designauit dominus
et alios LXX duos· et misit illos binos· ante faciem suam in
omnem ciuitatem· et locum· quo erat ipse uenturus·

Mt. XCVIII I [2]Et dicebat illis·

Mr. XCVI Lc. CXVI Io. CXX (Lc. 10, 16) qui uos audit· me audit et qui

Lc. CXIIII X uos spernit· me spernit· qui autem spernit· spernit eum
qui me misit· [17]reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio
dicentes· domine· etiam daemonia subiciuntur nobis |in nomine **128**
tuo· [18]Et ait illis· uidebam satanan sicut fulgur de caelo ca-
dentem· [19]Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes
et scorpiones· et supra omnem uirtutem inimici· et nihil uobis
nocebit· [20]Uerumtamen in hoc· nolite gaudere quia spiritus uobis
subiciuntur

Gaudete autem quod nomina uestra· scripta sunt in caelis·
Mt. LX V Lc. CXVIII [21]In ipsa hora· exultauit spiritu sancto et dixit· confiteor tibi
pater domine caeli et terrae· quia abscondisti haec a sapien-
tibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis· etiam· pater quia sic
Mt. CXII III fuit placitum ante te· [22]Omnia mihi tradita sunt a patre
Lc. CXVIIII Io. CXLVIII meo· Et nemo nouit filium nisi pater· neque patrem quis
nouit nisi filius· et cui uoluerit filius reuelare· [23]Et conuersus
ad discipulos suos dixit·

Mt. CXIII X (Mt. 11, 28) Uenite ad me omnes qui laboratis· et onerati
estis· et ego reficiam |uos· [29]Tollite iugum meum super uos· **129**

Mt. 11, 21-24. 28-29. Mr. 6, 30-31. Lc. 10, 1-2. 16 -23.

18. 19. Inter hos versus spatium in codice non cernitur.

25. manu non originali vocula *in* ante *hoc* inserta.

27. *uestra· scripta* punctum nonnisi ad separanda vocabula inservire videtur.

Footnote 18. 19. From the ms., logically, this should refer to lines 17 & 18.

et discite a me quia mitis sum et humilis corde· et inuenietis requiem animabus uestris· [30]Iugum enim meum suaue est et onus meum leue est

(Lc. 14, 26) Si quis uenit ad me· et non odit patrem suum et matrem· et uxorem· et filios· et filias· et sorores· adhuc autem et animam suam non potest esse meus discipulus· [27]Et qui non baiulat crucem suam et uenit post me· non potest esse meus discipulus Mt. XCVI V Lc. CLXXXII

[28]Quis enim ex uobis uolens turrem aedificare· non prius sedens conputat sumtus· qui necessarii sunt· si habet ad perficiendum· [29]ne posteaquam posuerit fundamentum et non potuerit perficere· Lc. CLXXXIII X

Omnes qui uident incipiant inludere ei [30]dicentes· quia hic homo coepit aedificare et non potuit consummare [31]aut
130 qui rex iturus conmittere bellum |aduersus alium regem non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum XX milibus uenit ad se· [32]alioquin· athuc illo longe agente legationem mittens rogat ea quae pacis sunt·

[33]Sic ergo onmis ex uobis qui non renuntiat omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus· Lc. CLXXIIII V Mt. XVI

LXVIIII· (Lc. 6, 1) Et factum est in sabbato secundo· primo cum transiret ihesus per sata· uellebant esurientes discipuli eius spicas· et manducabant confricantes manibus Lc. XLI II Mt. CXIIII Mr. XXIIII

[2]Quidam autem pharisaeorum dicebant illis· quid facitis quod non licet in sabbatis· [3]et respondens ihesus ad eos dixit nec hoc legistis quod fecit dauid cum esurisset ipse· et qui cum eo erant· [4]quomodo intrauit in domum dei· et panes propositionis sumsit et manducauit· et dedit his qui cum eo erant

131 |Quos non licebat ei manducare· nisi solus sacerdotibus [5]et dicebat illis· (Mt. 12, 5) aut non legistis in lege· quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant Mt. CXV X

Et sine crimine sunt

[6]Dico autem uobis quia templo maior est hic·

(Mr. 2, 17) Sabbatum propter hominem factum est· et non homo propter sabbatum Mr. XXV II Mt. CXVI Lc. XLII

Mt. 11, 29–30; 12, 5–6. Lc. 14, 26–33; 6. 1–5. Mr. 2, 27.

Lc. XLII II Mt. CXVI Mr. XXV

LXX· (Lc. 6, 6) Factum est autem et in alio sabbato ut
intraret in synagogam et doceret· et erat ibi homo et manus
eius dextra arida· [7]Obseruabant autem scribae et pharisaei·
si in sabbato curaret· ut inuenirent accusare illum· [8]ipse uero
sciebat cogitationes eorum· et ait homini qui habebat manum
aridam· surge et sta in medium· et surgens stetit· [9]ait autem
ad illos ihesus· interrogo uos si licet sabbato bene facere an
male animam saluam facere |an perdere· at illi tacebant· [10]et **132**
circumspectis omnibus dixit homini· Extende manum tuam· et
extendit· et restituta est sanitati manus eius· sicut et altera

(Mt. 12, 11) Et dixit ad eos· quis erit ex uobis homo qui
habeat ouem unam· et si ceciderit haec sabbatis in foueam·
nonne tenebit et leuabit eam· [12]quanto magis melior est homo
oue· Ideoque licet sabbato bene facere

(Lc. 6, 11) ipsi autem repleti sunt insipientia et conloquebantur
ad inuicem quidnam facerent ihesu

Mt. CXVIII X

(Mt. 12, 15) ihesus autem sciens secessit inde· et secuti sunt
eum multi· et curauit eos omnes· [16]et praecepit eis ne mani-
festum eum facerent· [17]ut adimpleretur quod dictum est per
esaiam prophetam dicentem·

,[18]Ecce puer meus quem elegi· dilectus meus in quo bene
,placuit animae meae· ponam spiritum meum super eum et
,iudicium gentibus |nuntiabit· [19]non contendet neque clamabit· **133**
,neque audiet aliquis in plateis uocem eius

,[20]harundinem quassatam non confringet et linum
fumigans
,non extinguet donec eiciat ad uictoriam iudicium [21]et in no-
,mine eius gentes sperabunt

Lc. XLIIII V Mt. CXXXI Mr. XXXVI II Lc. LXXVI

LXXI· (Lc. 6, 12) Factum est autem in illis diebus· exiit
in montem orare et erat pernoctans in oratione dei· [13]Et cum
dies factus esset· uocauit discipulos suos (Mt. 13, 1) Et exiens de
domo sedebat secus mare· [2]Et congregatae sunt ad eum
turbae multae· ita ut in nauiculam ascendens sederet· et omnis
turba stabat in litore· [3]et locutus est eis multa in parabolis
dicens

Mt. CXXXI II Mr. XXXVI Lc. LXXVI

LXXII· Ecce exiit qui seminat seminare· [4]et dum
seminat quaedam ceciderunt secus uiam et conculcata sunt·

Lc. 6, 6–13. Mt. 12, 11–12. 15–21; 13, 1–4.

2. *manu[s]m*
9. *circumspe-***c***tis*
10. *re-***s***tituta*

et uenerunt uolucres· et comederunt ea· [5]alia autem ceci-
134 derunt· |in petrosa ubi non habebat terram multam

Et continuo exorta sunt quia non habebant altitudinem terrae·

[6]Sole autem orto aestuauerunt· et quia non habebant radicem aruerunt· [7]alia autem ceciderunt in spinas et creuerunt spinae et suffocauerunt ea· [8]alia uero ceciderunt in terram bonam· et dabant fructum· aliud centesimum aliud sexagesimum aliud tricensimum

(Lc. 8, 8) Haec dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat,,

LXXIII· (MT. 13, 24) aliam parabolam proposuit illis dicens Mt. CXXXVI X

Simile factum est regnum caelorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo· [25]Cum autem dormirent homines· uenit inimicus eius· et superseminauit zizania in medio tritici· et abiit·

[26]Cum autem creuisset herba et fructum fecisset· Tunc apparuerunt et zizania·

135 |[27]Accedentes autem serui· patris familias dixerunt ei· domine
nonne bonum semen seminasti in agro tuo· unde ergo habet zizania·

[28]Et ait illis· inimicus homo hoc fecit· serui autem dixerunt ei· uis imus et colligimus ea [29]et ait· non· ne forte colligentes zizania· eradicetis simul et tritticum cum eis· [30]sinite utraque crescere usque ad messem· et in tempore messis· dicam messoribus colligite primum zizania et alligate ea fasciculos ad conburendum· triticum autem congregate in horreum meum

LXXIIII· [31]aliam parabolam proposuit eis dicens Mt. CXXXVII II Mr. XLIIII Lc. CLXVII

(Lc. 13, 18) Cui simile est regnum dei· et cui simile esse existimabo illud (Mr. 4, 30) aut cui parabolae conparauimus illud· (Lc. 13, 19) Simile est grano sinapis· quod accipiens homo seminauit in hortum suum (Mr. 13, 32) quod minimum quidem est omnibus holeribus

136 |Et fit arbor· ita ut uolucres caeli ueniant et habitent in
ramis eius

Mt. 13, 4–8. 24–32. Lc. 8, 8; 13, 18. 19. Mr. 4, 30.

8. *fru*-**c***tum*

11. *audiat*,, interpunctio rubricata propter sequens capituli initium minio scriptum.

13. *re*-**g***num*

32. *qᵛod* originalis scriptio, qualis sub finem. versuum cernitur, cf. 73, 27, non correctura.

Note: Line 26: Ranke sees '*alligate et*', where the manuscript has '*alligate ea*'. Here corrected.

Mt. CXXXVIII / V / Lc. CLXVIII **LXXV**· [33]aliam parabolam locutus est eis· (Lc. 13, 21)
Simile est regnum caelorum fermento quod acceptum mulier
abscondit in farinae satis tribus donec fermentatum· est totum·
Mt. CXXXVIIII / VI / Mr. XLV [34]Haec omnia locutus est ihesus in parabolis ad turbas·
(Mr. 4, 33) Et talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum
prout poterant audire· (Mt. 13, 34) et sine parabolis non loque-
batur eis· [35]ut impleretar quod dictum erat per prophetam·
dicentem· aperiam in parabolis os meum
eructuabo abscondita a constitutione mundi
(Mt. 13, 10) Et accedentes discipuli dixerunt ei· quare in
parabolis loqueris eis·
[11]qui respondens· ait illis· quia uobis datum est nosse
Mr. XLVI / X mysteria regni caeloram· illis autem non est datum· (Mr. 4, 34)
Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia
Mt. CXXXIII / I / Mr. XXXVII / Lc. LXXVIII / Io. CVIIII (Mt. 13, 13) Ideo in parabolis loquor |eis· quia uidentes non **137**
uident· et audientes non audiunt neque intellegunt· [14]et adimpletur
in eis prophetia esaiae dicens· ,auditu audietis et non intellegetis·
, Et uidentes uidebitis et non uidebitis· [15]Incrassatum est
,enim cor populi huius· et auribus grauiter audierunt· et oculos
,suos cluserunt· ne quando oculis uideant· et auribus audiant·
,et corde intellegant· et conuertantur et sanem eos,,
Mt. CXXXIIII / V / Lc. CXX [16]Uestri autem beati oculi quia uident· et aures uestrae
quia audiunt·
[17]Amen quippe dico uobis· quia multi prophetae et iusti
cupierunt uidere quae uidetis· et non uiderunt· et audire quae
auditis et non audierunt
Mt. CXXXV / II / Mr. XXXVIII / Lc. LXXVIII **LXXVI**· [18]Uos ergo audite parabolam seminantis
[19]Omnis qui audierit uerbum regni et non intellegit· uenit
malus et rapit quod seminatum est in corde eius· |hic est qui **138**
secus uiam seminatus est· [20]qui autem supra petrosa seminatus
est· hic est qui uerbum audit et continuo cum gaudio accipit
illud· [21]non habet autem in se radicem sed est temporalis·
facta autem tribulatione et persecutione propter uerbum con-
tinuo scandalizatur· [22]qui autem est seminatus in spinis·
Hic est qui uerbum audit et sollicitudo saeculi istius et
fallacia diuitiarum suffocat uerbum et sine fructu efficitur

Mt. 13, 33–35. 10–11. 13–22. Lc. 13, 21. Mr. 4, 33.

3. *firmentatum* lineolis adhib. mutatum in *ferm·*

13. Sigl. $\overset{t}{\bar{m}}$ a V correctum in $\overset{r}{\bar{m}}$, unde haustum est quod ad marginem notatur Mr. XLVI

Line 36: Ms. clearly has *suffocat*, but Ranke reads as *soffocat*. Here corrected

[23]qui uero in terram bonam seminatus est· hic est qui audit uerbum et intellegit et fructum afferet et facit· aliud quidem centum· aliud autem sexaginta· porro aliud triginta·

LXXVII· (Mr. 4, 26) Sic est regnum dei quemammodum Mr. XLIII *X*
si homo iaceat sementem in terram [27]et dormiat et exsurgat
nocte ac die· et semen germinet et increscat dum nescit ille·
139 [28]ultro enim |terra fructificat primum herbam· deinde spicam·
deinde plenum frumentum in spica·

[29]Et cum se produxerit fructus statim mittit falcem quoniam
adest messis· (Mt. 13, 36) Tunc dimissis turbis· uenit in domum· et Mt. CXL *X*
accesserunt ad eum discipuli eius dicentes· dissere nobis parabolam zizaniorum agri· [37]qui respondens· ait· qui seminat bonum semen· est filius hominis· [38]ager autem est mundus· bonum uero semen hi sunt filii regni· zizania autem filii sunt nequam· [39]inimicus autem qui seminauit ea· est diabolus

Messis uero consummatio saeculi est· messores autem angeli sunt·

[40]Sicut ergo colliguntur zizania et igni conburentur· sic erit in consummatione saeculi

[41]Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala· Et eos qui faciunt iniquitatem

140 |[42]Et mittunt eos in caminum ignis· ibi erit fletus et stridor dentium

[43]Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui· qui habet aures audiat

LXXVIII· [44]Simile est regnum caelorum thesauro Mt. CXL *X*
abscondito in agro· quem qui inuenit homo abscondit· et prae gaudio illius uadit et uendit uniuersa quae habet· et emit agrum illum· [45]Iterum simile est regnum caelorum homini quaerenti bonas margaritas· [46]Inuenta autem una praetiosa margarita· abiit et uendidit omnia quae habuit et emit eam·

[47]Iterum simile est regnum caelorum sagenae missae in mare· ex omni genere congreganti· [48]quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes elegerunt bonos in uasa· malos autem foras miserunt·

[49]Sic erit in consummatione saeculi· exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum

Mt. 13, 23. 36–49. Mr. 4, 26–29.

20. *filium̄*[s] | *colligunt* a S ipso mut. in *colligent*
21. *o*-**m***nia*
26. *ab*-**s***condito*

[50]Et mittent eos in caminum |ignis· ibi erit fletus et stridor 141
dentium· [51]Intellexistis haec omnia· dicunt ei etiam· [52]Ait illis
ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est ho-
mini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua et uetera·
[53]Et factum est cum consummasset ihesus parabolas istas
transiit inde

Mt. CXLI I Mr. L Lc. XVIIII Io. LVIIII **LXXVIIII**· [54]Et ueniens in patriam suam docebat
eos in synagogis eorum ita ut mirarentur et dicerent unde
huic sapientia haec et uirtutes tales quae per manus eius
efficiuntur·

[55]Nonne hic est fabri filius nonne mater eius dicitur
maria· et fratres eius iacob et ioseph et simon et iudas [56]et
sorores eius nonne omnes aput nos sunt· unde ergo huic
Lc. XX X omnia ista· [57]et scandalizabantur in eo· (Lc. 4, 23) Et ait illis
utique dicetis mihi hanc similitudinem medice cura te ipsum
quanta audiuimus facta in capharnaum· fac et hic in patria tua

Mt. CXLII I Mr. L1 Lc. XXI Io. XXXV [24]Amen dico uobis quia |nemo propheta acceptus est in 142
patria sua et in domo sua· (Mt. 13, 58) Et non fecit ibi uirtutes
multas propter incredulitatem illorilm· (Mr. 6, 5) nisi paucos in-
firmos inpositis manibus curabit et mirabatur propter incre-
Lc. XXII X dulitatem eorum· (Lc. 4, 25) In ueritate dico uobis· multae uiduae
erant in diebus heliae in israhel· quando clusum est caelum
annis tribus et mensibus sex· Cum facta est famis magna in
omni terra [26]et ad nullam illarum missus est helias· nisi in
sarepta sidoniae ad mulierem uiduam·

[27]Et multi leprosi erant in israhel sub helisaeo propheta·
et nemo eorum mundatus est nisi neman syrus· [28]Et repleti
sunt omnes in synagoga ira· haec audientes [29]et surrexerunt
et eicerunt illum extra ciuitatem et duxerunt illum usque ad
supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat aedificata
ut praecipita|rent eum· [30]Ipse autem transiens per medium 143
illorum ibat

Mt. CXLIII II Mr. LVII Lc. XC **LXXX**· (Mt. 14, 1) In illo tempore herodes tethrarca· misit
[2]ac tenuit iohannen et uinxit eum in carcerem propter hero-
diadem uxorem philippi fratris sui quia duxerat eum· [3]Dicebat
enim iohannes herodi non licet tibi habere eam

(sic) **Mt. 13, 50–58; 14, 1–3. Lc. 4, 23–40. Mr. 6, 5.**

(Mr. 6, 19) Herodis autem insidiabatur illi et uolebat occidere eum nec poterat

(Mt. 14, 5) Timebat enim populum quia sicut prophetam eum habebant· Similiter et herodes uolens illum occidere metuebat· (Mr. 6, 20) Sciens eum uirum instum et sanctum et custodiebat eum· et audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat· [21]et cum dies oportunus accidisset· herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galileae·

[22]Cumque introisset filia ipsius herodiadis et saltasset·
144 et placuisset herodi simulque recum|bentibus rex ait puellae·

Pete a me quod uis et dabo tibi· [23]et iurauit illi· quia quidquid petieris dabo tibi· licet dimidium regni mei· [24]Quae cum exisset dixit matri suae· quid petam et illa dixit caput iohannis baptistae· [25]Cumque introisset statim cum festinatione ad regem petiuit dicens· uolo ut protinus des mihi in disco caput iohannis baptistae· [26]et contristatus est rex· propter iuramentam autem et simul recumbentes noluit eam contristare· (Mt. 14, 10) Misitque speculatorem et decollauit iohannen in carcere· [11]et allatum est caput eius in disco et datum est puellae· (Mr. 6, 28) et dedit matri suae· (Mr. 14, 12) Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus et sepelierunt illud (Mr. 6, 29) in monumento

Mt. CXLIIII
II
Mr. LVIIII
Lc. XII

(Mt. 14, 12) Et uenientes nuntiauerunt ihesu· (Mt. 14, 1) audiuit autem herodes famam ihesu·(Lc. 9, 7) et omnia quae fiebant ab eo et haesi-
145 tabat eo quod diceretur a quibusdam quod iohannes sur|rexit a mortuis [8]a quibusdam uero quia helias apparuit· ab aliis autem quod propheta unus de antiquis surrexit· [9]Et ait herodes· iohannen ego decollaui· quis autem est iste de quo audio ego talia et quaerebat uidere eum

Mr. LX
VI
Mt. CXLV

Mt. CXLVI
III
Lc. XCII
Io. XLVII

(Mt. 11, 13) Quod cum audisset ihesus secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum· et cum audissent turbae secutae sunt eum pedestres de ciuitatibus [14]et exiens uidit turbam· multam· et misertus est eius et curauit languidos eorum

Mt. CXLVII
I
Mr. LXIIII
Lc. XCIII
Io. XLVIIII

LXXXI· [15]Uespere autem facto accedentes duodecim dixerunt illi· dimitte turbas· ut euntes in castella uillasque quae circa sunt deuertant et inueniant escas quia hic in loco

Mr. 6, 19–26. 28–29. Mt. 14, 5. 10–15. Lc. 9, 7–9.

27. Siglum ℞ hic margini illatum, quum textus integer sit, nonnisi ad emendandos numeros canonicos referri potest, inter quos Lucanum capitulum omissum, cernitur.
30. Numeris canonicis in margine scriptis crucicula est anteposita, cui secundum id quod 158, 21 cernitur, alia intra columnam textualem posita correspondere debebat. Ea tamen hic non invenitur.

Line 23: Ranke fails to recognises the correct context here, and incorrectly links after ‘*ihesu·*’ to Luke 9, 7.
Line 24: The link to Luke should be here, after ‘*ihesu·*’, on this line, as now marked.

deserto sumus· [16]Ihesus autem dixit illis non habent necesse
ire· date illis uos manducare·

(Io. 6, 7) Respondit ei philippus ducentorum denariorum
panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum quid accipiat·

|(Mr. 6, 38) Et dicit eis· quot panes habetis· (Io. 6, 8) Dicit ei **146**
unus ex discipulis eius andreas frater simonis petri·

[9]Est puer unus hic qui habet quinque panes hordiacios
et duo pisces sed haec quid sunt inter tantos· (Lc. 9, 13) nisi
forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas·
qui ait eis· (Mt. 14, 18) afferte mihi illos huc· (Mr. 6, 39) Et praecipit
illis ut accumbere facerent omnes secundum contubernia supra
uiride faenum· [40]et discubuerunt in partes per centenos et
per quinquagenos (Mt. 14, 19) acceptis autem quinque panibus et
duobus piscibus· respexit in caelum· et benedixit illis et fregit
et distribuit discipulis· discipuli autem turbis [20]et manduca-
uerunt omnes et saturati sunt· Tulerunt reliquias XII cofinos
fragmentorum plenos·

[21]Manducantium autem fuit numeras V milia uirorum·
(sic) exceptis mulieribus et paruulis

Mt. CXLVIII *VI* Mr. LXV [22]Et statim iussit discipulos |ascendere in nauiculam et prae- **147**
cedere eum trans fretum ad bethsaidam donec dimitteret
turbas (Io. 6, 14) illi ergo homines cum uidissent quod fecerat
signum dicebant

quia hic est uere propheta qui uenturas est in mundum·
[15]ihesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent
eum et facerent eum regem fugiit· (Mt. 14, 23) et dimissa turba
ascendit in monte solus orare

Mt. CL *IIII* **LXXXII**· Uespere autem facto solus erat ibi· [24]na-
Mr. LXVII Io. LI uicula autem in medio mari iactabatur fluctibus· erat enim
contrarius uentus

[25]Quarta autem uigilia noctis· (Mr. 6, 48) uidens eos laborantes·
uenit ad eos ambulans supra mare· et uolebat praeterire eos

(Mt. 14, 26) Et uidentes eum supra mare ambulantem turbati
sunt dicentes· quod phantasma est et prae timore clamauerunt·

[27]Statimque ihesus locutus est eis dicens· habete fiduciam
Mt. CLI *X* ego sum nolite timere· [28]Respondens autem |petrus dixit **148**

Mt. 14, 15–16. 18–28. Io. 6, 7–9. 14–15. Lc. 9, 13. Mr. 6, 38–39. 48.

Line 20: Manuscript has '*nauicula*', but that is ablative. Accusative is required, hence this is an error, and '*nauiculam*' is required.

domine si tu es iube me uenire ad te super aquas· [29]at ipse
ait· ueni

Et descendens petrus de nauicula ambulabat super aquam
ut ueniret ad ihesum· [30]Uidens uero uentum ualidum timuit·
Et cum coepisset mergi clamauit dicens· domine saluum me
fac· [31]et continuo ihesus extendens manum appraehendit eum· Mt. CLII *VI*
Et ait illi· modice fidei quare dubitasti· [32]Et cum ascendissent Mr. LXVIII
in nauiculam cessauit uentus· et statim fuit nauis ad terram
quam ibant· [33]qui autem in nauicula erant uenerunt et adora-
uerunt eum dicentes uere filius dei es Mt. CLIII *II*

LXXXIII· [34]Et cum transfretassent uenerunt in Mr. LXVIIII
terram genesar· [35]et cum cognouissent eum uiri loci illius· Lc. XXXVI
miserunt in uniuersam regionem illam· et optulerunt ei omnes
male habentes [36]et rogabant eum ut uel fimbriam uestimenti
eius tangerent·

Et quicumque tetigerunt salui facti sunt· (Io. 6, 22) altera Io. LII *X*
149 |die turba quae stabat trans mare uidit quia nauicula alia non
erat ibi nisi una· et quia non introisset cum discipulis suis
ihesus in nauem sed soli discipuli eius abissent· [23]aliae uero
superuenerunt nauis a tiberiade iuxta locam ubi manduca-
uerunt panem gratias agentes domino· [24]Cum ergo uidisset
turba quia ihesus non esset ibi neque discipuli eius ascen-
derunt nauiculas· et uenerunt capharnaum quaerentes ihesum·
[25]Et cum inuenissent eum trans mare dixerunt ei· rabbi
quando huc uenisti· [26]respondit eis ihesus et dixit· amen amen
dico uobis· quaeritis me non quia uidistis signa· sed quia
manducastis ex panibus et saturati estis [27]operamini non cibum
qui perit· sed qui permanet in uitam aeternam

Quem filius hominis uobis dabit· hunc enim pater signauit
deus [28]Dixerunt ergo ad eum quid faciemus ut operemur opera
150 dei· [29]Respondit ihesus |et dixit eis· hoc est opus dei ut cre-
datis in eum quem misit ille· [30]Dixerunt ergo ei· quod ergo Io. LIII *IIII*
tu facis signum ut uideamus et credamus tibi quid operaris· Mt. CLXI
[31]Patres nostri mannam manducauerunt in deserto sicut Mr. LXVII
scriptum est· panem de caelo dedit eis manducare· [32]Dixit Io. LIIII *X*
ergo eis ihesus· amen amen dico uobis· non moses dedit uobis·

Mt. 14, 28–36. Io. 6, 22–32.

5. *mergi* ut videtur e forma *mergere* correctum.
14. *ue*-**s***timenti*
22. *di*-**s***cipuli*
27. *manduca*-**s***tis*

panem de caelo· sed pater meus dat uobis panem de caelo
uerum

[33]Panis enim dei est qui descendit de caelo et dat uitam
mundo· [34]Dixerunt ergo ad eum· domine semper da nobis
Mt. LXXXIIII I Mr. CLXV Lc. CCLXVI Io. LXVII panem hunc

[35]Dixit autem eis ihesus· ego sum panis uitae· qui ueniet
ad me non esuriet·

Et qui credit in me non sitiet umquam· [36]Sed dixi uobis
Io. LVI X quia et uidistis me et non creditis· [37]omne quod dat mihi
Io. LIIII I Mt. CCXCV Mr. CLXXVI Lc. CCLXXXII (Io.) LVIII X pater ad me ueniet· et eum qui uenit ad me non eiciam foras·
[38]quia descendi de caelo· non ut faciam uoluntatem meam·
sed uoluntatem eius qui mi|sit me· [39]haec est autem uoluntas 151
eius qui misit me patris ut omne quod dedit mihi non perdam
ex eo sed resuscitem illum nouissimo die

[40]Haec est enim uoluntas patris mei qui misit me ut
Io. LVIIII I Mt. CXLI Mr. L Lc. XVIIII omnis qui uidet filium et credit in eum habeat uitam aeternam
et resuscitabo ego eum in nouissimo die· [41]Murmurabant ergo
iudaei de illo quia dixisset· ego sum panis qui de caelo
descendi· [42]et dicebant·

Nonne hic est ihesus filius ioseph· Cuius nos nouimus
patrem et matrem

Io. XXX quomodo ergo dicit hic quia de caelo descendi·

[43]Respondit ergo ihesus et dixit eis· nolite murmurari in
inuicem· [44]nemo potest uenire ad me nisi pater qui misit me
traxerit eum· et ego resuscitabo eum nouissimo die· [45]est
scriptum in prophetis· et erunt omnes docibiles dei· Omnis
Io. LXI LXXXVII III Mt. CXLI Lc. CXVIIII qui audiuit a patre et didicit· uenit ad me·

[46]Non quia patrem uidit |quisquam nisi is qui est a deo 152
hic uidit patrem

(Io.) XXII X [47]amen· amen dico uobis· qui credit in me habet uitam
(Io.) XXIIII X aeternam· [48]Ego sum panis uitae· [49]Patres uestri manduca-
uerunt in deserto manna et mortui sunt· [50]Hic est panis de
Io. LXVIIII I Mt. CCCX Mr. CXCI Lc. CCXCVII Io.) XXVI X caelo descendens· ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur·
[51]Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi· si quis mandu-
cauerit ex hoc pane uiuit in aeternum· Et panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi uita· [52]Litigabant ergo iudaei

Io. 6, 32–52.

24. *inuicem* correctura ut videtur scribae.

Line 36: ‘*Litigabant*’ Ranke incorrectly writes ‘*Ligitabant*’. See John VI 53.

ad inuicem dicentes· quomodo potest hic nobis carnem suam
dare ad manducandum· [53]Dixit ergo eis ihesus· amen amen
dico uobis· nisi manducaueritis carnem fili hominis et biberitis
eius sanguinem non habebitis uitam in uobis· [54]qui manducat
meam carnem et bibet meum sanguinem habet uitam aeternam· Io. LXX *IIII*
153 et ego resuscitabo eum in nouissimo die· [55]Caro |enim mea Mt. CCXCVII
uere est cibus Mr. CLXXII

Et sanguis meus uere est potus· [56]Qui manducat meam car- (Io.) XXVIIII *X*
nem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo·
[57]sicut misit me uiuens pater et ego uiuo propter patrem· et
qui manducat me et ipse uiuet propter me· [58]Hic est panis
qui de caelo descendit· non sicut manducauerunt patres uestri
manna et mortui sunt· qui manducat hunc panem uiuet in
aeternum· [59]Haec dixit in synagoga docens in capharnaum·
[60]Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt·

Durus est hic sermo· quis potest eum audire· [61]Sciens autem
ihesus aput semet ipsum quia murmurarent de hoc discipuli Io. LXXII *VII*
eius dixit eis· hoc uos scandalizat· [62]Si ergo uideritis filium Mt.
hominis ascendentem· ubi prius erat· [63]Spiritus est qui uiui- CCLXXVIIII Mr. CLXI
ficat· caro non prodest quicquam Lc.

Uerba quae ego locutus sum uobis· spiritus et uita sunt (Io.) LXXI *X*
154 |[64]Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt· Io. LXXIII *X*

[65]Et dicebat propterea dixi uobis quia nemo potest uenire
ad me nisi fuerit ei datum a patre meo· [66]Ex hoc multi di-
scipulorum eius abierunt retro et iam non cum illo ambulabant·
[67]Dixit ergo ihesus ad duodecim numquid et uos uultis abire· Io. LXXIIII *I*
[68]Respondit ergo Simon petrus Mt. CLXVI

domine ad quem ibimus· uerba uitae aeternae habes· [69]et Mr. LXXXII Lc. XCIIII
nos credimus et cognouimus quia tu es christus filius dei· (Io.) XXXIV *X*
[70]Respondit eis ihesus· nonne ego uos duodecim elegi et· ex
uobis unus diabolus est· [71]dicebat autem· iudam simonis scariothis·
hic enim erat traditurus eum cum esset unus ex duodecim

LXXXIIII· (Lc. 11, 37) Rogauit autem illum quidam Lc. CXXXV Mt. CCXXXVI
pharisaeus ut pranderet aput se· et ingressus recubuit·

[38]Pharisaeus autem coepit intra se reputans dicere· quare
155 non baptizatus esset· ante pran|dium· [39]et ait dominus ad illum

Io. 6, 52–71. Lc. 11, 37–39.

6. 18. Sigl. ℞ emendationem numerorum canonicorum vel effecit vel flagitat.
36. *ba*-**p***tizatus*

Lines 17 & 34: Manuscript has alternative spelling '*aput*' for '*apud*'. Ranke writes '*apud*'. Here corrected.

Nunc uos pharisaei quod deforis est calicis et catini mundatis· quod autem intus est· uestrum plenum est rapina et iniquitate· [40]stulti· nonne qui fecit quod deforis est· etiam id quod deintus est fecit· [41]uerumtamen quod superest date· elemosynam et ecce omnia munda sunt uobis,,

Mt. CLIIII VI Mr. LXXI **LXXXV·** (Mr. 7, 1) pharisaei et quidam de scribis uenientes ab hierosolymis· [2]Et cum uidissent quosdam ex discipulis· communibus manibus id est· non lotis manducare panes uituperauerunt (Mt. 15, 1) dicentes· [2]Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum

Non enim lauant manus suas cum panem manducant· [3]ipse autem respondens ait illis· quare et nos transgredimimi mandatum dei propter traditionem uestram· Nam deus dixit [4]honora patrem et matrem· Et qui maledixerit |patri uel· matri **156** morte moriatur· [5]Uos autem dicitis· quicumque dixerit patri uel matri· munus quodcumque est ex me tibi proderit· [6]et non honorificauit patrem suum aut matrem· et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram· (Mr. 7, 3) Pharisaei enim et omnes iudaei nisi crebro lauent manus non manducant

Mr. LXX X Tenentes traditionem seniorum [4]et a foro nisi baptizentur non comedunt· et alia multa quae tradita sunt illis seruare· baptismata calicum· et urceorum et aeramentorum· et lectorum· [8]et alia similia his faciunt multa·

Mt. CLIIII VI Mr. LXXI (Mt. 13 6) Irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram· hypocritae· bene prophetauit de uobis esaias dicens· „[8]populus hic labiis me honorat· cor autem eorum longe est „a me

„ [9]Sine causa autem colunt me docentes doctrinas mandata „hominum: |(Mr 7 8) relinquentes enim mandatum dei tenetis tra- **157**
„ditionem hominum“

(Mt. 15 10) Et conuocatis ad se turbis dixit eis· audite et intellegite· [11]non quod intrat in os coinquinat hominem sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem

Mt. CLV X [12]Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei· Scis quia pharisaei audito uerbo scandalizati sunt·

[13]at ille respondens ait· ommis plantatio quam non plantauit

Lc. 11, 39–41. Mr. 7, 1–4. 8. Mt. 15, 1–13.

11. *labant* rasura, facta mut. in *lauant*

Line 4: Ranke here spells *uerumtamen* as two words. This is not justified. The manuscript text is all run together, and where there is no punctuation, word breaks are dependant upon the reader. *uerum*, and *tamen* are words in their own right, but, like ‘nevertheless’, these two words, which when run together, become a single word. This case has been corrected thus, as have all subsequent cases.

pater meus caelestis eradicabitur· [14]sinete illos caeci sunt duces caecorum· Mt. CLVI V Lc. LVII

Caecus autem si caeco ducatum praestet ambo in foueam cadunt· (Mt. 7, 17) Et cum introisset in domum a turba· Interrogabat eum (Mt. 15, 15) petrus· edissere nobis parabolam istam· Mt. CLVII VI Mr. LXXII [16]at ille dixit· athuc et uos sine intellectu estis· [17]non intellegitis· omne quod in os intrat in uentrem· uadit et in secessum emittitur·

[18]Quae autem procedunt de ore de corde exeunt· et ea
158 coinquinant hominem |[19]de corde enim exeunt cogitationes malae·

Homicidia· adulteria· fornicationes· furta· falsa testinionia· auaritia nequitiae· dolus· inpudicitia· oculus malus· blasphemia· superbia· stultitia· [20]hae sunt quae coinquinant hominem

Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem

LXXXVI· (Mr. 7, 24a)Et inde surgens abiit in fines tyri et sidonis· (Mt. 15, 22)et ecce mulier cananea gentilis syrophoenissa genere clamauit dicens· miserere mei domine fili dauid filia mea male a daemonio uexatur Mt. CLVII VI Mr. LXXII

[23]ihesus autem non respondit ei uerbum· et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes dimitte eam quia clamat post nos· [24]ipse autem respondens ait· Non sum missus nisi ad oues quae perierant domus israhel· [25]at illa uenit et adorauit eum dicens domine· adiuua me· (Mr. 7 27) qui dixit sine Mt. CLVIII V Lc. CCXXVI Mt. CLVIIII VI Mr LXXIII
159 prius saturari filios· (Mt. 15, 26) Non est enim |bonum sumere panem filiorum et mittere canibus· [27]at illa dixit etiam domine· nam et catelli edunt de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum· [28]Et tunc ait illi· o· mulier magna est fides tua fiat tibi sicut uis· et sanata est filia illius ex illa hora

LXXXVII· (Mr. 7 31) Et iterum exiens de finibus tyri· uenit per sidonem ad mare galilaeae· medios fines decapoleos· [32]et adducent ei surdum et mutum· et depraecantur eum ut inponat illi manum· [33]et adprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas· et expuens tetigit linguam· eius· [34]et suspiciens in caelum ingemuit· et ait illi· effeta quod est adaperire· [35]Et statim apertae sunt aures eius· et solutum Mr. LXXIIII X

Mt. 15, 13–28. Mr. 7, 17. 27. 31–35.

1. Sigl. ℞ vituperat formam *sinete*   12. *bla-sphemia*

Line 16: Here Ranke misses the switch to the Markan version, requiring a detailed switch back on line 17.
Line 32: Here Ranke misreads *ei* as *eis*. Here corrected

est uinculum linguae eius et loquebatur recte· [36]et praecepit illis ne cui dicerent· Quanto autem eis praecipiebat· tanto magis· plus |praedicabant· [37]et eo amplius ammirabantur dicentes· **160** bene omnia fecit et surdos facit audire et mutos loqui

Mr. LXX *VIII* Lc. C Mr. LXXVI *VI* Mt. CLV Io. XXXIII *X*

LXXXVIII· (Io. 4, 4) Oportebat autem eum transire per samariam·

[5]Uenit ergo in ciuitatem samariae quae dicitur sychar· iuxta praedium quod dedit iacob ioseph filio suo· [6]Erat autem ibi fons iacob· ihesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem hora erat quasi sexta·

[7]Uenit mulier de samaria haurire aquam· dicit ei ihesus· da mihi bibere· [8]discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent· [9]dicit ergo ei mulier illa samaritana

Quomodo tu iudaeus cum sis bibere a me poscis quae sum mulier samaritana· non enim coutuntur iudaei samaritanis [10]Respondit ihesus et dixit ei· si scires donum dei· et quis est qui dicit tibi da mihi bibere· tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquam uiuam

[11]Dicit ei mulier· domine neque |in quo haurias habes et **161** puteus altus est· Unde ergo habes aquam uiuam

[12]Numquid tu maior es patre nostro iacob· qui dedit nobis puteum· et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius· [13]Respondit ihesus et dixit ei· Omnis qui bibet ex aqua hac sitiet iterum· qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei· non sitiet in aeternum· [14]Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in uitam aeternam· [15]Dicit ad eum mulier· domine· da mihi hanc aquam ut non sitiam neque ueniam huc haurire· [16]dicit ei ihesus· uade uoca uirum tuum et ueni· [17]Respondit mulier et dixit· non habeo uirum

Dicit ei ihesus· bene dixisti quia non habeo uirum· [18]quinque enim uiros habuisti· et nunc quem habes non est tuus uir· hoc uere dixisti· [19]Dicit ei mulier domine· uideo quia propheta es tu· [20]patres nostri in monte hoc adorauerunt

Et uos dicitis quia in hierosolymis est locus |ubi adorare **162** oportet

[21]Dicit ei ihesus· mulier· crede mihi· quia ueniet hora quando

Mr. 7, 35–37. Io. 4, 4–21.

1. *re*-**c***te*
4. *o*-**m***nia*
13. *ciuos* originalis scriptio seriori tempore corr. in *cibos*
17. *forsitam* itidem orig. scriptio per aliam manum mutata est in *forsitan*. Illa forma imprimenda erat, cf. 84, 12.

neque in monte hoc neque in hierosolymis adorabitis patrem·

[22]Uos adoratis quod nescitis· nos adoramus quod scimus· quia salus ex iudaeis est· [23]Sed uenit hora et nunc est· quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate· nam et pater tales quaerit qui adorent eum [24]spiritus est deus· et eos qui adorant eum in spiritu et ueritate oportet adorare·

[25]Dicit ei mulier· scio quia messias uenit qui dicitur christus· Cum ergo uenerit ille nobis adnuntiabit omnia· [26]Dicit ei ihesus· ego sum qui loquor tecum· [27]et continuo uenerunt discipuli eius· et mirabantur quare cum muliere loquebatur· nemo tamen dixit quid quaeris aut quid loqueris cum ea· [28]Reliquit ergo hydriam suam mulier· et abiit in ciuitatem et dicit illis hominibus·

163 [29]Uenite et uidete hominem |qui dixit mihi omnia quaecumque feci· numquid ipse est christus· [30]exierunt de ciuitate et ueniebant ad eum· [31]Interea rogabant eum discipuli dicentes· rabbi· manduca·

[32]ille autem dixit eis· Ego cibum habeo manducare· quem uos non scitis·

[33]Dicebant ergo discipuli ad inuicem· numquid aliquis attulit ei manducare· [34]Dicit eis ihesus· meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me ut perficiam opus eius· [35]nonne uos dicitis quod athuc IIII menses sunt· et messis uenit ecce dico uobis· leuate oculos uestros et uidete regiones quia albae sunt iam ad messem· [36]Et qui metit mercedem accipit· et congregat fructum in uitam aeternam· ut et qui seminat simul gaudeat· et qui metit· [37]in hoc enim est uerbum uerum

Quia alius est qui seminat· et alius est qui metit· [38]Ego
164 misi uos metere quod uos non laborastis |alii laborauerunt et uos in laborem eorum introistis· [39]Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter uerbum mulieris testimonium perhibentis quia dixit mihi omnia quaecumque feci· [40]Cum uenissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eum ut ibi maneret· et mansit ibi duos dies· [41]Et multo plures crediderunt propter sermonem eius· [42]Et mulieri dicebant·

Io. 4, 21–42.

5. *uiri* ductis lineolis mut. in *ueri* 36. *pro*-**p***ter*

quia iam non propter tuam loquellam credimus ipsi enim
audiuimus et scimus quia uere hic est saluator mundi

Lc. XXXVIII *I* Mt. LXX Mr. XX Lc. XXXVII **LXXXVIIII·** (Io. 5, 1) Post haec erat dies festus iu-
daorum· et ascendit ihesus hierosolymis

[2]Est autem hierosolymis super probatica piscina quae
cognominatur hebraeice bethsaida· quinque porticus habens
[3]in his iacebat multitudo magna languentium·

Caecorum· claudorum aridorum expectantium aquae motum·
[4]Angelus |autem domini secundum tempus descendebat in piscina **165**
et mouebat aquam· qui ergo primus descendisset post motum
aquae sanus fiebat· a quocumque languore tenebatur· [5]Erat
autem quidam homo ibi XXXVIII annos habens in infir-
mitate sua·

[6]Hunc cum uidisset ihesus iacentem et cognouisset quia iam
multum tempus habet dicit ei· Uis sanus fieri· [7]respondit ei
languidus· domine· hominem· non habeo ut cum turbata fuerit
aqua mittat me in piscinam· dum uenio enim ego alius ante
me descendit· [8]dicit ei ihesus· surge tolle grabattum tuum
et ambula· [9]et statim sanus factus est homo

Et sustulit grabattum suum et ambulabat·

Erat autem sabbatum in illo die· [10]Dicebant iudaei illi
qui sanus fuerat· sabbatum est· non licet tibi tollere grabattum
Io. XXXVIIII *X* tuum· [11]Respondit eis· qui me fecit sanum |ille mihi dixit tolle **166**
grabattum tuum et ambula· [12]Interrogauerunt ergo eum· quis
est ille homo qui dicit tibi tolle grabattum tuum et ambula·
[13]is autem qui sanus fuerat effectus· nesciebat quis esset·

Ihesus enim declinauit a turba constituta in loco

[14]Postea inuenit eum· ihesus in templo et dixit illi·

Ecce sanus factus es· iam noli peccare ne deterius tibi
aliquid contingat· [15]abiit ille homo et nuntiauit iudaeis quia
ihesus esset qui fecit eum sanum· [16]propterea persequebantur
iudaei ihesum quia haec faciebat in sabbato· [17]ihesus autem
respondit eis· pater meus usque modo operatur et ego operor·
[18]propterea ergo magis quaerebant eum iudaei interficere· quia
non solum soluebat sabbatum· sed et patrem suum dicebat
deum· aequalem se faciens deo· respondit itaque ihesus et dixit

Io. 4, 42; 5, 1–18.

18. *di*-**s***cendit* adhibitis lineolis mut. in *descendit*
25. *his* obelis adhibitis mut. in *is*
27. [a]*turba* vetus corr.
33. *re*-**s***pondit*

167 eis· [19]Amen· amen dico uobis· non potest |filius a se facere
quicquam· nisi quod uiderit patrem facientem·
quaecumque enim ille fecerit· haec et filius similiter faciet·
[20]pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quae ipse
facit· et maiora his demonstrabit ei opera ut uos miremini·
[21]Sicut enim pater suscitat mortuos et uiuificat·
Sic et filius quos uult· uiuificat· [22]neque enim pater iudicat
quemquam sed iudicium omne dedit filio· [23]ut omnes honori-
ficent filium sicut honorificant patrem· Io. XL I
Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui Mt. XCVIII Mr. XCVI
misit illum Lc. CXVI
[24]Amen· amen· dico uobis quia qui uerbum meum audit Io. XLI X
et credit ei qui misit me habet uitam aeternam· et in iudicium
non uenit· sed transiet a morte in uitam· [25]amen amen dico
uobis quia uenit hora et nunc est· quando mortui audient
168 uocem filii dei· Et qui audierint uiuent· [26]Sicut |enim pater
habet uitam in semet ipso· sic dedit et filio uitam habere in
semet ipso· [27]Et potestatem dedit ei et iudicium facere quia
filius hominis est· [28]nolite mirari hoc· quia uenit hora· in qua
omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius [29]et pro-
cedent· qui bona fecerunt in resurrectionem uitae·
Qui uero mala egerunt in resurrectionem iudicii
[30a]Non possum ego a me ipso facere quicquam· Sicut Io. XLIII
audio iudico et iudicium meum iustum est· [31]Si ergo testi- X
monium perhibeo de me· testimonium meum non est uerum
[32]Alius est qui testimonium perhibet de me· et scio quia
uerum est testimonium quod perhibet de me· [33]Uos misistis
ad iohannem et testimonium perhibuit ueritati· [34]ego autem
non ab homine testimonium accipio sed haec dico ut uos
salui sitis· [35]ille erat lucerna ardens et lucens· uos autem
169 uoluistis exultare |ad horam in luce eius·
[36]Ego autem habeo testimonium maius iohanne· opera enim
quae dedit mihi pater ut perficiam ea ipsa opera quae ego facio
testimonium perhibent de me· quia pater me misit· et qui
misit me pater ipse testimonium perhibuit de me· [37]et neque Io. XLIIII III
uocem eius umquam audistis neque speciem eius uidistis· [38]Et Mt. CXII Lc. CXVIIII

Io. 5, 18–38.

6*

33. *eam̄*

Line 23: The last few words of verse 30 are omitted. They form John’s witness of Mt 295, I; Mr 176; Lc 282; Io 42/57.

Io. XLV *X* uerbum eius non habetis in uobis manens· quia quem misit
ille huic uos non creditis· [39]scrutamini scripturas· quia uos
putatis in ipsis uitam aeternam habere· et illae sunt quae
testimonium perhibent de me [40]et non uultis uenire ad me ut
uitam habeatis· [41]Claritatem ab hominibus non accipio [42]sed
cognoui uos· quia dilectionem dei non habetis in uobis· [43]Ego
ueni in nomine patris mei et non accipitis me· si alius uenerit
in nomine suo illum accipietis· [44]quomodo potestis uos
credere qui gloriam ab inuicem accipitis |et gloriam quae a **170**
solo est deo non quaeritis· [45]nolite putare quia ego accusaturus
sim uos aput patrem· est qui accusat uos· moses in quo uos
speratis· [46]Si enim crederetis mosi crederetis forsitam et mihi·
de me autem ille scribsit· [47]Si autem illius litteris non cre-
ditis quomodo meis uerbis credetis

Mt. CLXI *VI* Mr. LXXVI **XC·** (Mt. 16 4) Et relictis illis· (Mr. 8, 1) in illis diebus· iterum
cum multa turba esset· (Mt. 15, 32) conuocatis discipulis suis dixit

Misereor turbae quia ecce triduo iam perseuerant
mecum et non habent quod manducent et dimittere eos ieiunos
nolo ne deficiant in uia· [33]Et dicunt ei discipuli· unde ergo
nobis in deserto panes tantos ut saturemus turbam tantam·
[34]Et ait illis ihesus· quot panes habetis· at illi dixerunt VII
et paucos pisciculos

[35]Et praecepit turbae ut discumberet super terram· [36]Et
accipiens VII panes et pisces· et gratias agens fregit et dedit
|discipulis suis· Et discipuli dederunt populo [37]et comederunt **171**
omnes et saturati sunt· et quod superfuit de fragmentis·
tulerunt VII sportas plenas· [38]Erant autem qui manducauerant
IIII milia hominum extra paruulos et mulieres

Mr. LXXVIII *VI* Mt. CLXIII (Mr. 8, 9) Et dimisit eos· [10]Et statim ascendens nauem cum
discipulis suis uenit in partes dalmanutha· (Mt. 16, 5) Et cum
uenissent discipuli eius trans fretum· obliti sunt panes accipere
Mr. LXXVIIII *II* Mt. CLXIIII (Mr. 8, 14) et nisi unum panem non habebant in naui· [15]Et
praecipiebat eis dicens· (Mt. 16, 6) intuemini et cauete a fermento
Mt. CLXV *VI* Mr. LXXX pharisaeorum et sadducaeorum (Mr. 8, 15) et a fermento herodis·
(Mt. 16, 7) at illi cogitabant inter se dicentes (Mr. 8, 15) quia panes non
habemus,, (Mt. 16, 8) Sciens autem ihesus dixit· quid cogitatis inter

Io. 5, 38–47. Mt. 15, 32–38; 16, 4–8. Mr. 8, 1. 9. 10. 14–15.

2. *scri*-**p***turas*
6. *dile*-**c***tionem*
21. *quo*[t]*d*
28. *parbulos* rasura mutat. in *paruulos*

Line 11: Manuscript has ‘*aput*’.

uos modicae fidei quia panes non habetis· [9]nondum intellegitis
neque recordamini· (Mr. 8, 17) adhuc caecatum habetis cor uestrum·
172 [18]oculos |habentes non uidetis· et aures habentes non auditis· nec
recordamini [19]quando quinque panes fregi· in V milia· et quot
cofinos fragmentorum plenos sustulistis· dicunt ei· XII· [20]quando
et VII panes in IIII milia· quot sportas fragmentorum· sustu-
listis· et dicunt ei VII· (Mt. 16 11) quare non intellegitis quia
non de pane dixi uobis· cauete a fermento pharisaeorum et
sadducaeorum· [12]Tunc intellexerunt quia non dixerit cauendum
a fermento panum· sed a doctrina pharisaeorum et saddu-
caeorum Mt. CLXVI *I*
XCI· [13]Uenit autem ihesus in partes caesareae Mr. LXXII
philippi· et interrogabat discipulos suos dicens· quem me dicunt Lc. CIIII Io. LXXIIII.
homines esse filium hominis· [14]at illi dixerunt· alii iohannem
baptistam· alii autem heliam alii uero hieremiam aut unum
ex prophetis· [15]Dicit illis· uos autem quem me esse dicitis·
[16]Respondens simon petrus dixit
Tu es christus filius dei uiui·
173 |[17]Respondens autem ihesus dixit· beatas es simon bariona· Mt. CLXVII
quia caro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui *X*
in caelis est· [18]et ego dico tibi quia tu es petrus· Super hanc
petram aedificabo ecclesiam meam et portae inferi non prae-
ualebunt aduersus eam [19]et tibi dabo claues regni caelorum·
et quodcumque solueris super terram· erit solutum in caelis· Mt. CLXVIII *II*
[20]Tunc praecepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse Mr. LXXXIII Lc. XCV
esset ihesus christus· [21]exinde coepit ihesus ostendere disci-
pulis suis· quia oportet eum ire hierosolymam et multa pati
a senioribus et scribis et principibus sacerdotum et occidi· et
tertia die resurgere
[22]Et assumens eum petrus coepit increpare illum dicens· Mt. CLXVIIII *VI*
absit a te domine· non erit tibi hoc· [23]qui conuersus dixit Mr. LXXXIIII
petro· Uade post me satanas· scandalum es mihi· quia non Mt. CLXX
174 sapis ea quae dei sunt· sed ea quae hominum,, |[24]Tunc (Mr. 8 34) *II*
conuocata turba cum discipulis suis dixit eis· (Mt. 16 24) Si quis Mr. LXXXV. Lc. XCVI
uult post me uenire abneget semet ipsum· et tollat crucem
suam et sequatur me·

Mt. 16, 8-9; 11-24. Mr. 8, 17-20. 34.

15. *ba*-**p***tistam*
20. *reuelabit* rasura mut. in *reuelauit*
26. *di*-**s***cipulis*
27. *multaś*, cui puncto accessit obelus.

[25]Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet eam·
qui autem perdiderit animam suam propter me inueniet eam
[26]Quid enim prodest homini· si mundum uniuersum lucretur·
animae uero suae detrimentum patiatur· aut quam dabit homo
Mt. CLXXXI *X* conmutationem pro anima sua· [27]filius enim homini uenturus
est in gloria patris sui cum angelis suis· Et tunc reddet uni-
cuique secundum opus eius
Mt. CLXXII *II* **XCII·** [28]Amen dico uobis· sunt quidam de hic stantibus
Mr. LXXXVIII Lc. XCVIII qui non gustabunt mortem donec uideant filium hominis ue-
nientem in regno suo· (Mt. 17 1) Et post dies VI assumsit ihesus
petrum et iacobum et iohannem fratrem eius et ducit illos in
montem excelsum seorsum (Lc. 9, 28) ut oraret· [29]et factum est
dum oraret (Mt. 17, 2) trans|figuratus est ante eos **175**
Et resplenduit facies eius sicut sol· uestimenta autem eius
facta sunt alba sicut nix (Mr 9, 2) splendentia candida nimis·
qualia fullo super terram non potest candida facere· (Mt. 17. 3) Et
ecce apparuit illis· moses· et helias cum eo loquentes (Lc. 9, 31) in
maiestate et dicebant excessum eius quae conpleturus erat
hierusalem

(Mt. 17 4) Respondens autem petrus dixit ad ihesum· domine·
bonum est nobis hic esse· si uis faciamus hic tria tabernacula·
tibi unum et mosi unum et heliae unum· [5]adhuc eo loquente·
ecce nubis lucida obumbrauit eos· Et ecce uox de nube dicens
Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacuit
ipsum audite

[6]Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam et
timuerunt ualde· [7]et accessit ihesus et tetigit eos· dixitque
eis surgite et nolite timere [8]leuantes autem oculos suos nemi-
nem |uiderunt· nisi solum ihesum· [9]Et discendentibus illis de **176**
monte· praecepit ihesus dicens· nemini dixeritis uisionem donec
Mt. CLXXIII *VI* filius hominis a mortuis resurgat [10]Et interrogauerunt eum
Mt. LXXXVIIII discipuli dicentes· Quid ergo scribae dicunt· quia helian opor-
teat primum uenire· [11]at ille respondens ait illis· helias quidem
uenturus est· et restituet omnia· [12]Dico autem uobis quia
helias iam uenit et non cognouerunt eum sed fecerant in eo
quaecumque uoluerunt sic et filius hominis passurus est ab

Mt. 16, 25–28. Mr. 9, 1. 2. Lc. 9, 28. 29. 31. Mt. 17, 2–12.

12. *fa*-**c***tum*
24. *dile*-**c***tus*
34. *re*-**s***tituet*

Line 17: The ms. has a punct after *illis*, and after *moses*. Ranke fails to notice. This has been corrected here.

eis· [13]Tunc intellexerunt discipuli quia de iohanne baptista
dixisset· [14]Et cum uenisset ad turbam (Mr. 9, 13) uidit scribas Mt. CLXXIIII II
conquirentes cum illis· [14]Et confestim omnis populus uidens Mr. XCI Lc. XCVIIII
eum· stupefactus est expauerunt et accurrentes salutabant eum [15]et interrogauit eos quid inter uos conquiritis

XCIII· (Lc. 13, 31) In ipsa die accesserunt quidam pha- Lc. CLXXIIII X
177 risaeorum |dicentes illi· exi· et uade hinc quia herodes uult te occidere [32]et ait illis·

Ite dicite uulpi illi· ecce eicio daemonia· et sanitates perficio hodie et cras et tertia consummor

[33]Ueramtamen oportet me hodie et cras et sequenti ambulare quia non capit prophetam perire extra hierusalem (Lc. 9, 37) Factum est autem in sequenti die· (Mt. 17, 14) accessit ad eum homo genibus prouolutis (Lc. 9, 38) et exclamauit dicens· (Mt. 17, 14) domine misere filio meo· (Lc. 9, 38) quia unicus est mihi· (Mt. 17, 15) et lunaticus est (Mr. 9, 17) et spiritus adprehendit eum allidet· et spumat et stridet dentibus et arescit (Mt. 17, 15) et male patitur· nam saepe cadet in ignem et crebro in aquam (Lc. 9, 39) et subito clamat et dissipat eum et uix discedit· dilanians eum· [40]Et rogaui discipulos tuos ut eicerent illum et non potuerunt (Mt. 17, 15) curare eum· (Lc. 9, 41) Respondens autem ihesus dixit· o· generatio infidelis et peruersa· usque quo ero apud uos et patiar uos·
178 (Mr. 9, 18) afferte |illum ad me· (Lc. 9 42) Et cum accederet (Mr. 9, 19) et uidisset illum· statim spiritus conturbauit puerum· et elisus in terram uolutabatur spumans· [20]Et interrogauit patrem eius· quantum temporis est ex quo hoc ei accidit· at ille ait ab infantia· [21]sed si quid potes adiuua nos misertus nostri· [22]ihesus autem ait illi si potes credere omnia possibilia credenti· [23]et exclamans pater pueri cum lacrimis aiebat· credo domine adiuua
incredulitatem meam [24]Et cum uideret ihesus concurrentem Mt. CLXXIIII II
turbam· conminatus est spiritui inmundo dicens illi Surde et Mr. XCI Lc. XCVIIII
mute spiritus· ego tibi praecipio exi ab eo· et amplius ne introeas in eum· [25]et exclamans et discerpens eum exiit ab eo

Et factus est sicut mortuus· ita ut multi dicerent quia mortuus est

[26]Ihesus autem tenens manum eius eleuauit eum et surrexit

Mt. 17, 12–15. Mr. 9, 13–15. 17–26. Lc.13, 31–33; 9, 37–42.

10. *consum*[m]*or*, correctura ut videtur scribae. 26. *acc*[i]*edit*

Line 4: An editor wrongly altered '*accurrentes*' to '*occurrentes*'. Ranke rightly ignores this error.

(Mt. 17, 18) et curatus est puer· ex illa hora· (Lc. 9, 43) et reddidit
illum patri eius |(Mt. 17, 19) Tunc accesserunt discipuli ad ihesum 179
secreto et dixerunt· quare nos non potuimus eicere illum·
Mt. CLXXV V Lc. CC [20]Dicit illis ihesus· propter incredulitatem uestram amen
quippe dico uobis

Si habueritis fidem sicut granum sinapis· dicetis huic
monti transi hinc et transibit· et nihil inpossibile erit uobis

[21]hoc autem genus daemoniorum non eicitur nisi per orationem et ieiunium

Mt. CLXXVI II Mr. XCIII Lc. CI **XCIIII·** [22]Conuersantibus autem eis in galilaea· dixit
illis ihesus· filius hominis tradendus est in manus hominum·
[23]et occident eum et tertio die resurgit· et contristati sunt
Mt. CLXXI X uehementer [24]et cum uenissent capharnaum· accesserunt qui
didragma accipiebant· ad petrum et dixerunt· magister uester
non soluit didragma· [25]ait· etiam· Et cum intrasset domum
praeuenit eum ihesus dicens· quid tibi uidetur simon· reges terrae
|a quibus accipiunt tributum uel censum· A filiis suis· an ab 180
alienis·

[26]Et ille dixit ab alienis·

Dixit illi ihesus· Ergo liberi sunt filii· [27]ut autem non scandalizemus eos· uade ad mare· et mitte hamum· et eum piscem qui primus ascenderit tolle· et aperto ore eius inuenies staterem·
Mr. XCIIII X illum sumens da eis pro me et te

Mt. CLXXVIII II Mr. XCV Lc. CII **XCV·** (Mt. 18, 1) In illa hora (Mr. 9, 32) cum domi esset
interrogabat eos quid in uia tractabatis [33]at illi tacebant· siquidem inter se in uia disputauerant· quis esset illorum maior·
(Mt. 18, 1) Et accesserunt discipuli ad ihesum dicentes· quis putas
maior est in regno caelorum· [2]Et aduocans ihesus paruolum· statuit
eum in medio eorum [3]et dixit· amen dico uobis· nisi conuersi fueritis· et efficiamini sicut paruuli· non intrabitis in regno caelorum

[4]Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste· hic 181
est maior in reg|no caelorum· (Mr. 9 34) si quis uult primus esse
Mt. CLXXVIIII II Mr. XCVIIII Lc. CXCVII erit omnium nouissimus et minister· (Mt. 18, 5) et qui susceperit
unum paruolum in nomine meo me suscipit [6]qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis· qui in me credunt· expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris

Mt. 17, 18–18, 6. Lc. 9, 43. Mr. 9, 32–34.

1. Juxta verbum *reddidit* singularis litera *u*, onginis fortasse Victorinae, margini inscripta est, quae quid velit ignoratur.
6. 7. *huic monti transi* quae sigla translocationem verboram postulare videntur, ut legas *monti huic transi*, qui, ordo, cernitur in cod. Amiat.
7. 28. 29. Vocabula *hinc, amen* et *paruuli* lineolis minutissimis onerata sunt, quae fortuiti generis videntur esse.
31. *re-***g***no*
32. *su-***s***ceperit*

XCVI· (Lc. 9, 49) Respondens autem iohannes dixit· Mr. XCI *VIII*
magister· uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia Lc. CIII
et prohibuimus eum qui non sequitur nobiscum· (Mr. 9, 38) ihesus
autem ait· nolite prohibere eum· nemo est enim qui faciat
uirtutem in nomine meo· et possit cito male loqui de me·
39qui enim non est aduersus uos pro uobis est· (Mt. 18, 7) uae Mt. CLXXVIIII *X*
mundo ab scandalis· necesse est enim ut ueniant scandala·
uerumtamen uae homini per quem scandalum uenit· Mt. CLXXX *VI*
182 8Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te |abscide Mr. C
eum et proice abs te· bonum tibi est ad uitam ingredi debilem
uel clodum quam duas manus uel duos pedes habentem mitti
in ignem aeternum· 9Et si oculus tuus scandalizat te erue
eum et proice abs te· bonum tibi est luscum in uitam regnare·
quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis· (Mr. 9, 47) Mr. CI *X*
ubi uermis eorum non moritur et ignis non extinguitur·
Omnis enim igne sallietur· 48Et omnis uictima sale sallietur

XCVII· (Mt. 18, 10) Uidete ne contemnatis unum ex his Mt. CLXXXI *X*
pusillis·

Dico enim uobis quia angeli eorum in caelis semper uident
faciem patris mei qui in caelis est· 11Uenit enim filius hominis
saluare quod perierat· (Lc. 15, 3) Et ait ad illos parabolam istam
dicens· (Mt. 18, 12) Quid uobis uidetur· si fuerint alicui C oues et Mt. CLXXXII *V*
errauerit una ex eis· nonne relinquit XCVIIII in montibus· Lc. CLXXXVII
183 (Lc. 15 4) uel in deserto (Mt. 18, 12) et uadet quaere|re eam quae
errauit· 13et si contigerit ut inueniat eam (Lc. 15, 5) inponit in
umeros suos· gaudens·

6Et ueniens domum conuocat amicos et uicinos dicens illis·
Congratulamini mihi quia inueni ouem meam quae perierat·
(Mt. 18 13) amen dico uobis· quia gaudebit super eam magis quam
super XCVIIII quae non errauerunt (Lc. 15, 7) et non indigent
paenitentia· (Mt. 18, 14) Sic non est uoluntas ante patrem uestrum
qui in caelis est· ut pereat unus de pusillis istis· (Lc. 15 8) aut
quae mulier habens dragmas X si perdiderit dragmam unam·
nonne accendit lucernam et euertit domum et quaeret dili-
genter donec inueniat· 9et cum inuenerit conuocat amicas et
uicinas dicens

Lc. 9, 49. Mr. 9, 38–39. 47–48. Mt. 18, 7–10. 12–14. Lc. 15, 3–9.

3. *prohibimus* V in —*uimus* mutasse uidetur.
12. *i-*g*nem*
16. *uictima* sale *sallietur* (V)
24. *qui* ae (V)
31. *paenitentiam* adhibito obelo mut. in —*a*

Congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdi-
deram [10]ita dico uobis gaudium erit in caelo coram angelis
dei super uno peccatore |paenitentiam agentem (Mt. 18, 13) quam **184**
Lc. CLXXXVIII *X* super XCVIIII iustos (Lc. 15, 7) qui non indigent paenitentia
Mt. CLXXXII *V* **XCVIII·** [11]ait autem homo quidam habuit duos filios·
Lc. CLXXXVIIII [12]Et dixit adulescentior ex illis patri· pater da mihi por-
Lc. CXC *X* tionem substantiae quae me contingit· et diuisit illis substan-
tiam· [13]Et non post multos dies· congregatis omnibus adule-
scentior filius· peregre profectus est in regionem longinquam·
et ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose· [14]et post-
quam omnia consummasset· facta est fames ualida in regione
illa et ipse coepit egere· [15]Et abiit et adhaesit uni ciuium
regionis illius et misit illum in uillam suam ut pasceret porcos·
[16]et cupiebat inplere uentrem suum de siliquis quas porci
manducabant· Et nemo illi dabat· [17]In se autem reuersus dixit·
quanti mercennarii patris mei abundant panibus ego autem
|hic fame pereo· [18]Surgam et ibo ad patrem meum· et dicam **185**
illi· pater· peccaui in caelum et coram te· [19]etiam non sum
dignus uocari filius tuus· fac me sicut unum de mercennariis tuis
[20]Et surgens uenit ad patrem suum· Cum autem athuc longe
esset· uidit illum pater ipsius· et misericordia motus est·
Et occurrens cecidit supra collum eius et osculatus est
illum [21]Dixitque ei filius· pater· peccaui in caelum et coram
te· iam non sum dignus uocari filius tuus· [22]Dixit autem pater
ad seruos suos· Cito proferte stolam primam et induite illum·
et date anulum in manum eius et calciamenta in pedes· [23]Et
adducite uitulum saginatum et occidite et manducemus et
epulemur· [24]quia hic filius meus mortuus erat et reuixit·
perierat et inuentus est et coeperunt epulari· [25]Erat autem
filius eius senior in agro
|Et cum ueniret· et adpropinquaret domui· audiuit sympho- **186**
niam et chorum· [26]Et uocauit unum de seruis et interrogauit
quae haec essent· [27]isque dixit illi· frater tuus uenit· et occidit
pater tuus uitulum saginatum quia saluum illum recepit·
[28]Indignatus est autem et nolebat introire· pater ergo illius
egressus coepit rogare illum· [29]at ille respondens dixit patri suo·

Lc. 15, 7. 9–29. Mt. 18, 13.

4. Siglum. ℞ appositum ad emendandam alteram syllabam vocabuli *super*, cuius *e* super rasa aliqua litera scriptum est.
7. *sub*-**s***tantiae*
9. *profe*-**c***tus*
22. *aͦccurrens*, quae correctura obelo insuper firmata neque Victoris neque scribae mihi visa est.
26. *manu*$^{\mathrm{m}}$ (S)
33. *hisquae* punctis, partim satis irregularibus et obelis a V mut. in *isque*

Ecce tot annis seruio tibi et numquam mandatum tuum
praeterii· et numquam dedisti mihi haedum ut cum amicis
meis epularer· [30]Sed postquam filius tuus hic· qui deuorauit
substantiam suam cum meretricibus uenit occidisti illi uitulum
saginatum· [31]at ipse dixit illi· fili tu semper mecum es· et
omnia mea tua sunt· [32]Epulari autem et gaudere te oportebat
quia frater tuus hic mortuus erat et reuixit perierat et in-
uentus est

187 **XCVIIII·** (Lc. 17, 3) attendite uobis si pec|cauerit in Lc. CXCVIII V
te frater tuus (Mt. 18, 15) uade et corripe eum inter te et ipsum Mt. CLXXXIII
solum si te audierit· (Lc. 17, 3) et paenitentiam egerit dimitte illi
et lucratus eris fratrem tuum· (Mt. 18, 16) Si autem non te audierit· Mt. CLXXXIIII X
adhibe tecum adhuc unum uel duos· ut in ore duorum testium
uel trium stet omne uerbum· [17]quodsi non audierit eos· dic
ecclesiae

Si autem et ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus· [18]amen dico uobis· quaecumque alligaueritis Mt. CLXXXV VII
super terram erunt ligata et in caelo· Io. CCXV

Et quaecumque solueritis super terram erunt soluta et
in caelo· [19]Iterum dico uobis· quia si duo ex uobis consenserint Mt. CLXXXVI X
super terram de omni requamcumque petierint fiet illis a
patre meo qui in caelis est

[20]Ubi enim sunt duo uel tres congregati in nomine meo·
ibi sum in medio eorum [21]Tunc accedens petrus ad eum dixit· Mt. CLXXXVI V (sic)
188 domine· quotiens |peccauit in me frater meus et dimittam ei· Lc. CXCVIIII CCXV CXXVIIII
usque septies· [22]dicit illi ihesus· non dicam tibi usque septies Mt. LXXXVII X
Sed usque septuagies septies

C· [23]Ideo assimilatum est regnum caelorum homini Mt. CLXXXVIII X
regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis· [24]Et cum
coepisset rationem ponere

Oblatus est ei unus qui debebat X milia talenta

[25]Cum autem non haberet unde reddere iussit eum dominus
uenundari et uxorem eius et· filios et omnia quae habebat
et reddi·

Procidens autem seruus ille· orabat eum dicens patientiam
habe in me et omnia reddam tibi

Lc. 15, 29–32. Lc. 17, 3. Mt. 18, 15–26.

13. *aͩhibe*, quae correctura fortasse Victoria est.
16. *àudierit*, punctum, otiosum, in pagina opposita expressum.
18. Litera *e* manu ut mihi videbatur seriori mut. in *et*
32. Inc. *redderet*

Line 21: Ranke sees the prefix *re* as separable, but my dictionary says it is inseparable.

[27]Misertus autem dominus serui illius dimisit eum et debitum
dimisit ei· [28]Egressus autem seruus ille inuenit unum de con-
seruis suis qui debebat ei centum denarios· et tenens suffocabat
eum dicens· redde quod debes

[29]Et procidens conseruus eius rogabat eum dicens patien-
tiam habe in me |Et omnia reddam tibi [30]ille autem noluit· 189
Sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet debitum·
[31]Uidentes autem conserui eius quae fiebant· contristati sunt
ualde et uenerunt et narrauerunt domino suo omnia quae
facta erant·

[32]Tunc uocauit illum dominus suus· et ait illi· serue
nequam· omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me· [33]non
ergo oportuit et te misereri conserui tui· sicut et ego tui
misertus sum· [34]Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus
quoadusque redderet uniuersum debitum· [35]Sic et pater meus
caelestis faciet uobis si non remiseritis unusquisque fratri suo
de cordibus uestris

Mt. CLXXXVIIII VI Mr. CIII **CI·** (Mt. 19, 1) et factum est cum consummasset ihesus
sermones istos migrauit a galilaea· et uenit in fines iudeae
trans iordanen

[2]Et secutae sunt eum turbae multae et curauit eos ibi· [3]Et
accesserunt ad eum pharisaei temtantes |eum et dicentes· Si 190
licet homini dimittere uxorem suam· quacumque ex causa·
[4]qui respondens ait eis· non legistis quia qui fecit ab initio
masculum et feminam fecit eos

[5]Et dixit· propter hoc dimittet homo patrem et matrem et
adhaerebit uxori suae· et erunt duo in carne una· [6]Itaque
iam non sunt duo sed una caro· quod ergo deus coniuncxit
homo non separet· [7]Dicunt illi quid ergo moses mandauit dari
libellum repudii et dimittere· [8]ait illis

Quoniam moses ad duritiam cordis uestri permisit uobis
dimittere uxores uestras· ab initio autem non sic fuit [9]dico
Mt. CXC II Mr. CV Lc. CXCV autem quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob forni-
cationem et aliam duxerit moechatur

Mt. CXCI X Et qui dimissam duxerit moechatar [10]dicunt ei discipuli
eius· si ita est causa homini cum muliere· non expedit nubere·

Mt. 18, 27–19, 10.

9. *o*-**m***nia*

191 [11]qui dixit· non omnes capiunt uerbum istud |sed quibus datum
est· [12]sunt enim eunuchi· qui de matris utero sic· nati sunt·
et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus· et sunt eunuchi
qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum· qui potest
capere capiat

CII· [13]Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus eis in- Mt. CXCII *II*
poneret· et oraret· discipuli autem increpabant eos· [14]ihesus Mr. CVI
uero ait eis· Sinite paruolos et nolite eos prohibere ad me Lc. CCXV
uenire· talium est enim regnum caelorum· [15]Et cum imposuisset
eis manus abiit inde· (Lc. 15, 1) erant autem appropinquantes ei Lc. CLXXXVI
publicani et peccatores multi ut audirent eum [2]et murmura-
bant pharisaei et scribae dicentes· quia hic peccatores recipit
et manducat cum illis

(Io. 7, 1) Post haec ambulabat ihesus in galilaea· non enim Io. LXXV *X*
uolebat in iudaeam ambulare quia quaerebant eum Iudaei
interficere

192 **CIII·** (Lc. 13, 1) Aderant autem quidam |ipso in tempore Lc. CLXIII *X*
nuntiantes illi de galilaeis

Quorum sanguinem pilatus miscuit cum sacrificiis eorum·
[2]Et respondens dixit illis· putatis· quod hi galilaei prae omnibus
galilaeis peccatores fuerunt· quia talia passi sunt· [3]non dico
uobis· sed nisi paenitentiam habueritis omnes similiter peribitis·
[4]sicut illi X et VIII supra quos cecidit turris in siloam et
occidit eos· putatis quia et ipsi debitores fuerunt praeter
omnes homines habitantes in hierusalem [5]non dico uobis

Sed si non paenitentiam egeritis omnes similiter peribitis· Lc. CLXIIII *X*
[6]Dicebat autem hanc similitudinem· arborem fici habebat qui-
dam plantatam in uinea sua· et uenit quaerens fructum in
illa et non inuenit· [7]Dixit autem ad cultorem uineae· ecce anni
tres sunt ex quo uenio quaerens fructum in ficulnea hac et
193 non |inuenio· Succide ergo illam· utquid etiam terram occupat·
[8]at ille respondens dixit illi· domine dimitte illam et hoc anno
usque dum fodiam circa illam et mittam stercora· [9]et siquidem
fecerit fructum· sin autem in futurum succides eam

CIIII· [10]Erat autem docens in synagoga eorum sab- Lc. CLXIIII *X*
batis· [11]et ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis·

Mt. 19, 11–15. Lc. 15, 1–2. Io. 7, 1. Lc. 13, 1–11.

8. *paruolos* originalis scriptio, quae mutata est in *paruulos*
20. *re*-**s***podens*
24. *i*-**p***si*
28. *fru*-**c***tum*
32. *re*-**s***pondens*

annis X et VIII et erat inclinata· nec omnino poterat sursum
respicere· [12]quam cum uidisset ihesus· uocauit ad se· et ait
illi· mulier dimissa es· ab infirmitate tua· [13]et inposuit illi
Lc. CLXV V manus et confestim erecta est et glorificabat deum [14]Respondens
Mt. CXVI autem archisynagogus indignans quia sabbato curasset ihesus·
dicebat turbae· VI dies sunt in quibus oportet operari

In his ergo uenite et curamini et non in die sabbati·
[15]Respondit autem ihesus et dixit· hypocritae

Unusquisque uestrum |sabbato non soluit bouem suum aut **194**
asinum a praesepio· et ducit adaquare· [16]hanc autem filiam
abrahae· quam alligauit satanas· ecce X et VIII annis· non
Lc. CLXVI X oportuit solui· a uinculo isto die sabbati· [17]Et cum haec diceret·
erubescebant omnes aduersarii eius· Et omnis populus gaudebat
in uniuersis quae gloriose fiebant ab eo

Io. LXXV X **CV·** (Io. 7, 2) Erat autem in proximo dies festus iu-
daeorum scaenophegia· [3]Dixerunt autem ad eum fratres eius·
transi hinc et uade in iudaeam· ut et discipuli tui uideant
opera tua quae facis· [4]nemo quippe in occulto quid facit et
quaerit ipse in palam esse· si haec facis manifesta te ipsum
mundo [5]neque enim fratres eius credebant in eum· [6]Dicit ergo
eis ihesus·

Tempus meum nondum aduenit· tempus autem uestrum
semper est paratum· [7]non potest mundus odisse uos· me autem
odit· quia ego |testimonium perhibeo de illo· quia opera eius **195**
mala sunt· [8]uos ascendite ad diem festam hunc

Ego non ascendo ad diem festum istum· quia meum
tempus nondum impletum est· [9]Haec cum dixisset· ipse mansit
in galilaea· [10]ut autem ascenderunt fratres eius· tunc et ipse
ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto·
[11]Iudaei ergo quaerebant eum in die festo et dicebant· ubi
est ille· [12]et murmur multus de eo erat in turba· quidam enim
dicebant

quia bonus est· a1ii autem dicebant non· sed seducit turbas·
[13]Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iu-
daeorum· [14]iam autem die festo mediante· ascendit ihesus in
templum et docebat [15]et mirabantur iudaei dicentes· quomodo

Lc. 13, 11-17. Io. 7, 2-15.

16. *scaenop*[h]*egia* (V)

hic litteras scit cum non didicerit· [16]respondit eis ihesus· et
dixit· mea doctrina non est mea· Sed eius qui misit me
196 |[17]Si quis uoluerit uoluntatem eius facere cognoscit de doctrina·
utrum ex deo sit· an ego a me ipso loquar· [11]qui a semet ipso
loquitur· gloriam propriam quaerit· Qui autem quaerit gloriam
eius qui misit illum· hic uerax est· et iniustitia in illo non est·
[19]Nonne moses dedit uobis legem· et nemo ex uobis facit
legem· [20]quid me quaeritis interficere· Respondit turba et
dixit· daemonium habes quis te quaerit interficere· [21]Respondit
ihesus et dixit eis

Unum opus feci et omnes miramini· [22]propterea moses dedit
uobis circumcisionem· non quia ex mose est sed ex patribus

Et in sabbato circumciditis hominem [23]Si circumcisionem
accipit homo in sabbato ut non soluatur lex mosi· mihi in-
dignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato· [24]nolite
iudicare aduersus faciem·

197 Sed iustum iudicium iudicate· [25]Dicebant ergo |quidam ex
hierosolymis· Nonne hic est quem quaerunt interficere [26]et ecce
palam loquitur et nihil ei dicunt· numquid uere cognonerunt
principes quia hic est christus· [27]sed hunc scimus unde sit·
christus autem cum uenerit nemo scit unde sit· [28]Clamabat Io. LXVI III
ergo docens in templo ihesus et dicens· Et me· scitis· et unde Mt. CXII Lc. CXVIIII
sim scitis et a me ipso non ueni· Sed est uerus qui misit me

Quem uos nescitis· 29ego scio eum quia ab ipso sum et ipse
me misit·

(Io. 8, 55) Et si dixero quia nescio eum ero similis uobis mendax· Io. LXXVI I
(Io· 7, 30) Quaerebant ergo eum adprehendere· et nemo misit in illum Mt. CCXX Mr. CXXVIIII Lc. CCLXI
manus· quia nondum uenerat hora eius· [31]de turba autem Io. LXXVIII
multi crediderunt in eum· et dicebant· christus cum uenerit· X
numquid plura signa faciet quam quae hic facit

CVI· (Lc. 12, 13) ait autem quidam ei de turba· Magister Lc. CXLVIIII X
198 dic fratri meo ut diuidat |mecum hereditatem·

[14]at ille dixit ei· homo· quis me constituit iudicem aut diui-
sorem supra uos·

[15]Dixitque ad illos· uidete et cauete ab omni auaritia quia
non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quae possidet

Io. 7, 15-31; 8, 55. Le. 12, 13-15.

1. *re-***s***pondit* 14. 15. *indi-***g***namini*

[16]Dixit autem similitudinem ad illos dicens· hominis cuius-
dam diuitis uberes fructus ager attulit· [17]et cogitabat intra se
dicens· quid faciam quod non habeo quo congregem fructus
meos· [18]et dixit· hoc faciam· destruam horrea mea et maiora
faciam· et illuc congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona
mea [19]et dicam animae meae
Anima· habes multa bona posita in annos plurimos· requiesce
comede· bibe· aepulare
[20]Dixit autem illi deus· stulte· hac nocte animam tuam
repetunt a te·
quae autem parasti cuius erunt· [21]Sic est qui sibi thesaurizat
et non est in deum diues
Mr. CVII // Mt. CXIII Lc. CCXVIII |**CVII·** (Mr. 10, 17) Et cum egressus esset in uiam pro- **199**
currens quidam genu flexu ante eum· rogabat eum
(Mt. 19 16) Magister bone· quid boni faciam ut habeam uitam
aeternam· qui dixit ei· quid me interrogas de bono· (Mr. 10. 18) nemo
bonus· nisi unus deus· (Mt. 19, 17) Si autem uis ad uitam ingredi· serua
mandata [18]dixit illi· quae· ihesus autem dixit· non occides· non
adulterabis· non furtum facies· non falsum testimonium dices·
[19]honora patrem tuum et matrem· et diligis proximum tuum
sicut te ipsum· [20]Dicit illi adulescens· Omnia haec custodiui
Mr. CVIII // Mt. CXCIIII Lc. CCXVIIII a iuuentute mea quid adhuc mihi deest·
(Mr. 10 21) Ihesus autem intuitus eum dilexit eum et dixit illi unum
tibi deest· (Mt. 19, 21) si uis perfectus esse· uade uende quae habes et
da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et ueni sequere me
[22]Cum audisset autem adulescens uerbum abiit tristis·
(Lc. 18, 23) Erat enim diues |ualde· (Mt. 19, 22) et multas possessiones **200**
habens· (Mr. 10, 23) et circum inspiciens ihesus· ait discipulis suis·
quam difficile qui pecunias habent in regnum dei introibunt·
Mt. CXCV // Mr. CCVIIII Lc. CCXX (Mt. 19, 23) amen dico uobis· quia diues difficile intrabit in regno
caelorum· [24]Et iterum dico uobis· facilius est camelum per foramen
acus transire· quam diuitem intrare in regno caeloram· [25]auditis
autem his discipuli mirabantur ualde dicentes
Quis ergo poterit saluus esse· [26]aspiciens autem ihesus
dixit illis· aput homines hoc inpossibile est· apud deum autem
omnia possibilia sunt·

Lc. 12, 16–21. Mr. 10, 17. 18. 21. 23. Mt. 19, 16–26. Lc. 18, 23.

26. *ḣabiit* 36. *o*-**m***nia*
35. *aput* lineolis mutat. in *apud*

Line 10: Ranke misses the punct after *te*, which is clear in the ms.
Line 35: Ranke accepts the unnecessary "correction" here to '*aput*'. Note, it is spelled with a 'd' when preceding a voiced consonant.

[27]Tunc respondens petrus dixit ei· ecce nos reliquimus
omnia· et secuti sumus te quid ergo erit nobis· [28]ihesus autem
dixit illis· amen dico uobis· quod uos qui secuti estis me in Mt. CXCVI X
regeneratione cum sederit filius hominis in sedem maiestatis Mt. CXCVII· V
201 suae sedebitis et uos super |sedes duodecim· iudicantes duo- Lc. CCLXXII
decim tribus israhel· (Mr. 10, 29) amen dico uobis· (Mt. 19, 29) omnis Mt. CXCVIII II
qui relinquit domum· aut parentes· uel fratres aut sorores· Mr. CX
aut patrem aut matrem· aut uxorem aut filios· aut agros Lc. CCXXI
(Lc. 18, 29) propter regnum caelorum (Mt. 19, 29) et nomen meum

(Mr. 10, 29) Et propter euangelium (Mt. 19, 29) centuplum accipiet

(Mr. 10, 30) Nunc in hoc tempore domos et fratres et sorores· Mr. CX X
et matres et filios et agros cum persecutionibus· et in futuro
(Mt. 19, 29) uitam aeternam possidebunt· [30]multi autem erunt primi
nouissimi· et nouissimi primi· (Lc. 16 14) audiebant autem omnia Lc. CXCV X
haec pharisaei qui erant auari et deridebant illum· [15] et ait
illis· uos estis qui iustificatis uos coram hominibus· deus autem
nouit corda uestra

Quia quod hominibus altum est abominatio est ante deum ※

202 **CVIII**· [19]Iterum dixit· homo quidam erat diues· |et Lc. CXCVI X
induebatur purpura et bysso· et epulabatur cotidie splendide

[20]Et erat quidam mendicus nomine lazarus· qui iacebat ad
ianuam eius ulceribus plenus· [21]Cupiens saturari de micis quae
cadebant de mensa diuitis· sed et canes ueniebant et lingebant
ulcera eius· [22]factum est autem ut moreretur mendicus et
portaretur ab angelis in sinum abrahae· mortuas est autem
et diues et sepultus est in inferno

[23]Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis· uidebat
abraham a longe et lazarum in sinu eius· [24]Et ipse clamans
dixit· pater abraham miserere mei· et mitte lazarum· ut in-
tinguat extremum digiti sui in aqua· ut refrigeret linguam
meam quia crucior in hac flamma· [25]Et dixit illi abraham· fili·
recordare quia recepist bona in uita tua· et lazarus similiter
203 mala· nunc |autem hic consolatur

Tu uero cruciaris· [26]Et in his omnibus inter uos· et nos
chaos magnum firmatum est· ut hi qui uolunt hinc transire
ad uos non possint neque inde huc transmeare

Mt. 19, 27–29. Mr. 10, 29–30. Lc. 18, 29; 16, 14–15. 19–26.

18. ※ Stellula Victorina.
19. Infra columnam ad dextram marginem litera l cursiva apparet, serioris correctoris vestigium.

[27]Et ait· rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei· [28]habeo enim quinque fratres ut testetur illis· ne et ipsi ueniant in locum hunc tormentorum· [29]Et ait illi abraham· habent mosen et prophetas audiant illos· [30]at ille dixit· non pater abraham

Sed si quis ex mortuis ierit ad eos paenitentiam agent· [31]ait autem illi· Si mosen et prophetas non andiunt· neque si quis ex mortuis resurrexit credent

Lc. CXC X **CVIIII·** (Lc. 16, 1) dicebat autem et ad discipulos suos·
homo quidam erat diues qui habebat uilicum· et hic diffamatus est aput illum quasi dissipasset bona ipsius· [2]Et uocauit illum· et ait illi

Quid hoc audio de te· redde |rationem uilicationis tuae· iam 204
enim non poteris uilicare· [3]ait autem uilicus intra se· quid faciam quia dominus meus auferet a me uilicationem

Fodere· non ualeo· mendicare erubesco· [4]scio quid faciam· ut cum amotus fuero a uilicatione recipiant me· in domus suas· [5]Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui· dicebat primo· quantum debes domino meo· [6]at ille dixit· centum cados olei

Dixitque illi· accipe cautionem tuam· et sede cito scribe quinquaginta

[7]Deinde alio dixit· tu uero quantum debes· qui ait centum coros tritici· ait illi· accipe litteras tuas et scribe· octoginta·

[8]et laudauit dominus uilicum iniquitatis quia prudenter fecisset· quia filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt· [9]Et ego uobis dico· facite uobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis Recipiant uos in
ae|terna tabernacula· [10]qui fidelis est in minimo et in maiori 205
fidelis est

et qui in modico iniquus est· et in maiori iniquus est· [11]Si ergo in iniquo mamonae fideles non fuistis· quod uestrum est
Lc. CLVIIII X quis credit uobis· [12]Et si in alieno fideles non fuistis· quod
uestrum est quis dabit uobis (Lc. 12, 47) ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui· et non praeparauit et non fecit secundum uoluntatem eius uapulauit multas· [48]qui autem

Lc. 16, 27–31; 16, 1–12; 12, 47–48.

6. *ierin̦t* (M²)
17. *recipiant me· ṙėċi̇ṗi̇ȧṅṫ ṁė*
32. *u$\overset{st}{e}$rum* (V)
35. *co-***g***nouit*

Line 11: Ranke makes no comment on the alternative spelling of ‘apud’ here, accepting the “correction”.

non cognouit et fecit digna plagis uapulauit paucis· Omni
autem cui multum datum est multum quaeretur ab eo·

Et cui conmendauerunt multum plus petunt ab eo [49]Nescitis Mt. XCV V
quia igne ueni mittere in terra· et quid uolo nisi ut accendatur· Lc. CLX
[50]Baptismum habeo baptizari et quomodo turbor usquedum ※
perficiatur

CX· (Mt. 20, 1) Simile est enim regnum caelorum homini Mt. CCI X
206 patri familias qui exiit primo mane conducere operarios |in
uineam suam· [2]Conuentione autem facta cum operariis ex
denario diurno· misit eos in uineam· [3]et egressus circa horam
tertiam uidit alios stantes in foro otiosos· [4]et illis dixit· ite
et uos in uineam· et quod iustum fuerit dabo uobis· [5]illi autem
abierunt

Iterum autem exiit circa sextam· et nonam horam et fecit
similiter· [6]Circa undecimam uero exiit et inuenit alios stantes
et dicit illis· quid hic statis tota die otiosi· [7]dicunt ei· quia
nemo nos conduxit· dicit illis· ite et uos in uineam· [8]Cum
sero autem factum esset· dicit dominus uineae procuratori
suo· uoca operarios· et redde illis mercedem· incipiens a no-
uissimis usque ad primos·

[9]Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant·
acceperunt singulos denarios· [10]uenientes autem et primi· arbi-
trati sunt quod plus essent accepturi· acceperunt autem et
ipsi singulos denarios· [11]et accipientes murmurabant contra
207 patrem familias [12]dicentes· hi nouissimi una hora fe|cerunt et
pares illos nobis fecisti· qui portauimus pondus diei et aestus

[13]at ille respondens uni eorum dixit· amice· non facio tibi
iniuriam· nonne ex denario conuenisti mecum· [14]tolle quod tuum
est et uade· uolo autem· et huic nouissimo dare sicut et tibi·
[15]aut non licet mihi quod uolo· facere· an oculus tuus nequam
est quia ego bonus sum· [16]sic erunt nouissimi primi et primi
nouissimi· multi sunt enim uocati· pauci autem electi

CXI· (Lc. 14 1) Et factum est ut intraret in domum Lc. CLXXVI X
cuiusdam principis pharisaeorum sabbato manducare panem·
et ipsi obseruabant eum· [2]et ecce homo quidam hydropicus
erat ante illum· [3]Et respondens ihesus dixit ad legis peritos Lc. CLXXVII V Mt. CXVI

Lc. 12, 48–50. Mt. 20, 1–16. Lc. 14, 1–3.

7*

5. ※ Stellula Victorina, cf. 97, 18.
22—24. Verba *uenientes .... denarios* a scriba omissi ab eodem postea ad marginem inferiorem, scripti sunt, adhibitis siglis *h d* et *h s* i.e. *hic deest* et *hic supple*

et pharisaeos dicens· Si licet sabbato curare· [4]at illi tacuerunt
ipse uero adprehensum sanauit eum ac dimisit
[5]Et respondens ad illos dixit· cuius uestrum |asinus aut **208**
bos in puteum cadet et non continuo extrahet illum die sab-
bati· [6]et non poterant ad haec respondere illi
Lc. CLXXVIII *X* [7]Dicebat autem et ad inuitatos parabolam intendens quo-
modo primos accubitus eligerent dicens ad illos· [8]cum inuitatus
fueris ad nuptias· non discumbas in primo loco· ne forte ho-
noratior te sit inuitatus ab eo· [9]Et ueniens· is· qui te et illum
uocauit dicat tibi· da huic locum· Et tunc incipias cum rubore
nouissimum locum tenere· [10]Sed cum uocatus fueris uade
recumbe in nouissimo loco· ut cum uenerit qui te inuitauit
dicat tibi·

amice ascende superius tunc erit tibi gloria coram simul
Lc. CLXXVIIII *V* discumbentibus· [11]quia omnis qui se exaltat humiliabitur· et
Mt. CCXXXI Lc. C *X* qui se humiliat exaltabitur· [12]dicebat autem et ei qui se inuita-
uerat· Cum facis prandium aut cenam· noli uocare amicos tuos
neque fratres tuos neque |cognatos neque uicnos diuites· ne **209**
forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio· [13]Sed cum
facis conuiuium· uoca pauperes debiles· claudos· caecos· [14]et
beatus eris quia non habent· retribuetur enim tibi in resur-
rectione iustorum·

[15]Haec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit
※ illi· Beatus qui manducabit panem in regno dei

CXII· (Lc. 2, 13. cf. 7, 1. 2) post haec in proximo erat (Io. 6 4)
Io. XX *I* pascha dies festus iudaeorum (Lc. 17, 11) Et factum est dum iret
Mt. CCLXXIIII Mr. CLVI in hierusalem· transiebat per mediam samariam et galilaeam·
Lc. CCLX Lc. CCI *X* [12]et cum ingrederetur quoddam castelium· occurrerunt ei X
uiri leprosi· qui steterunt a longe [13]et leuauerunt uocem dicentes
ihesu praeceptor miserere nostri· [14]quos ut uidit dixit· Ite
ostendite uos sacerdotibus· Et factum est dum irent mundati
sunt· [15]Unus autem ex illis ut uidit quia mundatus est·
|regressus est cum magna uoce magnificans deum **210**
[16]Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens et hic
erat samaritanus
[17]Respondens autem ihesus dixit· nonne decem mundati

Lc. 14, 3–15. Io. 2, 13 cf. 7, 1. 2; 6, 4. Lc. 17, 11–17.

21. Siglum, ℞ nitide scriptum flagitat suppletionem, uerborum, *retribuere tibi*, quae a textu desunt neque ab ullo correctore inserta.
24. ※ Stellula Victorina cf. 99, 5.
33. *ma*-**g***na*

Line 14: Ranke accepts *gloriaṁ* without comment.

sunt et nouem ubi sunt· [18]non est inuentus qui rediret· et
daret gIoriam deo nisi hic alienigena· [19]et ait illi· surge uade
quia fides tua te saluum fecit

CXIII· (Mr. 10, 32) assumens autem iterum duodecim· Lc. CCXXII *II*
(Mt. 20, 17) ait illis· Mt. CCI Mr. CXII

(Lc. 18, 31) ecce ascendimus hierosolyma· et consummabuntur
omnia quae scribta sunt per prophetas de filio hominis·
(Mr. 10, 33) tradetur enim principibus sacerdotum et scribis (Mt. 20, 19)
et tradent eum gentibus (Lc. 18, 32) et inludetur et flagellabitur·
et conspuetur et crucifigitur· [33]et die tertia resurget· Mt. CCII *VI*

(Mt. 20, 20) Tunc accessit ad eum mater filiorum zebaedaei Mr. CXIII
cum filiis suis· adorans et petens aliquid ab eo

[21]Qui dixit ei· quid uis· ait illi· dic· ut sedeant hi duo fili
211 mei· unus ad |dexteram tuam et unus ad sinistram in regno
tuo· [22]Respondens autem ihesus dixit eis· nescitis quid petatis·
potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum· (Mr. 10, 38) aut
baptismum quo ego baptizor baptizari· (Mt. 20, 22) dicunt ei pos- ※
sumus· [23]ait illis calicem quidem meum bibetis· (Mr. 10, 39) et
baptismum quo ego baptizor baptizabimini· (Mt. 20, 23) Sedere autem
ad dexteram meam et sinistram non est meum dare uobis· Mt. CCII *II*
sed quibus paratum est a patre meo [24]Et audientes decem Mr. CXIIII
indignati sunt de duobus fratribus· Lc. CCLXX

[25]ihesus autem uocauit eos ad se et ait· scitis quia prin-
cipes gentium dominantur eorum et qui maiores sunt potestatem
exercent in eos· [26]non ita erit inter uos· Sed quicumque uo-
luerit inter uos maior fieri sit uester minister· [27]et qui uoluerit
inter uos primus esse erit uester seruus

212 [28]Sicut filius hominis non uenit ut ministraretur ei |sed Mt. CCIIII *IIII*
ut ministraret· et dare animam suam redemptionem pro multis Mr. CXV Io. XCI

CXIIII· (Lc. 13, 23) Et ait illi quidam· domine ergo pauci Lc. CLXX *V*
sunt qui salui fiant· ipse autem dixit ad illos· [24]contendite Mt. LV
intrare per angustam portam quia multi dico uobis quaerunt
intrare et non potuerunt Lc. CLXXI *V* Mt. lv

[25]Cum autem· intrauerit pater familias et cluserit ostiam et
incipietis foras stare et pulsare dicentes· domine aperi nobis

Et respondens dicit· nescio uos unde sitis· [26]Tunc incipietis

Lc. 17, 17–19; 18, 31–33. Mr. 10, 32. 38-39. Mt. 20, 17. 19–28. Lc. 13, 23–36.

7. *scri*-**p***ta* — *ba*-**p***tizor*
17. ※ Stellula Victorina, cf. 100, 24. — 19. *ba*-**p***tizabimini*

Line 7: Ranke fails to accept the original spelling of ‘*scripta*’ as ‘*scri***b***ta*’, which is in fact legal.

※ dicere· manducauimus coram te et bibimus et in plateis nostris
docuisti· et dicit uobis nescio uos unde sitis
Lc. CLXXII / V / Mt. LXV. Discedite a me omnes operarii iniquitatis· [28]ibi erit fletus
et stridor dentium Cum uideritis abraham et isaac et iacob·
et omnes prophetas intrare in regnum dei· uos autem expelli
foras· [29]et uenient ab oriente et occidente et aquilone et
Lc. CLXXIII / II / Mt. CXCVIIII / Mr. CXI austro et accumbent in regno dei [30]Et ecce sunt nouissimi
|qui erunt primi· et sunt primi qui erunt nouissimi 213
Lc. CCXXV / V / Mt. CLVIII· **CXV·** (Lc. 19, 1) Et ingressus perambulabat hiericho· [2]et
ecce uir nomine zaccheus et hic erat princeps publicanorum
et ipse diues· [3]et querebat uidere ihesum quis esset· et non
poterat prae turba· quia statura pusillus erat·
[4]Et praecurrens ascendit in arborem sicomorum ut uideret
illum quia inde erat transiturus· [5]Et cum uenisset ad locum·
suspiciens ihesus uidit illum et dixit ad eum· Zacchee festinans
descende· quia hodie in domo tua oportet me manere· [6]Et festinans descendit et excepit illum gaudens· [7]Et cum uiderent omnes
murmurabant dicentes quia ad hominem peccatorem diuertisset·
[8]Stans autem zaccheus dixit ad dominum· Ecce dimidium
bonorum meorum domine do· pauperibus·
et si quid aliquem defraudaui· reddo quadruplum
[9]Ait ihesus ad eum· quia hodie |salus domui huic facta est 214
eo quod et ipse filius sit abrahae· [10]uenit enim filius hominis
quaerere et saluum facere quod perierat
Mt. CCV / II / Mr. CXVI / Lc. CCXXIIII **CXVI·** (Mt. 20, 29) Et egredientibus eis ab hiericho· secuta
est eum turba multa· [30]et ecce duo caeci· (Mr. 20, 46) ex quibus
erat bartimeus filius thimei· (Mt. 20, 30) sedentes secus uiam
audierunt quia ihesus nazarenus transiret· et clamauerunt
dicentes· domine miserere nostri fili dauid· [31]turba autem increpabat eos ut tacerent
At illi magis clamabant dicentes· domine miserere nostri fili
dauid· [32]et stetit ihesus· et uocauit eos et ait· quid uultis
ut faciam uobis· [33]dicunt illi domine· ut aperiantur oculi nostri·
[34]misertus autem eorum ihesus· tetigit oculos eorum· et confestim uiderunt et secuti sunt eum· (Lc. 18, 43) magnificantes dominum· Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo,,

Lc. 13, 26–30; 18, 43; 19, 1–10. Mt. 20, 29–34. Mr. 10, 46.

1. *no-***s***tris* ※. Juxta stellula Victorina cfr. 101, 17.
15. *suscipiens* quod a scriba positum est a Victore lineolis numerisve ita exornatum est ut legi debeat *suspiciens*

Line 4: Ranke thinks he sees a punct after *abraham*, and after *isaac*. There is no punct after *abraham*, and what he sees as a punct after *isaac* looks more like a smudge of the cross of the following *e*.

CXVII· (Mt. 21, 1) Et cum adpropinquassent hierosolymis Mt. CCVI *II*
215 et ue|nissent bethphage ad montem olitueti· Tunc ihesus misit Mr. CXVII Lc. CCXXXII
duos discipulus [2]dicens eis· ite in castellum quod contra uos
est· et statim inuenietis asinam (Lc. 19, 30) alligatam (Mr. 11, 2) et
pullum cum ea alligatum cui nemo umquam hominum sedit·
soluite illum (Mt. 21, 2) et adducite eum mihi· [3]et si quis uobis
aliquid dixerit· dicite ei quia dominus (Lc. 19, 31) operam eius desi- Mt. CCVII
derat (Mt. 21 3) et confestim dimittet eos [6]Euntes autem discipuli *II* Mr. CXVIII
fecerunt sicut praecepit illis ihesus· (Lc. 19, 33) soluentibus autem Lc. CCXXXIII
illis dixerunt domini eius ad illos quid soluitis pullum· [34]illi
dixerunt (Mr. 11, 3) quia domino necessarius est [6]et demiserunt
eis· et [7]duxerunt pullum ad ihesum· (Mt. 21, 7) et iactantes uesti-
menta sua supra pullum et eum desuper sedere fecerunt Mt. CCVII
(Mt. 21 4) hoc autem factum est ut inpleretur quod dictum est *VII* Io. CI
per prophetam dicentem· [5]dicite filiae sion· Ecce rex tuus
216 uenit tibi mansuetus |(Io. 12, 15) Sedens super pullum asinae
(Mt. 21, 5) subiugalis· (Io. 12, 16) haec non cognouerunt discipuli eius Io. CII *X*
primum· Sed quando glorificatus est ihesus· Tunc recordati
sunt quia haec erant scribta de eo et haec fecerunt ei· Mt. CCVIII
(Lc. 19, 36) Eunte autem illo (Mt. 21, 8) multi substernebant uesti- *II* Mr. CXVIII Lc. CCXXXIII
menta sua in uia· alii autem cedebant ramos de arboribus et Io.
sternebant in uia· (Lc. 19, 37) Et cum adpropinquaret· iam ad
descensum montis olitueti· coeperunt omnes turbae discendentium Mt. CCVIIII
gaudentes laudare deum uoce magna· (Mt. 21, 9) Turbae autem *II* Mr. CXVIIII
quae praecedebant et quae sequebantur clamabant dicentes· Lc. CCXXXIIII Io.
O sanna filio dauid (Lc. 19, 38) benedictus qui uenit rex in nomine
domini

Pax in caelo et gloria in excelsis· (Mr. 11, 10) Benedictum
quod uenit regnum patris nostri dauid· o sanna in excelsis
(Io. 12, 12) In crastinum autem turba multa quae uenerat ad diem
217 festum· cum audissent quia uenit ihesus hieroso|lyma· [13]acce-
perunt ramos palmarum et processerunt obuiam ei

Et clamabant o sanna benedictus qui uenit in nomine domini
rex israhel·

(Lc. 19 39) Et quidam pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum· Lc. CCXXXXV *X*
magister increpa discipulos tuos· [40]quibus ipse ait· dico uobis· Mt. CCXIII

Mt. 21, 1–9. Lc. 19, 30–31. 33–34. 36–38 Mr. 11, 2. 5. 10. Io. 12, 12–13. 15–16. Lc. 19, 39–40.

Lc. CCXXXVI X quia si hi tacebunt· lapides clamabunt [41]Et ut adpropinquauit
uidens ciuitatem fleuit super illa dicens· [42]quia si cognouisses
et tu et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi· nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis· [43]Quia uenient dies in
te et circumdabunt te et coangustabunt te· undique [44]ad
terram prosternent te et filios qui in te sunt· Et non relinquent in te lapidem· super lapidem· eo quod non cognoueris
tempus uisitationis tuae

Mt. CCX X **CXVIII·** (Mt. 20, 10) Et cum intrasset hierosolymam
commota est uniuersa ciuitas dicens· Quis est hic· [11]populi
Mr. CXXI I autem dicebant· hic est |ihesus propheta a nazareth galileae **218**
Mt. CCXI [12]Et intrauit ihesus in templum dei· (Io. 2, 15) et cum fecisset
Lc. CCXXXVIII quasi flagellum de funiculis· (Mt. 21, 12) eiciebat omnes uendentes
Io. XXI et ementes in templo· (Io. 2, 15) oues quoque et boues· (Mt. 21, 12) et
mensas nummulariorum (Io. 2, 15) effudit· aes· (Mt. 21, 12) et cathedras
uendentium columbas euertit [13]et dicit eis· (Io. 2, 16) auferte ista
hinc· et nolite facere domum patris mei domum negotiationis·
(Mt. 21, 13) Scriptum est domus mea domus orationis uocabitur
(Mr. 11, 17) omnibus gentibus· (Mt. 21, 13) uos autem fecistis eam
speluncam latronum (Mr. 11, 16) Et non sinebat ut quisquam transferret uas per templum

Io. XXII X (Io. 2, 17) Recordati uero sunt discipuli eius quia scriptum est
Mt. CCXII X zelus domus tuae comedit me (Mt. 21, 14) Et accesserunt ad eum
Mt. CCXIII V caeci· et claudi in templo et sanauit eos· [15]Uidentes autem
Lc. CCXXXV principes sacerdotum et scribae mirabilia quae fecit et pueros
clamantes in templo et dicentes

|O·sanna filio dauid· indignati sunt [16]et dixerunt ei· audis **219**
quid isti dicant

Ihesus autem dicit eis· uos numquam legistis· quia ex ore
Io. XXIII IIII infantium et lactantium perfecisti laudem (Io. 2, 18) Responderunt
Mt. CLXI Mr. LXXVII ergo iudaei et dixerunt ei· quod signum ostendis nobis· quia
Io. XXIIII X haec facis· [19]Respondit ihesus et dixit eis· Soluite templum
hoc· et in tribus diebus excitabo illud· [20]Dixerunt ergo iudaei
XL et VI annis aedificatum est templum hoc· et tu tribus
diebus excitabis illud·

[21]ille autem dicebat de templo corporis sui

Lc. 19, 40–44. Mt. 21, 10–16. Mr. 11, 17. 16. Io. 2, 15–21.

CXVIIII· (Lc. 21, 1) Respiciens autem uidit eos qui mittebant munera sua in gazophilacium diuites· [2]uidit autem et quandam uiduam pauperculam mittentem· aera minuta duo (Mr. 12, 42) quod est quadrans· [43]et conuocans discipulos suos· ait illis Mr. CXXXVI *VIII* Lc. CCXLVII

(Lc. 21, 3) Uere dico uobis· quia uidua haec pauper plus quam omnes misit·

220 |[4]Nam omnes hi ex abundantia· sibi miserunt in munera dei· haec autem ex eo quod deest· ille totum uictum suum quem habuit misit· (Lc. 18, 9) Dixit autem et ad quosdam qui in se confidebant· tamquam iusti· et aspernabantur ceteros parabolam istam· [10]Duo homines ascenderunt in templum ut orarent· unus pharisaeus· et alter publicanus· [11]pharisaeus stans· haec aput se orabat· deus gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum· raptores· iniusti· adulteri· uel ut etiam hic publicanus· [12]ieiuno bis in sabbato· decimas do omnium quae possideo Lc. CCXIIII. *X*

[13]Et publicanus a longe stans· nolebat· nec oculos ad caelum lebare· Sed percutiebat pectus suum dicens· deus propitius esto mihi peccatori· [14]dico uobis· discendit hic iustificatus in domum suam ab illo

221 Quia omnis qui se exaltat humiliabitur· et qui |se humiliat exaltabitur Lc. CCXV *V* Mt. CCXXXXI

(Mt. 21, 17) Et relictis ilis (Mr. 11, 11) cum iam uespera esset hora (Mt. 21, 17) abiit foras extra ciuitatem in bethaniam ibique mansit (Lc. 9, 11) Et sciens turba quod exiit extra ciuitatem· Secuti sunt eum· Et suscipiens eos quibus necessaria erat cura sanabat Mt. CCXIIII *VI* Mr. CXX Mt. CLX *VI* Mr. LXXVI

CXX· (Io. 3, 1) Erat autem homo ex pharisaeis nicodemus nomine· princeps· iudaeorum· [2]hic uenit ad eum nocte· et dixit ei rabbi· scimus quia a deo uenisti magister· nemo enim potest haec signa facere quae tu facis· nisi fuerit deus cum eo· [3]Respondit ihesus et dixit ei· Amen· amen dico tibi· nisi quis natus fuerit denuo· non potest uidere regnum dei· Io. XXIIII *X*

[4]Dicit ad eum nicodemus quomodo potest homo nasci cum senex sit·

Numquid potest in uentrem matris suae iterato introire et nasci·

Lc. 21, 1–4; 18, 9–14; 19, 11. Mr. 12, 42–43; 11, 11 Mt. 21, 17. Io. 3, 1–4.

25. Lege *Lc. 9, 11.* Ceterum siglum ℞ ad marginem scriptum significat emendandum esse textum, qui cum iis quae apud Lucam inveniuntur, non bene convenit.

Line 13: Editor “corrects” ‘*aput*’ to ‘*apud*’, which Ranke accepts without comment, but this is an accepted spelling before an unvoiced consonant. Hence the “correction” is here undone.

Line 24: Note: the original from Ranke reads *Lc. 19, 11.* This is wrong. The exact wording found in the next seven words found here are not in the Vulgate, but can be seen as a re-wording of *Lc. 9, 11*, taking into account the wording, and context of Mt. 14, 13; Mr. 6, 33; & Io. 6, 3.

5 Respondit ihesus· amen amen dico tibi· nisi quis renatus
fuerit ex aqua |et spiritu· non potest introire in regnum dei· **222**
6 quod natum est ex carne caro est· et quod natum est ex
spiritu· spiritus est· 7 non mireris quia dixi tibi· oportet uos
nasci denuo·

8 Spiritus ubi uult spirat· et uocem eius audis· sed non scis
unde ueniat et quo uadat· Sic est omnis· qui natus est ex
spiritu· 9 Respondit nicodemus· Et dixit ei· quomodo possunt
haec fieri· 10 Respondit ihesus et dixit ei· tu es magister israhel·
et haec ignoras· 11 amen· amen dico tibi· quia quod scimus
loquimur et quod uidemus testamur· et

testimonium nostrum non accipitis· 12 Si terrena dixi uobis
et non creditis· quomodo si dixero uobis caelestia credetis·
13 Et nemo ascendit in caelum· nisi qui descendit de caelo filius
hominis qui est in caelo· 14 Et sicut moses exaltauit serpentem
in deserto· ita exaltari oportet filiam hominis· 15 ut omnis qui
credit |in ipso non pereat· sed habeat uitam aeternam **223**

16 Sic enim dilexit deus mundum ut filium suum unige-
nitum daret· ut omnis qui credit in eum non pereat· sed
habeat uitam aeternam· 17 non enim misit deus filium suum in
mundum ut iudicet mundum

Sed ut saluetur mundus per ipsum· 18 Qui credit in eum
non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est· quia
non credidit in nomine unigeniti filii dei· 19 hoc est autem
iudicium quod lux uenit in mundum

Et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem· erant
enim eorum mala opera· 20 Omnis enim qui mala agit odit
lucem· et non uenit ad lucem· ut non arguantur opera eius·

21 Qui autem facit ueritatem uenit ad lucem· ut manifestentur
eius opera· quia in deo sunt facta

Io. LXXXVI *X* (Io. 7, 53) Et reuersi sunt unusquisque in domum suam

(Io. 8, 1) ihesus autem perrexit in montem olíueti·

|2 Et diluculo iterum uenit in templum· et omnis populus **224**
uenit ad eum· et sedens docebat eos

Io. XXXVI *X* **CXXI·** 3 Adducunt autem scribae et pharisaei·
mulierem in adulterio depraehensam· et statuerunt eam in

Io. 3, 5–21; 7, 53; 8, 1–3.

medio· [4]et dixerunt ei· magister· haec mulier modo deprae-
hensa est in adulterio· [5]in lege autem moses mandauit nobis
huiusmodi lapidare· tu ergo quid dicis·

[6]haec autem dicebant· temtantes eum· ut possent accusare
eum· ihesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra·

Cum autem perseuerarent interrogantes eum erexit se·
et dixit eis· qui sine peccato est uestrum primus in illam
lapidem mittat· [8]et iterum se inclinans scribebat in terra·
[9]audientes autem unum post unum exiebant· incipientes a
senioribus· et remansit solus· et mulier in medio stans,, [10]Erigens
225 autem se ihesus dixit ei· mulier· ubi sunt qui te |accusabant·
nemo te condemnauit· [11]quae dixit· nemo domine· Dixit autem
ihesus· nec ego te condemnabo· uade et amplius iam noli peccare

CXXII· (Mt. 21, 18) Mane autem reuertens in ciuitatem
esuriit· [19]Et uidens fici arborem· unam· secus uiam· uenit ad **Mr. CCXIIII *VI* Mr. CXX**
eam· et nihil inuenit ea· nisi folia tantum

(Mr. 11, 13) Nondum enim erat tempus ficorum· (Mt. 21, 19) et
ait illi· numquam ex te fructus nascatur in sempiternum· et
arefacta est continuo ficulnea· [20]et uidentes discipuli mirati
sunt dicentes· quomodo continuo aruit· (Mr. 11, 19) Et cum uespera **Mr. CXXIII *X***
facta esset· egrediebatur de ciuitate· [20]et cum mane transirent·
uiderunt ficum aridam factam a radicibus· [21]et recordatus
petrus dicit ei· rabbi· ecce ficus cui maledixisti aruit·

(Mt. 21, 21) Respondens autem ihesus ait eis· (Mr. 11, 22) habete
fidem dei· **Mt. CCXV *VI* Mr. CXXIIII**

(Mt. 21, 21) Amen dico uobis· si habueritis fidem et non haesitaueritis
226 in corde· non solum de ficulnea facietis |sed et si monti huic
dixeritis· tolle te et iacta te in mare fiet· (Lc. 17, 5) Et dixerunt **Lc. CC *V* Mt. CLXXV**
ei apostoli· domine adauge nobis fidem· et dixit ihesus·
(Mr. 11, 24) omnia quaecumque orantes petitis· credite quia acci-
pietis· et ueniet uobis· [25]Et cum stabitis· ad orandum· dimittite
si quid habetis aduersus aliquem· ut et pater uester qui in
caelis est dimittat uobis peccata uestra

CXXIII· (Lc. 18, 1) Dicebat autem et parabolam ad **Lc. CCXIIII *X***
illos· quoniam oportet semper orare et non deficere· [2]dicens·

Iudex quidam erat in quadam ciuitatem· qui deum non

Io. 8, 4–11. Mt. 21, 18–21. Mr. 11, 13. 19–22. 24–25. Lc. 17, 5; 18, 1–2.

timebat· et hominem non uerebatur· [3]uidua autem quaedam
erat in ciuitate illa. et ueniebat ad eum dicens· Uindica me
de aduersario meo· [4]et nolebat per multum tempus· post haec
autem dixit intra se· Etsi deum non timeo nec hominem
reuereor· [5]tamen quia molesta est mihi haec uidua· uindicabo
illam· ne in nouissimo |ueniens suggillet me 227

[6]Ait autem dominus· audite quid iudex iniquitatis dicit·

[7]deus autem non faciet uindictam electorum suorum· clamantium ad se die ac nocte· et patientiam habebit in illis· [8]dico uobis quia cito faciet uindictam illorum· uerumtamen filius hominis ueniens· putas inueniet fidem· in terra

Mt. CCXVI *II* Mr. CXXV Io. CL

CXXIIII· (Mt. 21, 23) Et cum uenisset in templum· (Lc. 20, 1) factum est docente illo populum et euangelizante· (Mt. 21, 23) accesserunt ad eum principes sacerdotum et seniores populi dicentes· in qua potestate haec facis· et quis est qui dedit tibi hanc potestatem

[24]Respondens ihesus· dixit illis· interrogo uos et ego unum sermonem· quem si dixeritis mihi et ego uobis dicam in qua potestate haec facio· [25]baptismum iohannis unde erat e caelo· an ex hominibus·

at illi cogitabant inter se dicentes· [26]si dixerimus ex hominibus· timemus turbam· Omnes enim |habent iohannem sicut 228
prophetam· [27]Et respondentes ihesu dixerunt· nescimus· ait illis et ipse nec ego dico uobis in qua potestate haec faciam·

Mt. CCXVIII *X*

[28]quid autem uobis uidetur· homo habebat duos filios et accedens ad primum dixit· fili uade hodie operare in uinea mea· [29]ille autem respondens· ait· nolo· postea autem paenitentia motus· abiit

[30]Accedens autem ad alterum dixit similiter· at ille respondens ait·

eo domine· et non iuit· [31]quis ex duobus fecit uoluntatem patris· dicunt nouissimus· Dicit illis ihesus· amen dico uobis quia publicani et meretrices praecedent uos in regno dei· [32]Uenit enim ad uos iohannes in uia iustitiae· et non credidistis ei· publicani autem et meretrices crediderunt ei· uos autem uidentes nec paenitentiam habuistis postea ut crederetis ei

Lc. 18, 2–8, Mt. 21, 23. Lc. 20, 1. Mt. 21, 23–32.

12. Hic et in sequentibus capitulis complura cernuntur vestigia illius numerorum capitularium correctionis a M^1 propositae, de qua qua in prol. actum est. Porrigantur usque ad 139, 3, ubi ille dicendo, deese capitulum, novum numerum capitularem introducit

21. M^2 adhibito dupliciter siglo ⁒ post verbum *dixerimus* ad marginem inferiorem haec inseruit: *e celo·dicet nobis. quare non credidistis illi? si aut dixerim'*

29. Scriptum erat *res*, quod alia manus recte mutauit in res^p i.e. *respondens*

Line 6: *suggillet*: Ranke here sought to correct this to *sugillet* without comment. There are no deletion marks on the m.s. SG 56 supports *suggillet*, as does Wiktionary but French, Richardson, and Clementine support *sugillet*.

Line 12: I have closely examined the facsimile of the ms., and I do not find what Ranke reports here. Nevertheless, I copy the note, as is, into Cod Bon I transcription, and translation.

CXXV· [33]aliam parabolam audite homo erat pater familias Mt. CCXVIIII· *II* Mr. CXXVIII· Lc. CCXLI

Qui plantauit uineam

229 |Et saepe circumdedit ei et fodi in ea torcular· et aedificauit turrem et locauit eam agricolis· et peregre profectus est·

[34]Cum autem tempus fructuum appropinquasset· misit seruos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius· [35]et agricolae adpraehensis seruis eius

alium ceciderunt· alium occiderunt· alium uero lapidauerunt· [36]Iterum misit alios seruos plures prioribus· et fecerunt illis similiter· [37]Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens· forsitam uerebuntur filium meum· [38]agricolae autem uidentes filium· dixerunt intra se

hic est heres uenite occidamus eum· et habebimus hereditatem eius·

[39]Et appraehensum eum eicerunt extra uineam et occiderunt· [40]Cum ergo uenerit dominus uineae quid faciet colonis illis

[41]Aiunt illi· malos male perdit et uineam locauit alii agri-
230 colis· qui reddant ei fructum |temporibus suis· [42]Dicit illis ihesus· numquam legistis in scripturis· lapidem quem reprobauerunt aedificantes· hic factus est in caput anguli· a domino factum est istud· et est mirabilis in oculis nostris [43]Ideo dico uobis quia auferetur a uobis regnum dei· et dabitur genti facienti fructus eius

[44]Omnis qui ceciderit super lapidem istum confringetur· super quem autem ceciderit conteret eum· [45]Et cum audissent principes sacerdotum et pharisaei parabolas eius· cognouerunt quod de ipsis diceret· [46]et quaerentes eum tenere· timuerunt turbas· quoniam sicut prophetam eum habebant Mt. CCXX *I* Mr. CXXVIIII Lc. CCXLII Io. LXXXVIII

(Mt. 22 1) Et respondens ihesus dixit iterum· in parabulis eis dicens

CXXVI· [2]Simile factum est regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo· (Lc. 14, 16. 17) Et uocauit plures et hora cenae Mt. CCXXI *V* Lc. CLXXXI

(Mt. 22, 3) misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias

231 |Et nolebant uenire·

(Lc. 14, 18) Et coeperunt simul omnes excusare primus dixit ei·

Mt. 21, 33–46; 22, 1–3. Lc. 14,16–18.

23. *re*-**g***num*

uillam emi· et necesse habeo exire et uidere illam· rogo te habe me excusatum

[19]Et alter dixit· iuga boum emi V et eo probare illa· rogo te habe me excusatum· [20]Et alius dixit uxorem duxi· et ideo non possum uenire·

(Mt. 22, 4) Iterum misit alios seruos dicens· dicite inuitatis· ecce prandium meum paraui tauri mei et altilia occisa· et omnia parata· uenite ad nuptias· [5]illi autem neglexerunt· et abierunt· alius in uillam suam alius uero ad negotiationem suam· [6]reliqui uero tenuerunt seruos eius· et contumelia affectos occiderunt

[7]Rex autem cum audisset iratus est· et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos· et ciuitatem illorum succendit· [8]Tunc ait seruis suis· nuptiae quidem paratae sunt· Sed qui |inuitati erant non fuerunt digni· [9]ite ergo ad exitus uiarum 232
(Lc. 14, 21) in plateas et uicos et ciuitates (Mt. 22, 9) et quoscumque inueneritis (Lc. 14, 21) pauperes· ac debiles et caecos et clodos (Mt. 22, 9) uocate ad nuptias· (Lc. 14, 22) et ait seruus· factum est domine· sicut imperasti· et adhuc locus est· [23]et ait dominus seruo·

Exi in uias et sepes· et conpelle intrare ut impleatur domus mea· [24]Dico autem uobis· quia nemo uirorum illorum qui uocati sunt gustauit cenam meam· (Mt. 22, 10) Et egressi sunt serui eius in uias· congregauerunt omnes quos inuenerant malos et bonos· et inpletae sunt nuptiae discumbentium

Mt. CCXXII *X* [11]Intrauit autem rex ut uideret discumbentes et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali· [12]et ait illi· amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem· [13]Tunc dixit rex ministris ligatis pedibus eius et manibus· mittite eum in tenebras exteriores· ibi erit fletus

|Et stridor dentium· [14]multi autem sunt uocati· pauci uero electi,, 233

Mt. CCXXIII *II* Mr. CXXX Lc. CCXLIIII **CXXVII**· [15]Tunc abeuntes pharisaei· consilium inierunt· ut caperent eam in sermone· [16]et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes·

Magister· scimus quia uerax es et uiam dei in ueritate doces· Et non est tibi cura de aliquo· Non enim respicis personam hominum· [17]Dic ergo nobis· quid tibi uideatur·

Lc. 14, 18–24. Mt. 22, 4–17.

8. *o*-**m***nia*
19. *locutus* facta ultimae syllabae punctatione et appicta informi litera *s* mutatum in *locus*

Licet censum dari caesari· an non· [18]Cognita autem ihesus nequitia eorum· ait·

Quid me temptatis hypocritae· [19]ostendite mihi nomisma census· at illi optulerunt ei denarium

[20]Et ait illis ihesus· cuius est imago haec et suprascribtio· [21]dicunt· ei caesaris

Tunc ait illis· reddite ergo quae sunt caesaris caesari· et quae sunt dei· deo· [22]et audientes mirati sunt et relicto eo abierunt·

CXXVIII· [23]In illo die accesserunt ad eum sadducaei Mt. CCXXIII II
234 qui dicunt non esse resurrectionem· et inter|rogauerunt eum Mr. CXXX Lc. CCXLIII
[24]dicentes· magister· moses dixit· Si quis mortuus fuerit non habens filios ut ducat frater eius uxorem illius· et suscitet semen fratri suo· [25]Erant autem aput nos VII fratres· et primus uxore ducta defunctus est· et non habens semen· reliquit uxorem suam fratri suo

[26]Similiter secundus (Lc. 20, 30) mortuus est sine filio· [31]et tertius accepit illam· et omnes VII et non reliquerunt semen· (Mt. 22, 27) Nouissime autem omnium et mulier defuncta est· (Lc. 20, 33) In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor· (Mt. 22, 28) omnes enim habuerunt eam

(Lc. 20, 34) Et ait illis ihesus· (Mt. 22, 29) erratis nescientes scripturas neque uirtutem dei· (Lc. 20, 34) filii saeculi huius nubent et traduntur ad nuptias·

[35]illi autem qui digni habebuntur saeculo illo et resurrectione ex mortuis neque nubent neque ducunt uxores· [36]neque enim ultra mori poterunt (Mt. 22, 30) sed sunt sicut angeli dei in caelo
235 (Lc. 20, 36) Et fili sunt |dei· cum sint filii resurrectionis [37]quia uero
resurgant mortui· (Mr. 12, 26) non legistis in libro mosi super rubum· (Mt. 22, 31) quia dictum est a deo· (Mr. 12, 26) quomodo dixerit illi deus· Ego sum deus abraham· deus isaac· deus iacob·

[27]Non est deus mortuorum sed uiuorum· (Lc. 20, 38) Omnes enim uiuunt ei· (Mr. 12, 27) uos ergo multum erratis· (Mt. 22, 33) et audientes turbae mirabantur in doctrina eius

(Lc. 20, 39) Respondentes autem quidam scribarum dixerunt· magister bene dixisti

Mt. 22, 17–31. 33. Lc. 20, 30–31. 33–39. Mr. 12, 26–27.

18. *reliñquerunt*

Line 1: Ranke sees '*annon*' as a single word. Sievers, and Vulgate have '*an non*' which makes better sense. The manuscript gives no guidance here, as all words are run together in the script.

Line 14: Ranke copies '*aput*' modified into 'apud' without comment. '*aput*' is a legal spelling, and here retained.

Mt. CCXXIIII VI Mr. CXXXI **CXXVIIII·** (Mt. 22, 34) pharisaei autem uidentes quia silen-
tium inposuisset sadducaeis conuenerunt in unum· (Mr. 12, 28) Et
accessit unus de scribis (Mt. 22, 35) legis doctor· temptans eum
(Lc. 10, 25) et dicens· (Mt. 22, 36) magister quod est mandatum magnum
in lege· [37]ait illi ihesus· (Mr. 12, 29) primum omnium mandatum est·
audi israhel· dominus deus noster· deus unus est· [30]et diligis
dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua·
et ex tota mente tua· et ex tota uirtute tua |(Mt. 22, 38) hoc est **236**
primum et maximum mandatum· [39]Secundum autem simile est
huic· diligis proximum tuum sicut te ipsum· [40]in his duobus
Mr. CXXXII X mandatis uniuersa lex pendet· et prophetae (Mr. 12, 32) Et ait illi
scriba· bene magister in ueritate dixisti· quia unus est et non
alius praeter eum· [33]Et ut diligatur ex toto corde· et ex toto
intellectu· et ex tota anima et ex tota fortitudine· et diligere
proximum tamquam se ipsum maius est omnibus holocausto-
matibus et sacrificiis· [34]ihesus autem uidens quod sapienter
respondisset dixit illi· non es longe a regno dei· (Lc. 10, 28) recte
Lc. CXXI X respondisti hoc fac· et uiues [29]ille autem uolens iustificare se
ipsum dixit ad ihesum· et quis est meus proximus· [30]suspiciens
autem ihesus dixit·
homo quidam descendebat ab hierusalem in hiericho· et in-
cidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum et plagis in-
positis abierunt semi|uiuo relicto· [31]Accidit autem ut sacerdos **237**
quidam descenderet eadem uia· Et uiso illo praeteriuit·
[32]Similiter et leuita cum esset secus locum et uideret eum transiit
[33]Samaritanus autem quidam transiens· uenit secus eum·
et uidens eum· misericordia motus est· [34]et adpropians alliganit
uulnera eius infundens oleum et uinum· Et inponens illum in
iumentum suum duxit in stabulum et curam eius egit· [35]et
altera die protulit duos denarios et dedit stabulario· et ait·
curam illius habe·
Et quodcumque supererogaueris· ego cum rediero reddam tibi·
[36]Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui
Mr. CCXX I incidit in latrones· [37]at ille dixit· qui fecit misericordiam in
Mr. CXXII illum· Et ait illi ihesus uade et tu fac similiter
Lc. CCXXXVIIII· Io. LXXXV **CXXX·** (Lc. 19, 47) Et erat docens cotidie in templo·

Mt. 22, 34–40. Mr. 12, 28–30. 32–34. Lc. 10, 25. 28–37; 19, 47.

11. *illiš* 14. M^3 *diligere*

Lines 3 & 4: conext change is in the wrong place, here moved from after *doctor·*, to after *eum*. The Lucan insertion is out of context, and for convenience only.

238 principes autem sacerdotum et scribae et principes |plebis
quaerebant illum perdere [48]et non inueniebant quid facerent
illi· Omnis enim populus suspensus erat audiens illum· (Io. 7, 32) Io. LXXVIII *X*
audierunt pharisaei turbam murmurantem de illo haec Io. LXXVIIII. *I*
Et miserunt principes et pharisaei ministros ut adprehen- Mt. CCC
derent eum Mr. CLXXXI Lc. CCLXXXV
[33]Dixit ergo ihesus· athuc modicum tempus uobiscum sum· Io. LXXX *X*
et uado ad eum qui misit me· [34]quaeritis me et non inuenietis Io. LXXX *X*
Et ubi sum ego uos non potestis uenire· [35]Dixerunt ergo
iudaei ad se ipsos· quo hic iturus est quia non inueniemus
eum· numquid in dispersionem gentium iturus est et docturus
gentes· [36]quis est hic sermo quem dixit· quaeritis me et non
inuenietis· et ubi sum ego non potestis uenire· [37]In nouissimo
autem die magno festiuitatis stabat ihesus et clamabat dicens
Qui sitit ueniat ad me et bibat· [38]qui credit in me sicut
dixit scriptura
239 |Flumina de uentre eius fluent aquae uiuae· [39]hoc autem
dixit de spiritu· quem accepturi erant credentes in eum· non
enim erat spiritus· quia ihesus nondum fuerat glorificatus·
[40]ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant· Io. LXXXII *VII*
hic est uere propheta· [41]alii dicebant hic est christus· quidam Mt. LXX ø
autem dicebant numquid a galilaea christus uenit· [42]nonne Io. LXXXII *VII*
scriptura dicit· quia ex semine dauid· et de bethleem castello Mt. V
ubi erat dauid uenit christus· [43]dissensio itaque facta est in Io. LXXXIIII *X*
turba propter eum· [45]uenerunt ergo ministri ad pontifices et Io. LXXXVI *X*
pharisaeos· et dixerunt eis illi·
Quare non adduxistis eum [46]responderunt ministri· numquam
sic locutus est homo sicut hic homo· [47]responderunt ergo eis
pharisaei· numquid et uos seducti estis·
[48]Numquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex
240 pharisaeis· [49]sed turba haec quae non |nouit legem maledicti
sunt· [50]dicit nicodemus ad eos ille qui uenit ad eum nocte·
qui unus erat ex ipsis· [51]numquid lex nostra iudicat hominem·
nisi audierit ab ipso prius· et cognouerit quid faciat
[52]Responderunt et dixerunt ei· numquid et tu galilaeus
es· scrutare et uide quia propheta a galilaea non surgit

Lc. 19, 47–48. Io. 7, 32–43. 45–52.

14. *ma*-**g***no* 33. *i*-**p***sis*

Mt. CCXXV II Mr. CXXXIIII Lc. CCXLV **CXXXI·** (Mt. 22, 41) Congregatis autem pharisaeis· in-
terrogauit eos ihesus· [42]dicens· quid uobis uidetur de christo·
cuius filius est· dicunt ei dauid· [43]ait illis· quomodo ergo dauid
(Lc. 20, 42) in libro psalmorum (Mt. 22, 43) uocat eum dominum dicens·
[44]dixit dominus domino meo· sede a dextris meis· donec ponam
Mt. CCXXVI II Mr. CXXXIII Lc. CCXLIIII inimicos tuos scabillum pedum tuorum [45]Si ergo dauid in
spiritu uocat eum dominum quomodo filius eius est·

[46]Et nemo poterat respondere ei uerbum· neque ausus fuit
quisquam ex illa die eum amplius interrogare„

Io. LXXXVI X **CXXXII·** (Io. 8, 12) Iterum ergo locutus est eis ihesus
dicens· Ego sum lux mundi· qui sequi|tur me non ambulabit **241**
in tenebris· sed habebit lucem uitae· [13]Dixerunt ergo ei pharisaei
tu de te ipso testimonium perhibes· testimonium tuum non
est uerum· [14] Respondit ihesus et dixit eis·

Etsi ego testimonium· perhibeo de me ipso· uerum est
testimonium meum quia scio unde ueni et quo uado· Uos
autem· nescitis unde uenio aut quo uado· [15]uos secundum car-
nem iudicatis ego non iudico quemquam

[16]Et si iudico ego· iudicium meum uerum est· quia solus
non sum· Sed ego et qui me misit pater

[17]Et in lege uestra scriptum est· duorum hominum testi-
monium uerum est· [18]Ego sum qui testimonium perhibeo de
me ipso et testimonium perhibet de me qui misit me pater·
[19]dicebant ergo ei ubi est pater tuus Respondit ihesus· neque
Io. LXXXVII II Mt. CXII Lc. CXVIIII me scitis neque patrem meum

Si me sciretis forsitam et patrem meum sciretis

Io. LXXXVIII X |[21]Ego uado et queritis me et in peccato uestro moriemini· **242**
quo ego uado uos non potestis uenire

[22]Dicebant ergo iudaei· numquid interficiet semet ipsum·
quia dicit· quo ego uado uos non potestis uenire· [23]et dicebat
eis uos de deorsum estis ego de supernis sum

Uos de mundo hoc estis· ego non sum de hoc mundo· [24]dixi
ergo uobis· quia moriemini in peccatis uestris· Si enim non
credideritis quia ego sum moriemini in peccato uestro· [25]Dicebant
ergo ei· tu quis es· dixit eis ihesus principium· quia et loquor
uobis· [26]multa habeo de uobis loqui et iudicare· sed qui misit

Mt. 22, 41–46. Lc. 20, 42. Io. 8, 12–19. 21–26.

21. *scri*-**p***tum*

27. Lege *Io. LXXXVIIII* quem numerum ipse V margini inscripsit.

me uerax est· et ego quae audiui ab eo· haec loquor in mundo
[27]et non cognouerunt quia patrem eis dicebat deum

[28]Dixit ergo eis ihesus· Cum exaltaueritis filium hominis·
tunc cognoscetis quia ego sum et a me ipso facio nihil· sed
243 sicut docuit me pater· haec loquor· [29]et qui me misit |mecum
est· non reliquit me solum quia ego quae placita sunt ei facio
semper· [30]haec illo loquente multi crediderunt in eum·
[31]Dicebat ergo ihesus ad eos qui crediderunt ei iudaeos· si uos
manseritis in sermone meo uere discipuli mei eritis [32]et co-
gnoscetis ueritatem· et ueritas liberabit uos· [33]Responderunt ei·
semen abrahae sumus· et nemini seruiuimus umquam· quomodo
tu dicis liberi eritis·

[34]Respondit eis ihesus· amen amen dico uobis· quia omnis
qui facit peccatum seruus est peccati· [35]seruus autem non
manet in domo in aeternum· filius manet in aeternum

[36]Si ergo filius uos liberauerit· uere liberi eritis

[37]Scio quia filii abrahae estis· sed quaeritis me interficere·
quia sermo meus non capit in uobis· [38]ego quod uidi aput
patrem loquor· et uos quae uidistis aput patrem uestrum facitis·

244 [39]Responderunt et dixerunt ei |pater noster abraham est·
Dicit eis ihesus· Si filii abrahae estis· opera abrahae facite·
[40]nunc· autem quaeritis me interficere· hominem qui ueritatem
uobis locutus sum· quam audiui a deo· hoc abraham non fecit·
[41]uos facitis opera patris uestri

Dixerunt itaque ei· nos ex fornicatione non sumus nati·
unum patrem habemus deum· [42]dixit ergo eis ihesus· si deus
pater uester esset diligeretis utique me· ego enim ex deo
processi et ueni· neque enim a me ipso ueni sed ille me
misit [43]quare loquellam meam non cognoscitis

quia non potestis audire sermonem meum· [44]uos ex patre
diabolo estis· et desideria patris uestri uultis facere· illo ho-
micida erat ab initio· et in ueritate non stetit quia non est
veritas in eo cum loquitur mendacium ex propriis loquitur
quia mendax est· et pater eius· [45]ego autem quia ueritatem dico non
245 creditis mihi· [46]quis ex uobis |arguit me de peccato· Si ueritatem
dico quare uos non creditis mihi· [47]qui est ex deo uerba dei audit

Io. 8, 26-47.

8*

2. V [*dicebat*] *deum*
6. *relin̓quit*
10. *cognoscitis* fortasse V lineolis additis mut. in —*etis*.
19. *ue**rum* (M¹)

Propterea uos non auditis· quia ex deo non estis

[48]Responderunt igitur iudaei et dixerunt ei· nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu· et daemonium habes·

[49]Respondit ihesus· ego daemonium non habeo· sed honorifico patrem meum· et uos inhonorastis me·

[50]Ego autem non quaero gloriam meam· est qui quaerit et iudicat· [51]amen amen dico uobis· si quis sermonem meum seruauerit mortem non uidebit in aeternum· [52]dixerunt ergo iudaei· nunc cognouimus quia daemonium· habes· abraham mortuus est et prophetae

Et tu dicis· si quis sermonem meum seruauerit non gustauit mortem· in aeternum· [53]numquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est· et prophetae mortui sunt· quem te
Io. LXXXVIIII *X* ipsum facis· [54]Respondit ihesus·

|Si ego glorifico me ipsum gloria mea nihil est· est pater **246**
meus qui glorificat me· quem uos dicitis quia deus noster est· [55]et non cognouistis eum· ego autem noui eum· et si dixero quia non scio eum· ero similis uobis mendax·

Sed scio eum· et sermonem eius seruo· [56]abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum· et uidit et gauisus est· [57]Dixerunt ergo iudaei ad eum

Quinquaginta annos nondum habes et abraham uidisti· [58]dixit eis ihesus· amen amen dico uobis· antequam abraham fieret ego sum· [59]tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum· ihesus autem abscondit se et exiuit de templo

Io. LXXXVIIII *X* **CXXXIII·** (Io. 9, 1) et praeteriens uidit hominem caecum a natiuitate· [2]et interrogauerunt eum discipuli sui· rabbi· quis peccauit· hic· aut parentes eius ut caecus nasceretur

[3]Respondit ihesus· neque hic peccauit neque parentes eius sed ut manifestetur opus dei in illo·

|[4]Me oportet operari opera eius· qui misit me· donec dies **247**
est· uenit nox

quando nemo potest operari· [5]quamdiu in mundo sum· lux sum mundi· [6]haec cum dixisset· expuit in terram et fecit lutum ex sputo et leuit lutum super oculos eius· [7]et dixit ei· uade laua in natatoria siloae· quod interpraetatur missus·

Io. 8, 47–59; 9, 1–7.

14. Siglum, ℞ numerum canonicum hic positum vituperare videtur, ut qui potius locum habet penes vv. 24—26, ubi tum ℞ rursus obviam est, tum siglum, *Io.* i.e. *Iohannis ev.* Victoris manu scriptum. cernitur.

22. *annos*$^{\text{non}}$*dum* (V) | *uidistis*

24—26. cf. annot. ad v. 15.

26. Juxta *praeteriens* vocabulum nescio quod minio scriptum erasum est.

abiit ergo et lauit· et uenit uidens· [8]Itaque uicini· et qui uidebant eum prius quia mendicus erat· et dicebant· nonne hic est qui sedebat et mendicabat·

alii dicebant quia Hic est· [9]alii autem nequaquam· sed similis est eius· ille dicebat quia ego sum· [10]dicebant ergo ei· quomodo aperti sunt oculi tibi·

[11]Respondit· ille homo qui dicitur ihesus· lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi· uade ad natatoriam siloae· et laua et abii· et laui et uidi·

[12]Dixerunt ei· ubi est· ille ait· nescio· [13]adducunt eum ad
248 pharisaeos qui caecus fuerat· [14]erat autem |sabbatum quando
lutum fecit ihesus· et aperuit oculos eius· [15]Iterum ergo interrogabant eum pharisaei· quomodo uidisset·

ille autem dixit eis· lutum posuit mihi super oculos et laui et uideo· [16]Dicebant ergo ex pharisaeis quidam

non est hic homo a deo· quia sabbatum non custodit

alii dicebant· quomodo potest homo peccator haec signa facere et schisma erat in eis· [17]dicunt ergo caeco· iterum· tu quid dicis de eo· qui aperuit oculos tuos· ille autem dixit quia propheta est· [18]non crediderunt ergo iudaei de illo quia caecus fuisset· et uidisset donec· uocauerunt parentes eius qui uiderat [19]et interrogauerunt eos dicentes· hic est filius uester quem uos dicitis quia caecus natus est quomodo ergo nunc uidet· [20]responderunt eis parentes eius et dixerunt

scimus quia hic est filius noster· et quia caecus natus est·
249 [21]quomodo autem nunc uideat nescimus |aut quis eius aperuit
oculos nos nescimus· ipsum interrogate· aetatem habet ipse de se loquatur

[22]haec dixerunt parentes eius quia timebant iudaeos

iam enim conspirauerant iudaei· ut si quis eum confiteretur christum extra synagogam fieret· [23]propterea parentes eius dixerunt· aetatem habet ipsum interrogate· [24]uocauerunt ergo rursum hominem qui erat caecus· et dixerunt ei· da gloriam deo· nos scimus quia hic homo peccator est· [25]dixit ergo ille si peccator est nescio· unum scio· quia caecus cum essem modo uideo· [26]dixerunt ergo illi· quid fecit tibi· quomodo

Io. 9, 7–26.

18. *schi*-**s***ma*
21. *donum* (ec above; M[1] ut vdtr)
31. *pro*-**p***terea*

aperuit tibi oculos· [27]Respondit eis· dixi uobis iam et audistis· quid iterum uultis audire· Numquid et uos uultis discipuli eius fieri· [28]maledixerunt ei et dixerunt· tu discipulus illius es· nos autem mosi discipuli sumus· [29]nos scimus quia mosi locutus est deus hunc autem |nescimus unde sit· [30]Respondit 250 ille homo et dixit eis· in hoc enim mirabile est· quia uos nescitis unde sit· et aperuit meos oculos· [31]Scimus autem quia peccatores deus non audit· sed si quis dei cultor est et uoluntatem eius facit hunc exaudit· [32]a saeculo non est auditum quia aperuit quis oculos caeci nati [33]nisi esset hic a deo non poterat facere quiequam

[34]Responderunt et dixerunt ei· in peccato natus es totus· et tu doces nos· et eicerunt eum foras·

Io. LXXXVIIII X **CXXXIIII·** [35]audiuit ihesus quia eiecerunt eum foras· et cum inuenisset eum dixit ei·

tu credis in filium dei· [36]respondit ille et dixit· quis est domine ut credam in eum

[37]Et dixit ei ihesus· et uidisti eum et qui loquitur tecum ipse est· [38]at ille ait· credo domine et procidens adorauit eum· [39]Et dixit ei ihesus· in iudicium ego in hunc mundum ueni· ut qui non uident uideant et qui uident caeci fiant

[40]Et audierunt ex pharisaeis qui cum ipso erant· et di|xerunt 251 ei· numquid et nos caeci sumus· [41]dixit eis ihesus· si caeci essetis non haberetis peccatum

Nunc uero dicitis quia uidemus peccatum uestrum manet· (Io. 10, 1) amen amen dico uobis· qui non intrat per hostium in ouile ouium sed ascendit aliunde ille fur est et latro· [2]qui autem intrat per ostium pastor est ouium· [3]huic ostiarius aperit· et oues uocem eius audiunt et proprias oues uocat nominatim et educet eas

[4]Et cum proprias oues emiserit ante eas uadit et oues illum sequuntur quia sciunt uocem eius

[5]alienum autem non sequentur· sed fugient ab eo· quia non nouerunt uocem alienorum· [6]hoc prouerbium dixit illis ihesus

illi autem non cognouerunt id quod loqueretur eis· [7]dixit

Io. 9, 26–41; 10, 1–7.

13. *docens* obelis adhibitis V mutavit in *doces* | *eiècerunt*
16. *re*-**s***pondit*
19. *i*-**p***se*
25. *ue*st*rū··* (V)
29. *uocaṅt*

ergo eis iterum ihesus· amen amen dico uobis· quia ego sum ostium ouium· [8]omnes quotquot uenerunt fures sunt et latrones
252 sed non audierunt eos |oues· [9]Ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur· et ingredietur et egredietur· et pascua inueniet· [10]fur non uenit· nisi ut furetur et mactet· et perdat·

Ego ueni ut uitam habeant et abundantius habeant

[11]Ego sum pastor bonus· bonus pastor animam suam dat pro ouibus·

[12]Mercennarias et qui non est pastor· cuius non sunt oues propriae· uidet lupum uenientem et dimittet oues et fugit et lupus rapit et dispergit oues· [13]mercennarius autem fugit quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ouibus·

[14]Ego sum pastor bonus et cognosco meas· et cognoscunt me meae·

[15]Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem· Et animam meam pono pro ouibus· [16]Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili· et illas oportet adducere et uocem meam audiunt· et fiet unum ouile et unus pastor· [17]propterea me pater diligit Io. XC· III Mt. XCII Lc. CXVIIII Io. XCI IIII Mt. CCIIII Lc. CXVIIII Io. XCII X
253 |quia ego pono animam meam

[18]nemo tollit eam a me sed ego pono eam· a me ipso potestatem habeo ponendi eam· et potestatem habeo iterum sumendi eam

hoc mandatum accepi a patre meo· [19]dissensio iterum facta est inter iudaeos propter sermones hos

[20]Dicebant autem multi ex ipsis daemonium habet

Et insanit quid eum auditis· [21]alii dicebant uerba haec non sunt daemonium habentis· numquid daemonium potest caecorum oculos aperire

CXXXV· [22]Facta sunt autem enchenia in hierosolymis Io. XCII X
et hiemps erat· [23]Et ambulabat ihesus in templo in porticu salomonis

[24]Circumdederunt ergo eum iudaei et dicebant ei· quousque animam nostram tollis· si tu· es christus dic nobis palam·

[25]loquor uobis et non creditis· opera quae ego facio in nomine patris mei haec testimonium perhibent de me· [26]sed uos
254 non creditis quia non estis ex ouibus meis· [27]oues meae |uocem

Io. 10, 7–27.

13. *co*-**g***noscunt* 18. *pro*-**p***terea*

meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur me· [28]et ego
uitam aeternam do eis et non peribunt in aeternum

Non rapiet eas quisquam de manu mea· [29]pater meus quod
dedit mihi maius omnibus est· et nemo potest rapere de manu
patris mei· [30]ego et pater unum sumus· [31] Sustulerunt lapides
iudaei ut lapidarent eum· [32]Respondit eis ihesus· multa opera
bona ostendi uobis ex patre meo propter quod eorum opus
me lapidatis· [33]responderunt ei iudaei· de bono opere non la-
pidamus te sed de blasphemia et quia tu homo cum sis facis
te ipsum deum· [34]respondit eis ihesus· nonne scriptum est in
lege uestra quia ego dixi· di estis· [35]si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est· et non potest· solui scriptura [36]quem
pater sanctificauit et misit in mundum·

Uos dicitis quia blasphemas· quia dixi filius dei sum· [37]Si
non facio |opera patris mei· nolite credere mihi· [38]si autem **255**
facio· etsi mihi non uultis credere operibus credite· ut cogno-
scatis et credatis quia in me est pater et ego in patre

Io. XCIII *IIII* Mt. CLXVII Mr. XXVI

[39]Quaerebant ergo eum prendere· et exiuit de manibus
eorum· [40]et abiit iterum trans iordanen· in eum locum ubi
erat iohannes baptizans primum et mansit illic·

Io. XCIIII *X*

[41]Et multi uenerunt ad eum et dicebant· quia iohannes
quidem signum fecit nullum· [42]omnia autem quaecumque dixit
iohannes de hoc uera erant et multi crediderunt in eum„

Io. XCIIII *X*

CXXXVI· (Io. 11, 1) Erat autem quidam languens lazarus
a bethania· de castello mariae et marthae sororis eius· [2]maria
autem erat quae uncxit domino unguento· et extersit pedes
eius capillis suis

Cuius frater lazarus infirmabatar· [3]miserunt ergo sorores
ad eum dicentes· domine· ecce quem amas infirmatur

|[4]audiens autem ihesus dixit eis infirmitas haec non est ad **256**
mortem· sed pro gloria dei· ut glorificetur filius dei per eam·
[5]Diligebat autem· ihesus martham et sororem eius mariam et
lazarum· [6]ut ergo audiuit quia infirmabatur

Tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus·

[7]deinde post haec dicit discipulis suis· Eamus in iudaeam·
iterum [8]dicunt ei discipuli· rabbi· nunc quaerebant te lapidare

Io, 10, 27–42; 11, 1–8.

10. *i*-**p***sum* 11. *dixi*[t] (S)

iudaei· et iterum uadis illuc· [9]Respondit ihesus nonne XII horae sunt diei· si quis ambulauerit in die non offendit· quia lucem huius mundi uidet·

[10]Si autem ambulauerit nocte offendet· quia lux non est in eo· [11]Haec ait

Et post hoc dicit eis· lazarus amicus noster dormit· sed uado ut a somno exsuscitem eum· [12]dixerunt ergo discipuli eius· domine si dormit saluus erit· [13]dixerat autem ihesus de morte eius· illi autem· putauerunt quia de dormitione somnii **257** |diceret· [14]Tunc ergo dixit eis ihesus· manifeste lazarus mortuus est· [15]et gaudeo propter uos· ut credatis quoniam non eram ibi· sed eamas ad eum· [16]dixit ergo thomas qui dicitur didymus· ad condiscipulos suos· eamus et nos ut moriamur cum eo·

[17]Uenit itaque ihesus et inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem

[18]Erat autem bethania iuxta hierosolyma quasi stadiis XV [19]Multi autem ex iudaeis uenerant ad martham et mariam· ut consolarentur eas de fratre suo· [20]Martha ergo ut audiuit quia ihesus uenit· occurrit illi· maria autem domi sedebat· [21]dixit ergo martha ad ihesum· domine· si hic fuisses frater meus non fuisset mortuus·

[22]Sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a deo dabit tibi· [23]dicit illi ihesus resurget frater tuus

[24]Dicit ei· martha· scio quia resurget in resurrectione in nouissima die

[25]Dixit ei ihesus· ego sum resurrectio et uita· qui credit **258** |in me etiamsi mortuus fuerit uiuet· [26]Et omnis qui uiuit et credit in me non moritur in aeternum

Credis hoc· [27]ait illi· utique domine· ego credidi· quia tu es christus filius dei qui in mundum uenisti· [28]et cum haec dixisset abiit· et uocauit mariam sororem suam silentio dicens· magister adest· et uocat te· [29]illa ut audiuit· surgit cito et uenit ad eum· [30]nondum enim uenerat ihesus in castellum sed erat athuc in illo loco ubi occurrerat ei martha· [31]Iudaei igitur qui erant cum illa in domo et consolabantur eam· Cum uidissent mariam quia cito surrexit· et exiit secuti sunt eam

Io. 11, 8–31.

4. *no*-**c***te* 24. *resurre*-**c***tione*

Line 29: No-one seems to have noticed the mis-spelling here of ‘*ait*’ as ‘*at*’. Here corrected.

dicentes quia uadit ad monumentum ut ploret ibi· [32]maria
ergo cum uenisset ubi erat ihesus· uidens eum cecidit ad pedes
eius et dixit ei· domine· si fuisses hic non esset mortuus frater
meus· [33]ihesus ergo ut uidit eam plorantem et iudaeos qui
uenerant cum ea plorantes· fremuit spiritu· et turbauit se
ipsum |[34]et dixit· ubi posuistis eum 259

Dicunt ei· domine ueni et uide [35]et lacrimatus est ihesus·
[36]dixerunt ergo iudaei· ecce quomodo amabat eum

[37]Quidam autem dixerunt ex ipsis· non poterat hic qui
aperuit oculos caeci facere ut et hic non moreretur· [38]ihesus
ergo rursum fremens in semet ipso uenit ad monumentum·
erat autem spelunca· et lapis superpositus erat ei· [39]ait ihesus
tollite lapidem· dicit ei martha soror eius qui mortuus fuerat·
domine iam fetet· quadriduanus enim est· [40]dicit ei ihesus·

Nonne dixi tibi· quoniam si credideris uidebis gloriam dei·
[41]tulerunt ergo lapidem· ihesus autem· eleuatis sursum oculis
dixit· pater· gratias ago tibi quoniam audisti me

[42]Ego autem sciebam quia semper me audis· sed propter
populum qui circumstat dixi· ut credant quia tu me misisti

[43]Haec cum dixisset uoce magna clamauit· lazare ueni foras·
[44]et statim |prodiit· qui fuerat mortuus· ligatus pedes et manus 260
institis et facies illius sudario erat ligata

Dicit ihesus eis soluite eum et sinite abire· [45]Multi ergo ex
iudaeis qui uenerant ad mariam et uiderant quae fecit credi-
derunt in eum· [46]quidam autem ex ipsis abierunt ad phari-
saeos et dixerunt eis quae fecit ihesus· [47]Collegerunt ergo
pontifices et pharisaei concilium et dicebant· quid facimus·
quia hic homo multa signa facit· [48]si dimittimus eam sic·
omnes credent in eum· et uenient romani et tollent nostrum
※ et locum et gentem· [49]Unus autem ex ipsis caiaphas cum esset
pontifex anni illius dixit eis· uos nescitis quicquam [50]nec cogi-
tatis· quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo
et non tota gens pereat· [51]hoc autem a semet ipso non dixit·

Sed cum esset pontifex anni illius· prophetauit quia ihesus
moriturus erat pro gente· [52]et non tantum |pro gente· sed et 261
ut filios dei qui erant dispersi congregarent in unum

Io. 11, 31–52.

28. *si*-g*na* 31. *ne*-s*citis*
29. 30. Stellula Victorina, cf. 101, 17.

[53]ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum — Io. XCV *IIII*
[54] ihesus ergo iam non palam ambulabat aput iudaeos· — Mt. CXVII Mr. XXVI
Sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quae — Io. XCV *I*
dicitur ephrem· et ibi morabatur cum discipulis· [55]proximum — Mt. CCLXXIIII
autem erat pascha iudaeorum — Mr. CLVI Lc. CCLX
Et ascenderunt multi hierosolyma de regione ante pascha
ut sanctificarent se ipsos· [56]quaerebant ergo ihesum et conlo-
quebantur ad inuicem in templo stantes· quid putatis quia non
ueniat ad diem festum· [57]dederat autem pontifices et pharisaei
mandatum· ut si quis cognouerit ubi sit indicet ut apprehen-
dant eum

CXXXVII· (Lc. 9, 51) Factum est autem dum conplerentar — Lc. CIIII *X*
dies adsumtionis eius· et ipse faciem suam firmauit ut iret
hierusalem· [52]et misit nuntios ante conspectum suum· et euntes
262 intrauerunt in ciuitatem samaritanorum |ut pararent illi· [53]et
non receperunt eum quia facies eius erat· euntis hierusalem·
[54]Cum uidissent autem discipuli eius· iacobus et iohannes
dixerunt· domine uis dicimus ut ignis descendat de caelo et
consumat illos· [55]et conuersus increpauit illos· [56]et abierunt
in alium castellum — Io. XCV *I*

CXXXVIII· (Io. 12, 1) ihesus ergo ante VI dies paschae — Mt. CCLXXIIII Mr. CLVI
uenit bethaniam ubi fuerat lazaras mortuus quem suscitauit — Lc. CCLX
ihesus — Mr. CLVIII *I*
(Mr. 14, 3) Et cum esset in bethaniae in domo simonis leprosi — Mt. CCLXXVI Lc. LXXIIII.
(Io. 12, 9) cognouit turba multa ex iudaeis quia illic est· et ue- — Io. XCVIII. Io. XCVIIII *X*
nerunt non propter ihesum tantum· sed ut lazarum uiderent — Io. CII *X*
quem suscitauit a mortuis· (Io. 12, 19) pharisaei ergo dixerunt ad
semet ipsos· uidetis quia nihil proficimus· Ecce mundus totus
post eum abiit· (Io. 12, 10) Cogitauerunt autem principes sacer- — Io. XCVIIII *X*
dotum ut et lazarum interficerent [11]quia multi propter illum — Io. XCVIII *I*
abibant ex iudaeis et credebant in ihesum· (Io. 12, 2) fecerunt — Mt. CCLXXVI
263 autem ei |cenam ibi et martha ministrabat· lazarus uero unus — Mr. CLVIII Lc. LXXIIII
erat ex discumbentibus cum eo — Mt. CCLXXVI *I*

CXXXVIIII· [3]maria ergo (Mr. 14, 3) habens alabastrum — Mr. CLVIII
ungenti nardi spicati praetiosi et fracto effudit super caput — Lc. LXXIIII Io. XCVIII
ihesu (Mt. 26, 7) recumbentis

Io. 11, 53–57; 12, 1. 9. 19. 10. 11. 2. Lc. 9, 51–56. Mr. 14, 3. Mt. 26, 7.

4. *proximūṡ* (V)
10. *co-***g***nouerit*
13. *i-***p***se*
14. *con-***s***pectum*
15. *pa^{ra}rent*
17. *iohannis* lineolis adhibids fort. a S mut. in —*es*

(Io. 12, 3) Et unxit pedes eius et extersit capillis suis· et domus inpleta est ex odore ungenti· [4]Dicit ergo unus ex discipulis eius iudas scariothis qui erat traditurus eum·

[5]Quare hoc ungentum non ueniit CCC denariis et datum est egenis

[6]Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum· sed quia fur· erat· et loculos habens ea quae mittebantur portabat· (Mr. 14, 4) Erant autem quidam indigne ferentes intra semet ipsos et dicentes· ut quid perditio haec ungenti facta est· (Mt. 26, 10) sciens autem ihesus ait illis· quid molesti estis mulieri·

Opus bonum operata est in me (Mr. 14, 7) nam semper pauperes habetis uobiscum

|Et cum uolueritis potestis illis benefacere· me autem non 264
Mt. CCLXXVII *IIII* semper habebitis· + (Mt. 26, 12) mittens enim haec ungentum hoc in
Mr. CLVIIII Io. XCVIII corpus meum ad sepeliendum me fecit· [13]Amen dico uobis· ubicumque praedicatum fuerit euangelium in toto mundo dicetur· et quod haec fecit in memoriam eius·

Lc. LXXIIII *X* (Lc. 7, 39) Uidens autem pharisaeus qui uocauerat eum ait· intra se dicens· hic si esset propheta· sciret utique quae et qualis mulier esset quae tangit eum quia peccatrix est· [40]Et respondens ihesus dixit ad illum·

Simon habeo tibi aliquid dicere· at ille ait· magister dic· [41]Duo debitores erant cuidam faeneratori· unus debebat denarios· quingentos· alius quinquaginta· [42]non habentibus illis unde redderent· donauit utrisque·

quis eum plus diliget· [43]Respondens simon dixit·

aestimo quia is cui plus donauit· at ille dixit ei· recte iudicasti· [44]Et conuersus ad mulierem dixit

|Simon· uides hanc mulierem· Intraui in domum tuam· aquam 265
pedibus meis non dedisti· haec autem lacrimis rigauit pedes meos· et capillis suis tersit· [45]Osculum mihi non dedisti· haec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos· [46]oleo caput meum non unxisti· haec autem ungento unxit pedes meos

[47]Propter quod dico tibi remittentur ei peccata multa· quoniam dilexit multum· Cui autem minus dimittitur minus

Io. 12, 3–6. Mr. 14, 4. 7. Mt. 26, 10. 12–13. Lc. 7, 39–47.

2. *odorem̈ ungu̇enti*
4. *ungu̇entum·* Non defuit error alius correctoris, qui alterum vocabuli *u* delere ausus est
15. Crucicula hic textui addita quum alicuius pericopae finem indicare non possit, quandoquidem nullius initium indicatum est, eadem qua stellulae (cf. 122, 20) significatione gaudere videtur.
20. *scire*^{t} (S)
28. *re*-**c***te*

Line 15 footnote: ‘stellulae (cf. 122, 20)’. There is no little star on page 122, line 20. But we find one on line 30. This like an error of reading and/or confusion, as line 21 on the manuscript has such a star. Read therefore: ‘stellulae (cf. 122, 30)’.

diligit· [48]Dixit autem ad illam remittuntur tibi peccata· [49]Et coeperunt qui simul accumbebant dicere intra se· quis est hic· qui etiam peccata dimittit· [50]dixit autem ad mulierem· fides tua te saluam fecit· uade in pace· (cf. Mt. 20, 27) Et his dictis abiit ascendens hierosolymam

CXL· (Io. 12, 20) Erant autem gentiles quidam ex his Io. CII *X*
qui ascenderant ut adorarent in die festo· [21]hi ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galileae

266 |Et rogabant eum dicentes· domine uolumus ihesum uidere· [22]Uenit philippus et dicit andreae· andreas rursum et philippus
dicunt ihesu· [23]Ihesus autem respondit eis dicens· uenit hora Io. CIII *IIII*
ut glorificetur filius hominis [24]amen amen dico uobis· nisi Mt. CCXCVIIII Mr. CLXXX
granum frumenti cadens in terram mortuum· fuerit [25]ipsum Io. CIIII *X*
solum manet· si autem mortuum fuerit· multum fructum affert· Io. CV *III*
qui amat animam suam perdet eam Mt. XCVI Lc. CCXI

Et qui odit animam suam in hoc mundo· in uitam aeternam custodit eam

[26]Si quis mihi ministrat me sequatur· et ubi sum ego illic Io. CVI *X*
et minister meus erit· si quis mihi ministrabit· honorificabit Io. CVII *IIII*
eum pater meus· [27]Nunc anima mea turbata est Mt. CCXCIII Mr. CLXXIIII

Et quid dicam· pater· saluifica me ex hora hac·

Sed propterea ueni in horam hanc· [28]pater clarifica tuum Io. CVIII *X*
nomen· Uenit ergo uox de caelo· et clarificaui· et iterum clari-
267 ficabo· [29]Turba ergo |quae stabat et audiebat dicebant tonitruum factum esse· alii dicebant angelus ei locutus est·

[30]Respondit ihesus et dixit· non propter me uox haec uenit sed propter uos· [31]nunc iudicium est mundi· nunc princeps huius mundi eicietur foras· [32]et ego si exaltatus fuero a terra· omnia traham· ad me ipsum· [33]hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus· [34]Respondit ei turba· nos audiuimus ex lege· quia christus manet in aeternum

Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis· quis est iste filius hominis· [35]dixit ergo ihesus· athuc modicum lumen in uobis est· ambulate [36] dum lucem habetis ut non tenebrae uos conprehendant· et qui ambulat in tenebris nescit quo uadat· dum lucem habetis· credite in lucem ut filii lucis sitis,,

Lc. 7, 47–50. cf. Mt. 20, 17. Io. 12, 20–36.

7. *hi* correctum ut videtur ex *hic* 15. *perdit* lineolis appictis mut. in —*et*

Lc. CCII V Mt. CCLV **CXLI·** (Lc. 17, 20) Interrogatus autem a pharisaeis·
quando uenit regnum dei· respondit eis et dixit· non uenit
|regnum dei cum obseruatione· [21]neque· dicent· ecce hic aut **268**
ecce illic· ecce enim regnum dei intra uos est

Lc. CCLVIIII X (Lc. 21, 37) Erat autem diebus docens in templo· noctibus uero
exiens morabatur in montem qui uocatur olіueti· [38]et omnis
populus manicabat ad eum in templo audire eum

Mt. CCXXVII X **CXLII·** (Mt. 23, 1) Tunc ihesus locutus est ad turbas et
ad discipulos suos [2]dicens· Super cathedram mosis sederunt
scribae et pharisaei· [3]omnia ergo quaecumque dixerint uobis
seruate et facite· secundum opera uero eorum nolite facere·
Mt. CCXXVIII V Lc. CXXXVIIII dicunt enim et non faciunt· [4]alligant autem onera grauia et
inportabilia et inponunt in umeros hominum· digito autem suo
nolunt ea mouere· [5]omnia uero opera sua faciunt ut uideantur
ab hominibus dilatant enim philacteria· et magnificant fimbrias·
Mt. CCXXVIIII II Mr. CXXXV Lc. CCXLV (Lc. 20, 46) et uolant ambulare in stolis· (Mt. 23, 6) amant enim pri-
mos recubitos in cenis et primas cathe|dras in synagogis [7]et **269**
salutationes in foro· et uocari ab hominibus rabbi

Mr. CXXXIIII II Mt. CCXXV Lc. CCXLV (cf. Mr. 12, 37) Et omnis populus libenter audiebant eum (Mt. 23, 8)
uos autem nolite uocari rabbi

Mt. CXXX X Unus est enim magister uester· Omnes autem uos fratres
※ estis· [9]et patrem nolite uocare uobis super terram· Unus
enim est pater uester qui in caelis est· [10]nec uocemini magistri·
quia magister uester unus est christus·

Mt. CCXXXI VI Lc. CLXXVIIII [11]Qui maior est uestrum erit minister uester· [12]qui autem
Lc. CXXXVII II se exaltauerit humiliabitur· et qui se humiliauerit exaltabitur·
Mt. CCXXVIIII Mr. CXXXV (Lc. 11, 43) Uae uobis pharisaeis quia diligitis primas cathedras
in synagogis et salutationes in foro· (Mt. 23, 13) Uae uobis scribae
Mt. CCXXXII V Lc. CXLII et pharisaei (Lc. 11, 52) legis periti· (Mt. 23, 13) hypocritae· (Lc. 11, 52) quia
tulistis clauem scientiae· (Mt. 23, 13) et cluditis regnum caelorum
ante homines· uos autem non intratis nec introeuntes sinitis
intrare·

Mr. CXXXVI VIII Lc. CCXLVII Uae uobis pharisaei hypocritae qui deuoratis domos ui-
duarum sub |obtentu prolixae orationis accipietis maiorem **270**
damnationem

Mt. CCXXXIII X [15]Uae uobis scribae et pharisaei hypocritae quia circumitis

Lc. 17, 20. 21. 37. 38; 11, 43. 52. Mr. 12, 38. cf. 37. Mt. 23, 1–15.

1. In extrema margine fortasse M[1] siglum × ut videtur, non cruciculam, appinxit, quod ad emendationem numerorum capitularium, cui operum ille dedit, referendum esse existimo.
10. *o*-**m***nia*
21. 22. Stellula Victorina cf. 122, 29.
25. *est· u*st*erum*

Line 16: "*et uolant ambulare in stolis*": both Mark and Luke report this, but neither exactly, viz: Mc 12, 38c: " . . *qui volunt in stolis ambulare* . . ": Lc 20, 46b: " . . *qui volunt ambulare in stolis* . . ". Actually, the lukan version resembles the text more closely than the Markan, so Ranke's choice of the Markan version is perverse. So I restore the Lukan version, which the manuscript writer prefers.

mare et aridam ut· faciatis unum proselitum· et cum fuerit factus· facitis eum· filium gehennae duplo quam uos· [16]Uae uobis duces caeci· qui dicitis· quicumque iurauerit per templum nihil est· qui autem iurauerit in aurum templi debet· [17]stulti et caeci

Quid enim maius est aurum· an templum· quod sanctificat aurum· [18]Et quicumque iurauerit in altari nihil est· quicumque autem iurauerit in dono quod est super illud debet· [19]caeci quid enim maius est· donum· an altare quod sanctificat donum

[20]Qui ergo iurat in altare iurat in eo et in omnibus quae super illud sunt

[21]Et qui iurauerit in templo iurat in illo· et in eo qui in-
habitat in ipso· [22]Et qui iurat in caelo iurat in throno dei et Mt. CCXXXIIII V Lc. CXXXVI
271 in eo qui sedet super eum· [23]Uae |uobis scribae et pharisaei·
hypocritae qui decimatis mentam et anetum· et cyminum (Lc. 11, 42) et rutam et omne holus· (Mt. 23, 23) et reliquistis quae grauiora sunt legis· iudicium et misericordiam et fidem (Lc. 11, 42) et caritatem dei· (Mt. 23, 23) haec oportuit facere et illa non omit-
tere· (Mt. 15, 14) duces caecorum (Mt. 23, 24) excolantes culicem camelum Mt. CCXXXV X
autem glutientes [25]Uae uobis scribae et pharisaei· hypocritae· Mt. CCXXXVI V Lc. CXXXV
quia mundatis quod deforis est calicis et parapsidis· intus autem pleni sunt rapina et inmunditia [26]pharisaee· caece·
munda prius quod intus est calicis et parapsidis ut fiat· et Lc. CXXXVIII V
id quod deforis est mundum· (Lc. 11, 44) Uae uobis quia estis ut Mt. CCXXXVII
monumenta quae non parent et homines ambulantes supra Mt. CCXXVII V
nesciunt· (Mt. 23, 27) Uae uobis scribae et pharisaei hypocritae· Lc. CXXVIII
quia similes estis sepulchris dealbatis quia foris parent homi-
272 nibus speciosa· Intus uero plena sunt |ossibus mortuorum

Et omni spurcitia· [28]sic et uos aforis quidem paretis ho-
minibus iusti· intus autem pleni estis hypocrisi et iniquitate Lc. CXXXVIII V
(Lc. 11, 45) Respondens autem quidam ex legis peritis· ait iIli· Mt. CCXXVIII
magister haec dicens etiam nobis contumeliam· facis· [46]at ille ait· et uobis legis peritis uae· quia oneratis homines oneribus quae portari non possunt· et ipsi uno digito uestro non tan- Mt.
gitis sarcinas· (Mt. 23, 29) Uae uobis scribae et pharisaei· hypo- CCXXXVIII V
chritae quia aedificatis sepulchra prophetarum· et ornatis Lc. CXL

Mt. 23,15–29. Lc. 11, 42. 44–46. Mt. 15, 14.

7. *aurum·* litera *u* in loco raso scripta. 30. *hypocrisiṅ*

monumenta iustorum· [30]et dicitis· si fuissemus in diebus patrum
nostrorum non essemus socii corum in sanguine prophetarum·
[31]itaque testimonio estis uobismet ipsis· quia filii estis eorum
Mt. CCXXXVIIII X qui prophetas occiderunt [32]Et uos inplete mensuram patrum
uestrorum·

[33]Serpentes genimina uiperarum· quomodo fugietis a iudicio
gehennae

Lc. CXLI V Mt. CCXL· |(Lc. 11, 49) Propterea et sapientia dei dixit· mittam ad illos 273
prophetas et apostolos (Mt. 23, 34) et sapientes et scribas ex illis
occidetis et crucifigetis

et ex eis flagellabitis in synagogis uestris· et persequimini
de ciuitate in ciuitatem· [35]ut ueniat super uos omnis sanguis
iustus qui effusus est super terram· a sanguine abeli iusti·
usque ad sanguinem zacchariae fili barachiae· quem· occidistis
inter templum et altare· [36]Amen dico uobis· uenient haec
omnia super generationem istam

Mt. CCXLI V Lc. CLXXV **CXLIII·** [37]hierusalem· hierusalem quae occides pro-
phetas et lapidas eos qui mittuntur ad te· quotiens uolui
congregare filios tuos· quemammodum gallina congregat pullos
suos sub alis suis et noluisti· [38]Ecce relinquitur uobis domus
uestra deserta· [39]dico enim uobis· non me uidebitis a modo·
donec dicatis benedictus qui uenit in nomine domini,,

Io. CX X |**CXLIIII·** (Io. 12, 42) Uerumtamen et ex principibus multi 274
crediderunt in eum· Sed propter pharisaeos non confitebantur
ut de synagoga non eicerentur· [43]dilexerunt enim gloriam
Io. CXI I Mt. XCVIIII Mr. XCVI Lc. CXVI hominum· magis quam gloriam dei· [44]ihesus autem clamauit
et dixit· qui credit in me non credit in me

Sed in eum· qui misit me [45]et qui uidet me uidet eum qui
Io. CXII X misit me [46]Ego lux in mundum ueni· ut omnis qui credit in
me in tenebris non maneat· [47]Et si quis audierit uerba mea
et non custodierit· ego non iudico eum· non enim ueni ut iu-
dicem mundum sed ut saluificem mundum· [48]qui spernit me
et non accipit uerba mea· habet qui iudicet eum· sermo quem
locutus sum· ille iudicabit eum in nouissimo die

[49]Quia ego ex me ipso non sum locutus· sed qui misit me
pater· ipse mihi mandatum dedit· quid dicam et quid loquar·

(sic) **Mt. 23,. 29–39. Lc. 11, 49. Io. 12, 42–49.**

16. *o*-**m***nia* 24. *pro*-**p***ter*

[50]et scio quia mandatum eius uita aeterna est· quae ergo ego
275 loquor sicut dixit mihi |pater· sic loquor· (Io. 12, 36) haec locutus Io. CVIII X
est eis ihesus et abiit et abscondit se ab eis·
[37]Cum autem tanta signa fecisset coram eis non credebant
in eum· [38]ut sermo esaiae prophetae impleretur quem dixit
Domine quis credidit auditui nostro et brachium domini cui
reuelatum est· [41]haec dixit esaias quando uidit gloriam eius Io. CX X
et locutus est de eo

CXLV· (Mr. 13, 1) Et cum· egrederetur ihesus de templo· Mt. CCXLII II
(Mt. 24, 1) accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei aedificationes Mr. CXXXVII
templi (Mr. 13, 1) dicentes Lc. CCXLVIII
Magister· aspice quales lapides· et quales structurae· [2]Et
respondens ihesus ait· Uidetis has omnes magnas aedificationes·
(Mt. 24, 2) amen dico uobis· (Lc. 21, 6) uenient dies in quibus (Mt. 24, 2)
non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur,,

CXLVI· (Mr. 13, 3) Et cum sederet in montem oliuarum Mt. CXXXVIII II
contra templum· (Mt. 24, 3) accesserunt ad eum discipuli secreto· Mt. CCXLIII Lc. CCXLVIIII
276 (Lc. 21, 7) et interrogauerunt eum dicentes· praeceptor |(Mt. 24, 3) dic
nobis· quando haec erunt· et quod signum aduentus tui·
(Mt. 13, 4) cum haec omnia incipient consummari· (Lc. 17, 22) Et ait
ad discipulos uenient dies· quando desideretis uidere unum
diem filii hominis· et non uidebitis· (Mt. 24, 4) Uidete ne quis uos
seducat· [5]multi enim uenient in nomine meo dicentes· ego sum
christus· et multos seducent
(Mr. 13, 7) Cum audieritis autem (Lc. 21, 9) proelia et (Mr. 13, 7) opiniones bellorum (Lc. 21, 9) et seditiones nolite terreri· (Mt. 24, 6)
oportet enim haec fieri· sed nondum est finis· [7]Consurget enim
gens in gentem· et regnum contra regnum· et erunt pestilentiae
et fames· et terre motus per loca
(Lc. 21, 10) terroresque de caelo· et signa magna· (Mt. 24, 8) haec
autem omnia initia sunt dolorum
[9]Tunc tradent uos in tribulatione· et occident uos Mt. CCXLIIII I
Et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum· Mr. CXXXVIIII Lc. CCL
(Lc. 21, 18) Et capillus de capite uestro non peribit Io. CXLI Lc. CXLI III
[19]Et in patientia uestra possidebitis animas uestras Mt. LXXXVIII
277 [14]ponite ergo in cordibus |uestris· non praemeditari quoniam Mr. CXLI

Io. 12, 50. 36–39. Mr. 13, 1–4. 7. Mt. 24,1–4. 6. 8. 9. Lc. 17, 22. Lc. 21, 6 rel.

29. *famis* lineolis appietis mut. in —*es* 30. *si*-**g***na*

Line 30 Footnote: Ranke had *ma*-**g***na*, where *si*-**g***na* is required. Footnote ammended accordingly.

respondeatis· [15]Ego enim dabo uobis os et sapientiam cui non
poterunt resistere et contradicere omnes aduersarii uestri·
Mt. CCXLV V
(Mt. 24, 10) Tunc scandalizabuntur multi et inuicem tradent et odio
habebunt inuicem

[11]Et multi pseudoprophetae surgent et seducent multos·
[12]Et quoniam abundabit iniquitas· refrigescet caritas multorum
[13]qui autem perseuerauerit usque in finem hic saluus erit [14]et
Mt. CCXLVI VI Mr. CXL
praedicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus

Mt. CCXLVII VI CXLII
Et tunc ueniet consummatio· [15]Cum ergo uideritis abominationem desolationis quae dicta est a danihelo propheta stantem
Lc. CCLII X
in loco sancto· qui legit intellegat· (Lc. 21, 20) Cum autem uideritis
Mt. CCXLVIII II Mr. CXLIII Lc. CCVIII
circumdari ab exercitu hierusalem· Tunc scitote quia adpropinquauit desolatio eius· [21]Tunc qui in iudaea sunt· |fugiant in 278
montes· et qui in medio eius discedant· et qui in regionibus
non intrent in eam [22]quia dies ultionis hi sunt· ut inpleantur
Mt. CCXLVIIII II Mr. CXLIIII Lc. CCLIIII
omnia quae scripta sunt· [23]Uae autem pregnatibus et nutrientibus in illis diebus· erit enim praessura magna supra terram·
et ira populo huic·

Lc. CCLVI X
[24]Et cadent in ore gladii· et captiui ducentur in omnes
gentes et hierusalem calcabitur a gentibus· donec impleantur
tempora nationum·

Mt. CCL VI Mr. CXLV Mt. CCLI II Mr. CXLVI Lc. CCLV Lc. CCLVII II Mt. CCLVIII Mr. CL. Mt. CCLII VI MR. CXLVII
(Mt. 24, 20) Orate autem ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato·
[21]Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio
mundi usque modo neque fiet· (Lc. 21, 25) Et erunt signa in sole
et luna et in stellis et in terris pressura gentium prae confusione sonitus maris· et fluctuum [26]arescentibus hominibus
prae timore et expectatione quae superuenient uniuerso orbi·
(Mt. 24, 22) Et nisi breuiati fuisent dies illi non fieret salua

Mt. CCLIII II Mr. CXLVIII Lc. CCIIII Mt. CCLIIII II Mr. CXLVIIII Mt. CCLV V Lc. CCII Mt. CCLVI V Lc. CC.
|Omnis caro sed propter electos breuiabuntur dies illi· [23]Tunc 279
si quis uobis dixerit· ecce hic christus· aut illic nolite credere·
[24]Surgent enim pseudochristi· et pseudoprophetae· et dabunt
signa magna et prodigia ita ut in errorem inducantur·

Si fieri potest etiam electi [25]ecce praedixi uobis· [26]Si ergo
dixerint uobis ecce in deserto est nolite exire· ecce in penetrabilibus nolite credere [27]Sicut enim fulgur exit ab oriente et

Lc. 21, 14. 15. 20–26. Mt. 24, 10–15. 19–27.

34. *ele*-**c***ti*

paret usque in occidente· ita erit et aduentus filii hominis [Mt. CCLVIII II] [29]Statim autem post tribulationem dierum illorum· Sol obscurabitur· [Mr. CL. Lc. CCLVII] et luna non dabit lumen suum· et stellae cadent de caelo

Et uirtutes caelorum commouebuntur·

[30]Et tunc parebit signum fili hominis in caelo et tunc plangent se omnes tribus terrae [Lc. CCLVIIII II]

Et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli· cum [Mt. CCLVIII]
280 |uirtute multa et maiestate· [31]et tunc mittet angelos suos cum [Mr. CLI] tuba et uoce magna et congregabunt electos eius· a IIII uentis· a summis caelorum usque ad terminos eorum (Lc. 21, 28) his autem [Lc. CCLVIII II] fieri incipientibus· [Mt. CCLVIII Mr. CLI]

Respicite et eleuate capita uestra quoniam adpropinquat redemtio uestra [Mt. CCLVIIII II]

CXLVII· (Mt. 24, 32) ab arbore autem fici discite parabolam· [Mr. CLI Lc. CCLVIII] Cum iam ramus eius tener fuerit· et folia nata (Lc. 21, 29) et omnes arbores [30]cum perducunt iam ex se fructum scitis· quoniam prope est aestas· (Mt. 24, 33) ita et uos· cum uideritis haec omnia fieri

Scitote quia prope est in ianuis· [34]amen dico uobis· quia non praeteribit haec generatio donec omnia haec fiant [35]caelum et terra transibunt uerba uero mea non praeteribunt (Lc. 21, 34) [Lc. CCLVIIII X] attendite autem uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae· et superueniat in
281 uos repentina dies illa· [10]tamquam laquaeus enim super|ueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terrae· [36]Uigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere ista omnia quae futura sunt· et stare ante filium hominis· (Mr. 13, 33) [Mr. CLIII VI] nescitis enim quando tempus sit· [32]de die autem illo et hora· [Mt. CCLXIII Mr. CLII VI] nemo scit· neque filius· (Mt. 24, 36) neque angeli in caelo nisi solus pater [Mt. CCLX]

CXLVIII· [37]Sicut autem in diebus noe· ita erit et [Mt. CCLXI V] aduentus filii hominis· [38]sicut enim erant in diebus ante diluuium· [Lc. CCVII] comedentes et bibentes· nubentes· et nuptum tradentes usque ad eum diem· quo introiuit in arcam noe· [39]et non cognouerunt donec uenit diluuium et tulit omnes· ita erit et

Mt. 24, 27. 29–39. Lc. 21, 20–30. 34–36. Mr. 13, 33. 32.

25. *laquaeus enim super* ultimus quaternionis VIII versus. Sub quoquod apparet × eo effectum videtur, quod scriba numerum XIII scribere voluit, sed a scribendo destitit, quum falsum locum elegisset.

Lc. CCVIII X aduentus filii hominis· (Lc. 17, 28) Similiter sicut factum est in
diebus loth· edebant et bibebant· emebant et uendebant· plan-
tabant et aedificabant [29]qua die autem exiit loth a sodomis·
pluit ignem et sulphur de caelo· et omnes perdidit· [30]secundum
|haec erit qua die filius hominis reuelabitur **282**

Mt. CCXLVIII II (Mt. 24, 16) Tunc [17]qui in tecto est non descendat tollere ali-
Mr. CXLVI Lc. CCVIIII quid de domo sua· [18]et qui in agro non reuertatur tollere
Lc. CCX X (Mr. 13, 16) uestimentum suum (Lc. 17, 32) Memores estote uxoris loth·

Mt. CCLXII V (Mt. 21, 40) Tunc duo erunt in agro· unus assumetur· et alter
Lc. CCXII relinquetur· [41]duae molentes (Lc. 17, 35) in unum· (Mt. 24, 41) una assu-
metur· et una relinquetur· (Lc. 17, 34) duo in lecto uno unus
Lc. CCXIII V assumetur· et alter relinquetur· [36]Respondentes dicunt illi

Mt. CCLXII Ubi domine· [37]qui dixit eis· ubicumque fuerit corpus illuc
Mr. CLVI II congregabuntur aquilae (Mr. 13, 34) Sicut homo qui peregre pro-
Mt. CCLXVIII. Lc. CCXXVIII fectus· reliquit domum suam et dedit seruis suis potestatem
Mr. CLV. II cuiusque operis et ianitori praecipiat ut uigilet· [35]Uigilate ergo·
Mt. CCLXIII Lc. CLVI nescitis enim quando dominus ueniat· sero an media nocte·
Mt. CCLXIIII II an galli cantu· an mane· [36]ne cum uenerit repente inueniat uos
Mr. CLV Lc. CLVI dormientes· (Mt. 24, 43) Illud autem |scitote· quoniam si sciret pater **283**
familias qua hora fur ueniret· uigilaret utique et non sineret
perfodiri domum suam· [44]Ideoque et uos estote parati quia
Lc. CLVII V qua nescitis hora filius hominis uenturus est· (Lc. 12, 41) ait autem
Mt. CCLXV et petrus· domine ad nos dicis hanc parabolam· an et ad omnes

Mr. CLV VIII (Mr. 13, 37) Quod autem uobis dico omnibus dico uigilate

Lc. CLVII (Lc. 12, 42) Dixit autem dominus· (Mt. 24, 45) quis putas est fidelis
Mt. CCLXV V seruus et prudens dispensator

Lc. CLVII quem constituit dominus supra familiam suam ut det illis
Mt. CCLVI V cibum in tempore· [46]Beatus ille seruus quem cum uenerit do-
Lc. CLV minus eius inuenerit sic facientem· [47]uere dico uobis quoniam
Mt. CCLXVII V super omnia bona sua constituet eum· [48]Si autem dixerit malus
Lc. CLVIII seruus ille in corde suo moram fecit dominus meus uenire
[49]et coeperit percutere conseruos suos· manducet autem et
bibat cum ebriis·

[50]Ueniet dominus servi |illius in die qua non sperat et hora qua **284**
ignorat· [51]et diuidet eum partemque eius ponet cum hypocritis
(Lc. 12, 46) et infidelibus· (Mt. 24, 51) illic erit fletus et stridor dentium

Mt. 24, 39. 16–18. 40–41. 43–51. Lc. 17, 28–30. 32; 12, 41–42. Mr. 13, 16. 34–37.

15. *profe*-**c***tus*

Line 12 key: Ms. has Mt. CCLXII for Mt. CCLVII
Line 14 key: Ms. has Mr. CLVI for Mr. CLIV
Line 28 key: Ms. has Mt. CCLVI for Mt. CCLXVI

CXLVIIII· (Mt. 25, 1) Tunc simile erit regnum caelorum Mt. CCLXVIII *X*
decem uirginibus· quae accipientes lampadas suas exierunt obuiam sponso et sponsae· [3]quinque autem ex eis erant fatuae· acceptis lampadibus· non sumserunt oleum secum

[4]Prudentes uero· acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus· [5]Moram autem· faciente sponso

dormitauerunt omnes et dormierunt· [6]media autem· nocte clamor factus est· ecce sponsus uenit exite obuiam ei

[7]Tunc surrexerunt omnes uirgines illae et· ornauerant lampadas suas

[8]fatuae autem sapientibus dixerunt· date nobis de oleo uestro quia lampades nostrae extinguntur

[9]Responderunt prudentes dicentes ne forte non sufficiat
285 nobis et uobis |ite potius ad uendentes et emite uobis· [10]dum autem irent emere· uenit sponsus et quae paratae erant· intrauerunt cum eo ad nuptias· et clausa est ianua· [11]nouissime ueniunt et reliquae uirgines dicentes· domine domine aperi nobis· [12]at ille respondens ait· amen dico uobis nescio uos· [13]Uigilate itaque quia nescitis diem neque horam

CL· [14]Sicut enim homo proficiscens· uocauit seruos Mt. CCLXVIIII *II* Mr. CLIIII Lc. CCVIII Mt. CCLXXI *V* Lc. CCXXVIIII
suos· et tradidit illis bona sua· [15]et uni dedit V talenta· alii autem duo· alli uero unum·

Unicuique secundum propriam uirtutem et profectus est statim· [16]abiit autem qui quinque talenta acceperat· et operatus est in eis et lucratus est alia V [17]similiter qui duo acceperat lucratus est alia duo· [18]qui autem unum acceperat abiens fodit in terra· et abscondit pecuniam domini sui· [19]post multum
286 uero temporis uenit dominus seruorum illorum |et posuit rationem cum eis· [20]et accedens qui V talenta acceperat· optulit alia V talenta· dicens domine V talenta mihi tradidisti· et ecce V superlucratus sum· [21]ait illi dominus eius· euge bone serue et fidelis· quia super pauca fuisti fidelis· super multa te constituam intra in gaudium domini tui·

[22]accessit autem· et qui duo talenta acceperat et ait·

domine duo talenta tradidisti mihi· ecce alia duo lucratus sum· [23]ait illi dominus eius· Euge serue bone et fidelis quia

Mt. 25, 1. 3–23.

3. 4. Siglum ℞ hic admodum nitide pictum frustra vituperavit defectum verborum [*fatuae*.] *et quinque prudentes· sed quinque fatuae·* A nemine enim suppleta sunt.

30. *o*-**p***tulit*

Line 20 key: Ms. has Lc. CCVIII for Lc. CCXXVIII

Line 21 key: Ms. has Mt. CCLXXI for Mt. CCLXX

Line 35 Ranke fails to see*: tradidi*-**s***ti*

super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam intra in
gaudium domini tui·

[24]accedens autem et qui unum talentum acceperat· ait· do-
mine scio quia homo durus es· et metis ubi non seminasti·
et congregas ubi non sparsisti· [25]et timens abii et abscondi
talentum tuum in terra· ecce habes quod tuum est· [26]Respon-
dens autem dominus eius dixit ei·

Serue male et piger· scibas quia meto ubi non |semino· et 287
congrego ubi non sparsi· [27]oportuit ergo te conmittere pecu-
niam meam nummulariis· et ueniens ego recepissem utique
quod meum est cum usura· [28]Tollite itaque ab eo talentum
et date ei qui habet X talenta·

Mt. CCLXXI II [29]Omni enim habenti dabitur et abundabit· ei autem qui
Mr. XLII Lc. CCXXX non habet· et quod uidetur habere auferetur ab eo [30]Et inu-
Mt. CCLXXII V tilem seruum eicite in tenebras exteriores illic erit fletus et
Lc. CCXXXI stridor dentium

Lc. CLIIII X **CLI·** (Lc. 12, 35) Sint lumbi uestri praecincti et lucernae
ardentes· [36]et uos similes hominibus expectantibus dominum
suum quando reuertatur a nuptiis

Lc. CLV. V Et cum uenerit et pulsauerit confestim aperiant ei· [37]Beati
Mt. CCLXVI serui illi· quos cum uenerit dominus inuenerit uigilantes·

amen dico uobis· quod praecingit se et faciet illos discum-
bere et transiens ministrabit illis·

[38]Et si uenerit in secunda uigilia et si in tertia uigilia
|uenerit et ita inuenerit beati serui illi 288

Lc. CCXXXVIII II **CLII·** (Lc. 19, 12) Dixit ergo· homo quidam nobilis abiit
Mt. CCLXVIII. Mr. CLIIII in regionem longinquam accipere sibi regnum et reuerti·
Lc. CCXXVIII. V [13]Uocatis autem X seruis suis· dedit illis X minas
Mt. CCLXX

Et ait ad illos· negotiamini dum uenio· [14]ciues autem eius
oderant illum· Et miserunt legationem pos illum dicentes· no-
lumus hunc regnare super nos· [15]Et factum est dum rediret·
accepto regno et iussit uocari seruos· quibus dedit pecuniam·
ut sciret quantum quisque negotiatus esset

[16]Uenit autem primus dicens domine mina tua X minas
adquisiuit· [17]et ait illi· euge bone serue· quia in modico fidelis
fuisti· eris potestatem habens supra X ciuitates· [18]et alter

Mt. 25, 23–30. Lc. 12, 35–38; 19, 12–18.

uenit dicens· domine mina tua· fecit V minas· [19]et huic ait·
et tu esto supra V ciuitates· [20]Et alter uenit dicens· domine
ecce mina tua quam habui repositam in sudario· [21]timui enim
289 quia homo auste|rus es· Tollis quod non posuisti· et metis quod
non seminasti· [22]Dicit ei· de ore tuo te iudico serue nequa·
quia ego austeris homo sum· Tollens quod non posui· et metens
quod non seminaui· [23]Et quare non dedisti pecuniam meam ad
mensam· et ego ueniens cum usuris utique exegissem illud·
[24]et adstantibus dixit· auferte ab illo minam· et date illi qui
decem minas habet· [25]et dixerunt ei· domine habet X minas· Lc.CCXXX II
[26]Dico autem uobis quia omni habenti dabitur· ab eo autem Mt.CCLXXI Mr.XLII
qui non habet· et quod habet auferetur· ab eo· [27]Uerumtamen Lc.CCXXXI V
inimicos meos· illos qui noluerunt me regnare super se addu- Mt.CCLXXII
cite huc et interficite ante me

CLIII· (Mt. 25, 31) Cum autem uenerit filius hominis in Mt.CCLXXIII. X
maiestate sua et omnes angeli cum eo· Tunc sedebit super
sedem maiestatis suae· [32]et congregabuntur ante eum omnes
290 gentes et separauit eos ab inuicem· sicut pastor |segregat
oues ab hedis

[33]Et statuet oues quidam a dextris suis· haedos autem a
sinistris· [34]Tunc dicet rex· his qui a dextris eius erunt· Uenite
benedicti patris mei· possidete paratum uobis regnum a con-
stitutione mundi

[35]Esuriui enim et dedistis mihi manducare· sitibi et dedistis
mihi bibere hospes eram et collexistis me· [36]nudus· et operu-
istis me· Infirmus et uisitastis me· In carcere et uenistis ad
me· [37]Tunc respondebunt ei iusti dicentes· domine quando
te uidimus esurientem et pauimus· sitientem et dedimus tibi
potum

[38]Quando autem te uidimus hospitem et colleximus te· aut
nudum et cooperuimus· [39]aut quando te uidimus infimum
et in carcerem et uenimus ad te· [40]Et respondens rex dicet
illis· amen dico uobis quamdiu fecistis uni de his fratribus meis
minimis mihi fecistis· [41]Tunc dicet et his qui a sinistris erunt

291 |Discedite a me maledicti in ignem aeternum qui prae-
paratus est diabolo et angelis eius· [42]esuriui enim et non

Lc. 19, 18–27. Mt. 35, 31–42.

24. *sitibi* rasura facta corr. in —*ui*

34. *ad* obelo adhibito mut. in *a*

35. *maledi*-**c***ti*

dedistis mihi manducare· sitiui et non dedistis mihi potum· [43]hospes eram et non collexistis me· nudus et non operuistis me·

Infirmus et in carcerem et non uisitastis me

[44]Tunc respondebunt et ipsi dicentes· domine quando te uidimus esurientem aut sitientem aut hospitem aut nudum aut infirmum uel in carcere et non ministrabimus tibi· [45]Tunc respondebit illis dicens· amen dico uobis· quamdiu non fecistis uni de minoribus his nec mihi fecistis

[46]Et ibunt hi in supplicium aeternum· Iusti autem in uitam aeternam

Mt. CCLXXIII X **CLIIII·** (Mt. 26, 1) Et factum est cum consummasset
Mt. CCLXXIIII I ihesus sermones hos omnes dixit discipulis suis [2]Scitis quia
Mr. CLVI Lc. CCLX post biduum pascha fiet· et filius hominis tradetur ut cruci-
Io. XX Mt. CCLXXV VI figatur [3]Tunc congre|gati sunt principes sacerdotum· et seniores 292
Mr. CLVII populi in atrium principis sacerdotum· qui dicebatur caiaphas·
[4]Et consilium fecerunt· ut ihesum dolo tenerent et occiderent·
[5]Dicebant autem· non in die festo· ne forte tumultus fieret in populo

[14]Tunc abiit unus de XII qui dicitur iudas scarioth· (Lc. 22, 4) et locutus est ad principes sacerdotum et magistratibus· (Mt. 26, 15) et ait illis· quid uultis mihi dare· et ego uobis eum tradam· (Mr. 14, 11) qui audientes gauisi sunt·

(Mt. 26, 15) Et constituerunt ei XXX argenteos· [16] et exinde quaerebat opportunitatem ut eum traderet (Lc. 22, 6) sine turbis

Io. CXII X **CLV·** (Io. 13, 1) ante diem autem festum paschae sciens ihesus quia uenit hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem

Cum dilexisset suos qui erant in mundo· in finem dilexit
Io. CXV X eos· [4]Surgit a cena et ponit uestimenta sua· et cum accepisset
linteum praecinxit se [5]deinde mittit aquam in peluem et coepit
lauare |pedes discipulorum et extergere linteo quod erat prae- 293
cinctus· [6]Uenit ergo ad simonem petrum et dicit ei petrus· domine tu mihi lauas pedes· [7]Respondit ihesus et dicit ei· quod ego facio tu nescis modo· scies autem postea

[8]Dicit ei petrus non lauabis mihi pedes in aeternum· respondit ihesus ei Si non lauero te non habes partem mecum·

[9]Dicit ei· simon petrus

Mt. 25, 42–46; 26, 1–5. 14–0. Lc. 22, 4. 6. Mr. 14, 11. Io. 13, 1. 4–9.

Line 19: Ms. has a punct after *scarioth*. Ranke fails to see it.

domine non tantum pedes meos· sed et manus et caput·
[10]dicit ei ihesus· qui lotus est non indiget ut lauet· sed est
mundus totus· et uos mundi estis·

Sed non omnes· [11]Sciebat enim quisnam esset qui traderet
eum· propterea dixi· non estis mundi omnes· [12]postquam ergo
lauit pedes eorum· et accepit uestimenta sua

Cum recubuisset iterum dixit eis· Scitis quid fecerim uobis Io. CXVI *II*
[13]Uos uocatis me magistrum et domine· et bene dicitis· sum Mt. LVIIII
294 etenim [14]Si ergo ego laui pedes uestros· dominus |et magister· Lc. LXIII Io. CXVII
et uos debetis· alter alterius lauare pedes· [15]exemplum enim *X*
dedi uobis ut quemammodum ego feci uobis ita et uos faciatis Io. CXVIII

[16]Amen· amen dico uobis· non est seruus maior domino suo *III* Mt. XC
neque apostolus maior eo qui misit illum Lc. LVIII

[17]Si haec scitis beati eritis si feceritis ea [18]non de omnibus Io. CXVIIII. *X*
uobis dico· ego scio quos elegerim· Sed ut impleatur scriptura·

qui manducat mecum panem· leuabit contra me calcaneum
suum· [19]a modo dico uobis priusquam fiat· ut credatis cum
factum fuerit quia ego sum Io. CXX

[20]Amen amen dico uobis qui accipit· si quem misero· me *I* Mt. XCVIII
accipit· qui autem me accipit· accipit eum qui me misit Mr. XCVI Lc. CXVI

CLVI· (Mt. 26, 17) prima autem die azimorum· accesse- Mt. CCLXXVIII
runt discipuli ad ihesum dicentes *II* Mr. CLX

Ubi uis paremus tibi comedere pascha· [18]at ihesus dixit· Lc. CCLXI
Ite in ciuitatem (Lc. 22, 10) et introeuntibus uobis occurret uobis
295 homo amphoram aquae portans |sequimini eum in domo in
qua intrat (Mt. 26, 18) ad quendam

(Lc. 22, 11) Et dicitis (Mr. 14, 14) domino domus· (Mt. 26, 18) magister
dicit· tempus meum prope est· aput te facio pascha cum
discipulis meis· (Mr. 14, 15) et ipse uobis demonstrabit cenaculum
grande stratum· et illic parate nobis· [16]et abierunt discipuli
eius et inuenerunt sicut dixit eis et parauerunt pascha·

[17]Uespere autem facto uenit et (Mt. 26, 20) discumbebat cum Mt. CCLXXVIII
XII discipulis suis· *IIII* Mr. CLXI

[21]Et edentibus illis dixit (Lc. 22, 15) desiderio desideraui hoc Io. CXXI Lc. CCLXIIII
pascha manducare uobiscum antequam patiar· [16]dico enim *X* Lc. CCLXV
uobis· quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in *II* Mt. CCLXXXV

Io. 13, 9–20. Mt. 26, 17–18. 20. Mr. 14, 14–17. Lc. 22, 10–11. 15–16. Mr. CLXVI

8. *dne*^{m} (V^{s} ut videtur)

Io. CXXI IIII regno dei· (Io. 13, 21) Cum haec dixisset turbatus est spiritu· et
Mt. CCLXXVIIII Mr. CLXI protestatus est et dixit· amen amen dico uobis· quia unus ex
Mt. CCLXXX I uobis tradet me

Mr. CLXII Lc. CCLXVIIII (Mr. 14, 19) at illi coeperunt contristari et dicere singillatim·
Io. CXXII Mt. CCLXXXI II (Mt. 26, 22) numquid ego sum domine (Mr. 14, 20) Quibus ait
Mr. CLXIII Lc. CCLXVIII Qui intingit mecum manum in catino (Mr. 26, 23) hic me |tradet· 296
Mt. CCLXXXII VI [24]filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de illo Uae
Mr. CLXIIII autem homini illi per quem filius hominis traditur· Bonum erat
Io. CXXII I ei si natus non fuisset homo ille (Io. 13 22) aspiciebant ergo ad
Mt. CCLXXX Mr. CLXII Lc. CCLXVIIII inuicem discipuli haesitantes de quo diceret (Lc. 22, 23) Et quaerentes
Lc. CCLXVIII I inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset· (Io. 13, 23) Erat
Mt. CCLXXX Mr. CLXII ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihesu· quem
Io. CXXII Io. CXXIII X diligebat ihesus· [24]Innuit ergo huic simon petrus et dicit ei·
quis est de quo dicit· [25]Itaque cum recubuisset ille supra
pectus ihesu· dicit ei· domine quis est·

[26]Cui respondit ihesus· ille est cui ego intinctum panem
Io. CXXIIII VIIII porrexero·

Lc. CCLXII Et cum intincxisset panem dedit iudae simonis scariothis·
Io. CXXV X [27]Et pos buccellam tunc introiuit in illum satanas· Dicit ei
ihesus· quod facis· fac citius·

[28]Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei·
[29]quidam enim putabant quia loculos |habebat iudas· quod dicit 297
ei ihesus· eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum aut
Mt. CCLXXXIII X egenis ut aliquid daret· (Mt. 26, 25) Respondens autem iudas qui
tradidit eum dixit· numquid ego sum rabbi· ait illi· tu dixisti·
Io. CXXV X (Io. 13, 30) Cum ergo accepisset ille buccellam exiit continuo· Erat
autem nox· [31]cum ergo exisset dicit ihesus· Nunc clarificatus
est filius hominis· et deus clarificatus est in eo· [32]et deus clarificauit eum in semet ipso· Et continuo clarificauit eum

Mt. CCLXXXIIII I **CLVII**· (Mt. 26, 26) Cenantibus autem eis· accepit ihesus
Mr. CLXV Lc. CCLXVI panem et benedixit ac fregit deditque discipulis suis dicens·
Io. LXVII Mt. CCLXXXV II accipite et comedite· hoc est corpus meum (Lc. 22, 19) quod pro
Mr. CLXVI Lc; CCLXV uobis datur· (Mt. 26, 27) Et accipiens calicem gratias egit· et benedixit· et dedit eis dicens· bibite ex hoc omnes· [28]hic est enim
sanguis meus· noui testamenti qui pro uobis et multis effunditur in remissione peccatorum· [29]dico autem uobis |non bibam 298

Lc. 22, 16. 23. 19. Io. 13, 21–32. Mt. 26, 22–23. 25–29. Mr. 14, 19–20.

7. *scri*-**p***tum*

a modo de hoc genimine uitis usque in diem illum cum illud
bibam uobiscum nouum in regno patris mei·
(Lc. 22, 19) Hoc facite· in meam memorationem· [31]ait autem Lc. CCLXXIII *X*
dominus· simon· simon· ecce satanas expetiuit uos ut cribraret
sicut triticum· [32]ego autem rogaui pro te ut non deficiat fides Lc. CCLXXIIII *VIIII*
tua· Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos· (Io. 13, 33) Io. CCXXVIIII
filioli athuc modicum uobiscum sum· quaeritis me et sicut Io. CXXV *X*
dixi iudaeis· quo ego uado uos non potestis uenire· Et uobis
dico modo· [34]mandatum nouum do uobis· ut diligatis inuicem
sicut dilexi uos· ut et uos diligatis inuicem· [35]In hoc cognoscent
omnes quia mei discipuli estis· si dilectionem habueritis ad in- Io. CXXVI *X*
uicem· [36]Dicit ei simon petrus· domine· quo uadis· respondit Mt. CCLXXXVIIII Mr. CLXX
ei ihesus· Lc. CCLXXV
Quo ego uado non potes me modo sequi· Sequeris autem postea· Mt. CCLXXXVIII *IIII*
299 (Mt. 26, 31) Tunc dicit illis ihesus· omnes |uos scandalum patie- Mr. CLXVIII
mini in me in ista nocte Io. CLII
Scriptum est enim· percutiam pastorem et dispergentur Mt. CCLXXXXVIII *VI*
oues gregis Mr. CLXVIIII
[32]Postquam autem resurrexero praecedam uos in galilaeam Mt. CCLXXXVIIII *I*
[33]Respondens autem petrus ait illi· Etsi omnes scandalizati Mr. CLXX
fuerint in te ego numquam scandalizabor· (Lc. 23, 33) qui tecum Lc. CCLXXV. Io. CXXVI
paratus sum et in carcerem et in mortem ire· (Io. 13, 37) animam
meam pro te ponam· [38]Respondit ihesus· animam tuam pro
me ponis· Amen amen dico tibi· (Mt. 26, 34) quia hac nocte ante- Mt. CCXC *VI*
quam gallus cantet· ter me negabis [35]ait illi petrus Mr. CLXXI
Etiamsi oportuerit me mori tecum non te negabo· Similiter
et omnes discipuli dixerunt
CLVIII· (Io. 14, 1) non turbetur cor uestrum· creditis in Io. CXXXVII *X*
deum et in me credite· [2]in domo patris mei mansiones multae
sunt· Si quo minus dixissem uobis quia uado parare uobis
300 locum· [3]Et si abiero |et praeparauero uobis locum· Iterum
uenio et accipiam uos ad me ipsum· ut ubi sum ego et uos
sitis· [4]Et quo ego uado scitis· et uiam scitis·
[5]Dicit ei thomas· domine· nescimus quo uadis· et quo-
modo possumus uiam scire· [6]Dicit ei ihesus· Ego sum uia et
ueritas et uita

Mt. 26, 29. 31–35. Lc. 22, 19. 31–33. Io. 13, 33–38; 14, 1–6.

3. M[1] ad marg. sinistr. notavit *hic de ⁒.cap.* i. e. *hic deest numerus capitularis*· Cf. notata ad 108, 12.
32. *i*-**p***sum*

Nemo uenit ad patrem nisi per me· [7]Si cognouissetis
me· et patrem meum utique cognouissetis·
Et a modo cognoscitis eum et uidistis eum· [8]Dicit ei phi-
lippus· domine· Ostende nobis patrem et sufficit nobis· [9]Dicit
ihesus·
Tanto tempore uobiscum sum· et non cognouistis me·
philippe· qui uidit me· uidit et patrem· quomo tu dicis· ostende
nobis patrem· [10]non credis quia ego in patre· et pater in me
est· Uerba quae ego loquor uobis· a me ipso non loquor· pater
autem in me manens ipse facit opera· [11]non creditis· quia ego
in patre et pater in me est· [12]alioquin propter opera ipsa
|credite· amen· amen dico uobis· qui credit in me· opera quae **301**
ego facio et ipse faciet· quia ego ad patrem uado·
Io. CXXVIII *IIII* Mt. CCXVI Mr. CXXV [13]Et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam· ut
glorificetur pater in filio· [15]Si diligitis me mandata mea ser-
uate· [16]et ego rogabo patrem et alium paracletum dabit uobis·
ut maneat uobiscum in aeternum·
[17]Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere
quia non uidet eum· nec scit eum· uos autem cognoscitis eum
quia apud uos manebit· et in uobis erit [18]non relinquam uos
orfanos ueniam ad uos· [19]adhuc modicum et mundus me iam
non uidet· Uos autem uidetis me quia ego uiuo· et uos uiuetis·
[20]In illo die uos cognoscetis quia ego sum in patre meo et
uos in me· et ego in uobis· [21]qui habet mandata mea et seruat
ea· ille est qui diligit me· qui autem diligit me diligetur a
Io. CXXVIIII *I* Mt. XCVIII Mr. XCVI Lc. CXVI patre meo· et ego |diligam eum· et manifestabo ei me ipsum **302**
[22]Dicit ei iudas non ille scariothis· domine quid factum est·
Io. CXXX *X* quia nobis manifestaturus es te ipsum et non mundo· [23]Respondit
ihesus et dixit ei·
Si quis diligit me sermonem meum seruauit· et pater meus
diligit eum et ad eum ueniemus et mansiones apud eum fa-
Io. CXXXI *I* Mt. XCVIII Mr. XCVI Lc. CXVI ciemus· [24]qui non diligit me· sermones meos non seruat· Et
sermonem quem audistis non est meus· sed eius qui me misit
patris· [25]haec locutus sum uobis aput uos manens· [26]paracletus
Io. CXXXII *X* autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo· ille
uos docebit omnia· et suggeret uobis omnia quaecumque dixero

Io. 14, 6–13. 15–26.

19. *co*-g*noscitis*

20. *aput* punctis lineolisque adhibitis mut. in *apud*

Line 20 footnote: ‘lineolisve’ found. I do not recognise this word, but in previous entries ‘lineolisque’ is found in a similar context. I assume then that this is a typo, and have corrected it accordingly.

uobis· [27]Pacem relinquo uobis· pacem meam do uobis· non quomodo mundus dat ego do uobis· non turbetur cor uestrum· neque formidet· [28]audistis quia ego dixi uobis· uado et non
303 uenio ad uos· |si diligeretis me gauderetis utique quia uado
ad patrem· quia pater maior me est· [29]Et nunc dixi uobis· priusquam fiat· ut cum factum fuerit credatis· [30]iam non multa loquar uobiscum· Uenit enim princeps mundi huius· et in me non habet quicquam· [31]sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem· Et sicut mandatum dedit mihi pater sic facio

CLVIIII· (Lc. 22, 34) Et dixit eis [35]quando misi uos sine Lc. CCLXXVI *X*
sacculo et pera et calciamentis· numquid aliquid defuit uobis· [36]at illi dixerunt nihil·

Dixit ergo eis· sed nunc qui habet sacculum tollat· similiter peram

Et qui non habet uendat tunicam suam et emat gladium
[37]dico autem uobis quoniam athuc hoc quod scriptum est Lc. CCLXXVII *VIII* Mr. CCXVI
oportet impleri in me

Et quod cum iniustis deputatus est etenim ea quae sunt Lc. CCLXXVIII *X*
de me finem habent· [38]at illi dixerunt domine ecce gladii duo hic Io. CXXXII *X*
304 |at ille dixit eis sat est· Mt. CCLXXXVI *VI* Mr. CLXVII

(Io. 14, 31) Surgite eamus hinc (Mt. 26, 30) et hymno dicto exierunt (Lc. 22, 39) secundum consuetudinem in montem oliueti

CLX· (Io. 15, 1) dicit eis ego sum uitis uera et pater Io. CXXXII *X*
meus agricola est· [2]Omnem palmitem in me non ferentem fructum· tollet eum·

et omnem qui fert fructum purgabit eum· ut fructum plus afferat

[3]Iam uos mundi estis· propter sermonem quem locutus sum uobis· [4]manete in me et ego in uobis

Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso nisi manserit in uite· sic nec uos nisi in me manseritis· [5]Ego sum uitis· uos palmites· qui manet in me et ego in eum

hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere·

[6]Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes· et Io. CXXXIIII *IIII* Mt. CCXVI Mr. CXXV
aruit et colligent eos et in ignem mittunt et ardent· [7]Si manseritis

Io. 14, 26–31; 15, 1–7. Lc. 22, 34–39. Mt. 26, 30.

29. *pro*-**p***ter* 34. *pote*-**s***tis*

Line 23: Ranke writes (Lc. 23, 39) in place of (Lc. 22, 39). Here corrected.

in me et uerba mea in uobis manserint· quodcumque uolueritis
|petitis et fiet uobis 305
Io. CXXXIIII *X* [8]In hoc clarificatus est pater meus ut fructum plurimum
afferatis
et efficiamini mei discipuli· [9]Sicut dilexit me pater· et ego
dilexi uos·
Manete in dilectione mea· [10]si praecepta mea seruaueritis·
manebitis in dilectione mea· sicut et ego patris mei praecepta
seruaui· et maneo in eius dilectione· [11]haec locutus sum uobis
ut gaudium· meum impleatur
[12]hoc est praeceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi
Io. CXXXV *IIII* uos· [13]Maiorem hanc dilectionem nemo habet· ut animam suam
Mt. CCLIII Mr. CXV quis ponat pro amicis suis [14]Uos amici mei estis si feceritis
Io. CXXXVI *X* quae ego praecipio uobis· [15]Iam non dico uos seruos· quia
seruus· nescit quid faciat dominus eius· Uos autem dixi amicos·
quia omnia quaecumque audiui a patre meo nota feci uobis
[16]Non uos me elegistis· Sed ego elegi uos· et posui uos ut
Io. CXXXVII *IIII* eatis et fructum afferatis· et fructus uester |maneat· Ut quod- 306
Mt. CCXVI Mr. CXXV cumque petieritis patrem in nomine meo det uobis
Io. CCXIIII X missum patris mei in uos· (Io. 20, 20) Gauisi sunt ergo discipuli
uiso domino· [21]Dixit ergo eis iterum pax uobis· sicut misit
Io. CCXV *VII* me pater et ego mitto uos· [22]hoc cum dixisset insuflauit et
Mt. CLXXXV dicit eis· accipite spiritum sanctum [23]quorum remiseritis
peccata remittuntur eis· et quorum retinueritis detenta sunt„
Io. CCXVI *X* **|CLXXVIIII·** [24]Thomas autem unus ex duodecim qui **352**
dicitur didymus non erat cum eis quando uenit ihesus· [25]dixerunt
ergo ei alii discipuli· uidimus dominum· ille autem dixit eis·
nisi uidero in manibus eius figuram clauorum· Et mittam
digitum meum in locum clauorum· et mittam manum meam
in latus eius non credam
Io. CCXVII *VIIII* [26]Et post dies VIII iterum erant discipuli eius intus et
Lc. CCCXL. thomas cum eis· Uenit ihesus ianuis clausis· et stetit in medio
et dixit· pax uobis· [27]deinde dicit thomae· infer digitam tuum
huc· et uide manus meas
et affer· manum tuam et mitte in latus meum et noli esse
Io. CCXVIII *X* incredulus sed fidelis· [28]Respondit thomas et dixit ei· dominus
meus et deus meus· [29]dicit ei ihesus quia uidisti me cre-
didisti· beati qui non uiderunt et crediderunt· [30]multa quidem
et alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum
quae non sunt scribta in libro hoc· [31]haec autem |scribta sunt **353**
ut credatis
quia ihesus est christus filius dei et ut credentes uitam
habeatis in nomine eius
Io. CCXVIIII *VIIII* **CLXXX·** (Io. 21, 1) postea manifestauit se iterum ihesus
Lc. XXVIIII ad mare tiberiadis· manifestauit autem sic· [2]erant simul simon
petrus· et thomas qui dicitur didymus· et nathanahel· qui
erat a chanan galileae· et fiIii zebedaei· et alii ex discipulis
eius duo· [3]Dicit eis simon petrus· uado piscari·
Dicunt ei· uenimus et nos tecum· et exierunt et ascenderunt

Lc. 24, 45–49. Io. 20, 20–21, 3.

1. *scri*-**p***turas* correctum e *scrib—turas* 6. *cláuorum* lineola otiosa.

in nauem et ille nocte nihil prendiderunt· [4]mane autem iam
facto stetit ihesus in litore· non tamen cognouerunt discipuli
quia ihesus est· [5]Dicit ergo eis ihesus pueri· numquid pulmen-
tarium habetis· responderunt ei· non· [6]dixit eis
mittite in dextram nauigii rete et inuenietis·
Miserunt ergo et iam non ualebant illum trahere a multitu- Io. CCXX
354 dine piscium· [7]Dicit ergo discipulus ille quem diligebat |ihesus X
petro· dominus est· Simon petrus cum audisset· quia dominus
est· tunicam succinxit se· erat enim nudus· et misit se in mare
[8]alii autem discipuli nauigio uenerunt· non enim longe erant
a terra· sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium Io. CCXXI
[9]Ut ergo descenderunt in terram· uiderunt prunas positas et VIIII
piscem superpositum et panem Lc. CCCXLI
[10]Dicit eis ihesus· afferte de piscibus· quos prendistis nunc Io. CCXXII
ascendit simon petrus et traxit retem in terram· plenum VIIII Lc. XXX
magnis piscibus centum quinquaginta tribus· Io. CCXXIII VIIII
Et cum tanti essent non est scissum rete· Lc. CCCXLI
[12]Dicit eis ihesus· uenite prandete Et nemo audebat discum- Io. CCXXIIII X
bentium interrogare eum· Tu quis es· Scientes quia dominus Io. CCXXV
esset· [13]Et uenit ihesus et accepit panem et dedit eis et VIIII Lc. CCCXLI
piscem similiter [14]Hoc iam tertio manifestatus est ihesus Io. CCXXVI X
discipulis cum surrexisset a mortuis Io. CCXXVI
355 **|CLXXXI·** [15]Cum ergo· prandissent· dicit simoni petro X Io. CCXXVII
ihesus· simon iohannis diligis me plus his dicit ei· etiam do- VIIII Lc. CCLXXIII
mine· tu scis quia amo te· dicit ei· pasce agnos meos· [16]dicit Io. CCXXVIII X
ei iteram· simon iohannis diligis me· ait illi Io. CCXXVIIII
Etiam domine tu scis quia amo te· dicit ei pasce agnos VIIII Lc. CCLXXIIII
meos· [17]dicit ei tertio· simon iohannis amas me· Contristatus Io. CCXXX X
est petrus quia dixit ei tertio amas me· et dicit ei· domine· Io. CCXXXI VIIII Lc. CCLXXIIII
tu omnia scis tu scis quia amo te· dicit ei· pasce oues meas Io. CCXXXII X
[18]Amen amen dico tibi· cum esses iunior· cingebas te et
ambulabas ubi uolebas· Cum autem senueris· extenda manus
tuas· et alius te cinget· et ducet quo non uis
[19]Hoc autem dixit· significans qua morte clarificaturus esset
deum·
Et hoc cum dixisset· dicit ei sequere me· [20]Conuersus

Io. 21, 3–20.

petrus uidit illum discipulum quem diligebat ihesus sequentem
qui et recubuit in cena |super pectus eius et dixit domine 356
quis est qui tradidit te· [21]hunc ergo cum uidisset· petrus dicit ihesu domine hic autem quid· [22]dicit ei ihesus· sic eum uolo manere donec ueniam quid ad te tu me sequere· [23]Exiuit ergo sermo iste in fratres· quia discipulus ille non moritur· et non dixit ei ihesus non moritur

Sed sic eum uolo manere donec uenio quid ad te·

[24]hic est discipulus qui testimonium perhibet de his· et qui scribsit haec· Et scimus quia uerum est testimonium eius· [25]Sunt autem et alia multa quae fecit ihesus· quae si scribantur per singula· nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros·

Mt. CCCLV X **CLXXXII·** (Mt. 28, 16) Undecim autem discipuli· abierunt in galilaeam in montem ubi constituerat illis ihesus

[17]Et uidentes eum adorauerunt· quidam autem dubitauerunt
Mr. CCXXXIIII X (Mr. 16, 14) et exprobrauit incredulitatem illorum et duritiam
cordis· quia his qui uide|derant eum resurrexisse non cre- 357
diderant·

Mt. CCCLV X (Mt. 28, 18) Et locutus est eis dicens

Mr. CCXXXIIII X data est mihi omnis potestas· in caelo et in terra (Mr. 16, 15) euntes in mundum uniuersum· praedicate euangelium omni creaturae

Mt. CCCLV X (Mt. 28, 19) Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris· et fili et spiritus sancti·

[20]Docentes eos seruare omnia quaecumque mandaui uobis· et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi·

Mr. CCXXXIIII X (Mr. 16, 16) Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit

Qui uero non crediderit condemnabitur· [17]Signa autem eos qui crediderint haec sequentur

In nomine meo daemonia eicient· linguis loquentur nouis· [18]serpentes tollent· et si mortiferum quid biberint· non eos nocebit· Super aegrotos manus inponent et bene habebunt (Lc. 24, 49) Uos autem sedete in ciuitate· quoadusque induamini uirtutem ex alto·

Io. 21, 20–25. Mt. 28, 16–20. Mr. 16, 14–18. Lc. 24, 49.

3. V[s] *tradidit* [e]
4. *si sic*
9. *te-***s***timonium*
10. *et* [qui] *scribsit*
12. *i-***p***sum*
24. 29. Puncta ad marginem editionis nostrae impressa significant, in codice illis in locis numeros capitulares erasos esse.
24. *ba-***p***tizantes*
32. *nobis* rasura literae *b* additisque lineolis mut. in *nouis*

Lines 24 & 29: Matthew and Mark sections not specified in ms.
Line 32: Ranke fails to notice the punct following *nouis*.

358 [50]Eduxit autem eos foras |in bethaniam· et eleuatis manibus
suis benedixit eis· [51]Et factum est dum benediceret illis Io. CCCXLII
recessit ab eis· et ferebatur in caelum· (Mr. 16, 19) et sedit a X
dextris dei· (Lc. 24, 52) et ipsi adorantes regressi sunt in hierusalem
cum gaudio magno· [53]et erant semper in templo· laudantes et
benedicentes deum

(Mr. 16, 20) Et profecti praedicauerunt ubique domino cooperante Mr. CCXXXIIII X
et sermonem confirmante sequentibus signis· amen·

Lc. 24, 50-33. Mr. 16, 19-20.

. . . .

GRATIAS INDIUIDUAE TRINITATI [LECTIONES ECCLESIASTICAE EX EPISTULIS PAULINIS EXCERPTAE]

DE ADUENTU
ad romanos sub titulo XVIII·
ad romanos sub titulo XXXVIII·
ad galatas sub titulo XIII·
ad thessall· I sub titulo XXI·
PRIDIE NATALE DNI
ad philipp· sub titulo XIII·
IN NATALE DNI
ad hebreos principium epistulae
IN NATALE SCI· IOHANNIS
ad timotheum II sub titulo XVII·
IN NATALE INNOCENTUM
ad romanos sub titulo XI
DE CIRCUMCISIONE DNI
ad romanos sub titulo LI
DE EODEM DIE CONTRA IDOLA
ad corintheos I sub titulo XXXVIII
DE EODEM DIE
ad corintheos I sub titulo XLVII
IN IEIUNIO EPIFANIORUM
ad colossenses sub titulo II
IN EPIFANIA MANE
ad corintheos II sub tiulo X
359 **|IN EODEM DIE EPIFANIORUM**
ad titum sub titulo IIII

10. quae puncta impressi, in codice tum hic tum aliis in loca minutissimis uncinis similiora sunt quam punctis, cf. 179, 16.
11. INDIUIDUE
12. TRINITATE (absque puncto)
13. 14. Inscriptio uncinis inclusa mea est.
15. 20. DE ADUENTU | PRIDIE NAT. D. etc. omnes hae inscriptiones tum minio tum uncialibus majoribus atque rigidioribus quam quibus alibi utitur scriba, exaratae sunt.
16. etc. Fere omnes qui in hoc indice liturgico inueniuntur numeri, exceptis paucis ut 168, 16. 18. 20. 24. 34, cultro radente et stylo emendante tentati sunt.

IN EODEM DIE EPIFANIORUM
ad galatas sub titulo X
COTTIDIANA POST EPIFANIA
ad romanos sub titulo XLII
COTTIDIANA
ad hebreos sub titulo XII
COTTIDIANA
ad hebreos sub titulo VIII
COTTIDIANA
ad galatas sub titulo XIII
COTTIDIANA
ad hebreos sub titulo XII
COTTIDIANA
ad timotheum I sub titulo XXVII
COTTIDIANA
ad romanos sub titulo XLII
COTTIDIANA
ad romanos sub titulo XVIII
COTTIDIANA
ad romanos sub initium epistulae
COTTIDIANA
ad romanos sub titulo XLIII
COTTIDIANA
ad romanos sub titulo I
IN SEXAGESIMA
ad timotheum I sub titulo VIIII
COTTIDIANA
ad corintheos I sub titulo XLII
IN QUINQUAGESIMA
ad romanos sub titulo XLVIII
IN QUADRAGESIMA
ad corintheos sub titulo XLII
IN IEIUNIO I IN QUADRAGESIMA
ad romanos sub titulo XVI
IEIUNIO II IN QUADRAGESIMA
ad romanos initium sub titulo XL
IN QUADRAGESIMA DOMINICA II.
ad romanos sub titulo XLIIII
IN QUADRAGESIMA IEIUNI0 III.
ad galatas sub titulo XXVIII
IN QUADRAGESIMA IEIUNI0 IIII.
ad ephesios sub titulo XVI

IN QUADRAGESIMA DOMINICA III.
ad ephesios sub titulo XVII
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO V
ad ephesios sub titulo XX
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VI.
ad ephesios sub titulo XXX
IN QUADRAGESIMA DOMINICA IIII.
ad galatas sub titulo IIII.
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VII.
ad thessall· I sub titulo XIII
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VIII
ad thessall· II sub titulo VI.
IN QUADRAGESIMA DOMINICA. V
ad colossenses sub titulo V.
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VIIII
ad romanos sub titulo L.
IN QUADRAGESIMA IEIUNIO X.
ad corintheos II sub titulo VIII.
DOMINICA ANTE OCTO DIES PASCHAE
ad corintheos II sub. titulo V.
IN EBDOMA MAIORE
ad corintheos II sub titulo XXV
IN SECUNDA FERIA ANTE PASCHA
EBDOMA MAIORE
ad galatas sub titulo VII
IN TERTIA FERIA ANTE PASCHA
ad galatas sub titaulo VIIII
IN QUARTA FERIA ANTE PASCHA
ad ephesios sub titulo VII
IN QUINTA FERIA ANTE PASCHA
ad corintheos I sub titulo XXIII.
IN QUINTA FERIA AD VESPERAM CENAM DNI
ad corintheos I sub titulo LVI.
IN SEXTA FERIA ANTE NOCTU MAGNA
ad philippenses sub titulo V.
360 |IN NOCTU SCA. MANE
ad philippenses sub titulo XIII
IN NOCTU SCA. NOCTU
ad corintheos I sub titulo XLIIII.
IN SCM. PASCHA
ad colossenses sub titulo X1
IN SECUNDA FERIA PASCHAE
ad romanos sub titulo XV.

IN TER FERIA PASCHAE
ad romanos sub titulo XII
IN QUARTA FERIA PASCHAE
ad ephesios sub titulo IIII
IN PASCHA ANNOTINA
ad ephesios sub titulo XIII
IN NATALE SCORUM. PETRI ET PAULI
ad romanos sub titulo XXXII
IN IEUNIUM SCI. LAURENTI
ad timotheum II sub titulo XXIII
IN NATALE EODEM
ad corintheos II sub titulo XXII
IN IEUNIO SCI. ANDREAE
ad timotheum II sub titulo V
IN NATALE SCI. ANDREAE
ad corintheos I sub tituto VII.
DE MARTYRIBUS
ad hebreos sub titulo XII
DE MARTYRIBUS
ad hebreos sub titulo XII.
DE MARTYRIS GENERALIS FEMININI
ad corintheos II sub titulo XXIII
DE MARTYRIBUS ,
ad hebreos sub titulo XII
DE MARTYRIBUS
ad timotheum II sub titulo II
DE MARTYRIBUS
ad romanos sub titulo XXI
IN DEDICATIONE
ad corintheos I sub titulo XI
IN DEDICATIONE
ad hebreos sub titulo II
IN DEDICATIONE
ad ephesios sub titulo VI.
DE NATALE EPISCOPI
ad hebreos
DE ORDINATIONIBUS
ad timotheum I sub titulo VIII
DE ORDINATIONIBUS DIACONORUM
ad timotheum I sub titulo XII
DE AGENDIS
ad thessall· I sub titulo XVII

361 X̄ F̄ |Primum quaeritur quare post euangelia· quae supplementum legis sunt et in quibus nobis exempla et praecepta uiuendi plenissime digesta sunt uoluerit apostolus· has epistulas ad singulas ecclesias destinare· [ut] initia nascentis ecclesiae nouis causis existentibus praemuniret· ut et praesentia atque orientia resecaret uitia· et postfuturas excluderet quaestiones exemplo prophetaram qui post editam legem moysi· in qua omnia dei mandata legebantur· nihilo minus tamen doctrina sua rediuiua semper populi compraessere peccata· et propter exemplum libris ad nostram etiam memoriam transmiserunt· deinde quaeritur cur non amplius quam decem epistulas ad ecclesias scripserit· decem sunt enim cum illa quae dicitur ad hebreos·

Nam reliquae quattuor ad discipulos specialiter sunt por-
362 rectae· et ut ostenderet nouum non |discrepare a ueteri testamento· et se contra legem non facere moysi ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistulas ordinauit· et quot ille praeceptis a pharaone instituit liberatus totidem epistulis a diaboli et idolatriae seruitute edocet adquisitos· Nam et duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse uiri eruditissimi tradiderunt

Epistulam sane quae ad hebreos scribitur quidam pauli non esse contendunt· eo quod non sit eius nomine titulata· et propter sermonis stilique distantiam sed aut barnabae iuxta tertullianum aut lucae iuxta quosdam· uel certe clementis discipuli apostolorum episcopi romanae ecclesiae· post apostolos ordinati quibus respondendum est· si propterea pauli non erit quia eius non habet nomen

363 |Ergo nec alicuius erit quia nullius nomine titulatur· quod si absurdum est· ipsius magis esse credenda est· quae tanto doctrinae suae fulget eloquio· sed quoniam aput hebraeorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspicione habebatur· uoluit tacito nomine de figuris legis et ueritate christi reddere rationem· ne odium nominis fronte praelati utillitatem excluderet lectionis· non est sane mirum si eloquentior uideatur in proprio· id est hebreo quam in peregrino· id est greco quo

Vocabula ARGUM. EPP PAUL. non eius, quod sequitur commentarioli aliquem titulum, qualis quidem in cod. non invenitur, sed nostram huius paginae sive columnae inscriptionem exhibent.

1. Propter novum initium duo in cod. versus i.e. verba *Primum* … quae, quibus accedit voc. *pȯṡṫ* minio scripti sunt. Ad marg. vides Victoris siglum.

3. *praecepta*. Sequittur nescio cuius litera rasura. | *dige*-**s***ta*

4. Quod edidi, originalis scribae textus est. C addidit quae sequuntur: *ad singulas quasque eclesias destinare. hac autem causa factum uidetur ut scilicet initia* etc.

5. *nouis* rasura corr. e *nobis*· Verba *praemuniret· ut et* ab ipso scriba in loco et quidem supra verba *praesentia atque* suppleta sunt.

6. *utque* corr. ex *adque* | *excluderet* Victorina correctio verbi quod scriptum erat *iactaret*

9. *compraessere* a V corr. e *conpr*–.

10. 11. *tran*-**s***miserunt*

11. *quaeritur* cur *non* correctura scribae.

18. *ad̈ pharoane*

18. 19. *totidem* hic *epistulis* correctura fortasse scribae.

24. 25. *iuxta* corr. e *iusta*

26. *epi*-**s***copi*

26 27. Syllabae [*aposto*] *los or* in loco raso scriptae.

27. *pro*-**p***terea*

29. *nomine* corr. e *nomen*

31. *apud* corr. ex *aput*

32. *destru*-**c***tor*

33. *ueritate* corr. e *uaritate* ut vdtr.

34. *excluderet* corr. ex —*re*

36. In voc. *peregrino* prius *r* super litera nescio qua erasa scriptum est.
Note: It looks like ‘*l*’ to me.

ceterae epistulae sunt scripto sermone mouet etiam quosdam· quare romanorum epistula in primo sit posita cum eam non primam scriptam ratio manifestet· nam hanc se proficiscente hierosolymam scripsisse testatur· cum corinthios et alios ante iam ut ministerium quod secum portaturus |erat colligerint **364**
litteris adhortaturus sit unde intellegi quidam uolunt ita omnes epistulas ordinatas ut prima poneretur· quamuis posterior fuerit destinata· ut per singulas epistulas gradibus ad perfectiora ueniretur· Romanorum namque plerique tam rudes erant ut non intellegerent dei se gratia non suis meritis esse saluatos· et ob hoc duo inter se populi conflictarent idcirco illos indigne adserit confirmare uitia gentilitatis priora commemorans· chorinthiis autem iam dicit scientiae gratiam esse concessam· et non tam omnes increpat quam quur peccantes non increpauerint reprehendit· sicut ait· auditur inter uos fornicatio· et iterum congregatis uobis cum meo spiritu tradere huiusmodi satanae· In secunda uero laudantur· et ut magis ac magis proficiant admonentur

|Galatae iam nullius criminis arguuntur· nisi hoc tantum **365**
quod callidissimis apostolis crediderunt· Ephesi sane nulla reprehensione

Sed multa laude sunt digni· quia fidem apostolicam seruauerunt·

Philippenses etiam multo magis conlaudantur qui nec audire quidem falsos apostolos uoluerunt· Colossenses autem tales erant· ut cum ab apostolo uisi corporaliter non fuissent hac laude digni haberentur· Et si corpore absens sum sed spiritu uobiscum gaudens et uidens ordinem uestrum

Thessalonicenses nihilo minus in duabus epistulis omni laude prosequitar· eo quod non solum fidem inconcussam seruauerint ueritatis sed etiam in persecutione ciuium fuerint constantes inuenti· De hebreis uero quid dicendum est· quorum thessalonicenses qui plurimum laudati sunt· |imitatores facti **366**
esse dicuntur sicut ipse ait·

Et uos fratres mei imitatores facti estis ecclesiarum dei· quae sunt in iudaea· eadem enim passi estis et uos a contri-

8. *epistulas* post scriptionem a S uti videtur ad marg. notatum.
11. Vocabuli *indigna* ultima syllaba in rasura posita.
12. *confirmare* lineolis adhibitis e —*ri* correctum.
17. C *huiusmodi* **hominem**
20. *ca*l*lidissimis* (l superscr.)
22. *di*-**g***ni*. Prior syllaba in rasura scripta.
25. 29. Juxta *colossenses* in margine cernitur siglum I,B ut videtur, iuxta *thessalonicenses* A/I, quae notulae significare videntur, primum de his, tum de illis debuisse: id quod convenit illarum epistolarum ordini in cod. observato.
29. *duabus* corr. ut vdtr e *duobus* | *epi*-**s***tulis*
31. *seruaueri*n*t* (n superscr.)
32. *con*-**s***tantes*

bulibus uestris· quae et illi a iudaeis· aput ipsos quoque hebreos eadem commemorans dicens

Nam et uinctis compassi estis et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis· cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam

. . . .

EXPL. ARGUMENTUM
IT. ARGUMENTUM SOLIUS EPISTULAE AD ROMANOS

Romani qui· ex iudaeis gentilibusque crediderunt hi superba contentione uolebant se alterutrum superponere· nam iudaei dicebant· nos sumus populus dei· quos ab initio
367 dilexit et fouit nos circumcisi ex gene|re abraham ex stirpe sancta discendimus et notus retro aput iudaeam tantum deus nos de aegypto dei signis et uirtutibus liberati· mare sicco pertransiuimus pede· cum inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerent· nobis manna pluit dominus in deserto· et quasi filiis suis caeleste pabulum ministrauit· nos die noctuque in columna nubis ignisque praecessit· ut nobis inuium iter ostenderet· atque ut cetera eius circa nos inmensa beneficia taceamus· nos soli digni fuimus dei legem accipere et uocem dei loquentis audire· eiusque cognoscere· uoluntatem· in qua lege nobis promissus est christus·

ad quos etiam ipse se uenisse testatus est dicens

non ueni nisi ad oues quae perierunt domus israhel·

cum uos canes appellauerit· aequumne ergo est ut hodie
368 idola deserentes· quibus ab initio deser|uistis nobis conparemini et non potius in proselytorum locum ex legis auctoritate et consuetudine deputemini· et hoc ipsum non merebamini· nisi quia larga dei semper clementiam uoluit uos ad nostram imitationem admitterem· gentes etiam e contrario respondebant quanta maiora erga uos beneficia narraueritis

Tanto maioris· uos criminis reos esse monstrauitis· Semper enim his omnibus extitistis ingrati· nam ipsis pedibus quibus aridum mare transistis· Ludebatis ante idola quae fecistis· et

1. *et* a vetera manu ita margini illatum, ut a scriba ortum esse non dubitaverim. | *illa* in errore typothetae positum. Lege *illi·* | *aput* video tenui lineola mutatum esse in *apud*. Hoc igitur legas.
3. *compassi* corr. vel a V vel a S e *conpassi*
4. *co*-**g***noscentes*
7. *EPI*-**S***TULAE*
8. *Romani*[qui]*ex* | *gentilibusquàe*
9. *hiš* | Vocabuli *alterutrum* ultima syllaba in rasura scripta est.
10. *populus dī* correctum Victore iubente e *populi dī*
11. *ex stirpe scā discendimus* eodem praeeunte corr. e verbis, quae non amplius cognosci possunt.
13. *aegy*-**p***to*
15. *flu*-**c***tus*
18. *atque* iubente V a C corr. ex *adque*
24. C [*canes*] *potius quam homines* | *appellauerit* corr. ut vdtr. ex *appellauit* | *aequū·ne*

ipso ore quo paulo ante ob necem aduersarii domino cantaueratis· simolacra uobis fieri poposcitis· illis oculis ueneranda· quibus deum in nube uel igni conspicere solebatis· manna quoque aput uos fastidio fuit·

Et semper in deserto contra dominum murmuratis ad aegyptum· unde uos manu ualida |eicerat uolentes redire quid **369** plura ita patres uestri crebra prouocatione dominum inritauerunt

ut omnes in heremo morerentur nec plus ex senioribus eorum quam duo homines· terram promissionis intrarent

Sed quid antiqua replicamus· Cum etiamsi illa minime fecissetis· hoc solo uos nemo dignos ueniae iudicaret·

quod dominum christum prophetarum semper uobis uocibus repromissum non solum suscipere noluistis· sed etiam morte pessima perimistis· quem nos ut cognouimus statim credidimus· cum nobis de eo non fuerit ante praedicatum· unde probamus quod· idolis seruiuimus non obstinationi mentis sed ignorantiae deputandum· qui enim agnitum ilico sequitur olim utique fuisset secutus si ante cognouisset· Sic autem· uos de generis nobilitate iactatis quasi non morum |imitatio magis quam car- **370** nalis natiuitas nos faciat filios esse sanctorum· denique esau et smahel cum ex abrahae stirpe sint minime in filios reputantur· his taliter altercantibus apostolus se medium interponens· ita partium dirimit quaestiones· ut neutrum· eorum sua iustitia salutem meruisse confirmet· iudaeos quod per praeuaricationem legis deum inhonorauerint· gentes uero quod cum cognitum de creatura creatorem ut deum debuerint uenerari gloriam eius in manu facta simulacra mutauerint utrosque etiam similiter ueniam consecutos aequales esse uerissima ratione demonstrat praesertim cum in eadem legem praedictum sit et iudaeos et gentes ad christi fidem uocandos·

quam ob rem uicissim eos humilians ad pacem |et concordia **371** cohortatur

EXPL· ARGUMENTUM
INC. CONCORDIA EPISTULARUM

17. *obstinationi* jubente V corr. ex *obstinationes*, ut videtur. | *ignorantiae* corr. ex —*a*
19. *co*-**g***nouisset*· | *Si*[c] *autem* quae correctio a scriba orta esse potest.
25. *salute* | [*confirmet*.] *ambos uero populus et scienter et grauiter deliquisse et*
27. Syllabae [*crea*] *tura crea* uti vdtr. Victore iubente ad marginem suppletae.
28. *simulacra* voc. itidem V iubente textui ingestum.
29. *rationem*
30. *praedictum* **sit** *et*
31. [*uocandos*] *ostendat*, quod voc. insuper erasum est.

De unitate ecclesiae· ad corinthios I· cap· II· ad ephe· XIIII· XV· ad philipp· V· VI et VII· ad colossenses XIIII·

De perfectis· ad corin· I cap· II· VII et LXIII· ad corin· II· cap· XXIII· ad ephes· I et XV· ad philip· XII· ad colossenses III et XXVI· ad tessall· I et XXIII· ad timoth· II· XVII·

De domino patre quod ante saecula dominum filium nobis promiserit· quem postea suis temporib· declarauit· ad corint· p· VII· ad titum I·

De aedificio cultuq· doctrinae· ad corint· I· XII· ad ephe· VIII et XV· ad colossenses· VI et X·

De sanctis hominib· quod templum sint dei ad corint· p· XIII· ad corint· II· XVIII· ad ephes· VIII

De integritatem apostoli et quod semper manibus sit
372 operatus· |ad corin· p· XVIII et XII ad corin· II· cap· XVIIII et XXV et XXVI et XXVII· ad· tessall p· cap· VI· ad tessall· II· cap· VII·

De apostoli potestate· ad corint· p· cap· XXI et XXII· ad corint· II· cap· XXIII et XXVII·

De absentia corporis apostoli et praesentia spiritus ad corint· I· cap· XXII· ad coloss· cap· V· ad tessal· I· cap· VIII

De traditione· peccantium satanae· ad corint· p· cap· XXIII· ad timot· p· IIII

De separatione sanctorum· ab eis qui contra legem uiuunt· ad corint· p· cap XXV· ad corint· II· cap· XVIII· ad ephes XXII· ad tessal· II· cap· VII et VIIII ad timoth· p· cap· XXIII et XXVI· ad timoth· II· cap XIIII

De baptismi gratia uniuersa crimina diluente ad corint· p· cap· XXIII ad · titum cap· V·

De sanctis quod membra sint domini ad corint· p· cap· XXVIIII· LV et LXI· ad galat· cap· V· ad ephes· II et XV· et XXIIII et XXV· ad coloss· cap· II et III·

373 De libero et seruo in domino |quod sint aequaliter conliberti· ad corint· p· et XXXVII et LXI· ad galat· XVI· ad coloss· XIII·

De contemptu inanis gloriae ac praesentis· ad corint· p· XXXVIII· ad galat· XXX ad philip· VI· ad tessal· p· V

De domino patre quod unus est et de uno filio mediatore dei et hominum domino christo ihesu ad corint· p· XL· ad gal· XIIII· ad ephes XIIII· ad titum p· et VI·

De his qui sacrariis deseruiunt· quod de sacrario debeant exhiberi· ad cor· p· XL· ad timot· p· XVIIII ·ad titum II et VI

De apostolo omnib· placente per omnia· ad corint· p· XII et LII·

De traditione· apostolica quod a nemine debeat immutari· ad corint· p· LIII· ad galat· II· ad philip· XIII et XV· ad coloss· VI· ad tessal· p· XIII· ad tessall· sec· IIII et VII· ad timot· p· IIII et VIIII et XXII et XXVIIII et XXX ad timot· sec· III et VIIII et XVI

De heresis ad corint· p· LVI· ad galat· XXVIII· ad tit· VIII

|De destructione prophetiae adq· linguarum et omnium **374** quae ex parte sunt cum id quod perfectum est fuerit declaratum· ad corint· p· LXI· ad ephes· XV

De examinatione prophetiae· ad corint· p· LXIII· ad tessal· p· XXII·

De silentio mulierum in ecclesia· ad corint· p· LXIIII· ad timot· p· VII·

De resurrectione ad corint· p· LXV· ad tessal· p· XVII et XVIIII· ad tessal· sec II·

De exponendo ueterem et induendo nouum hominem· ad corint· p· LXV· ad ephes· XVII· ad coloss· XIII

De collectis et ministerio quod fit in sanctis ad corint· p· LXVI· ad corint· sec· XXI et XXII

De adulterantibus uerbum dei ad corint· sec· V et VIIII

De commendantib· semet ipsos· ad corint· sec· VII et XXIII

Do duob· testamentis ad corint· sec· VIII· ad gal· XXIII·

De deo istius saeculi· ad corint· sec· X· ad ephes· |III et XXX **375**

De domino christo quod imago est dei ad corint· sec· X· ad philipp· VI· ad colos· II·

De dissolutione terreni corporis ac praesentis· ad corint· sec· XII ad philip· V· ad timot· sec· XX·

De sanctis quod quantum auaritiam fugerint· tantum abundanter quod opus est debeant ad usus proprios reseruare ad corint· sec· XXII· ad tessall· p· XVIII· XXVII et XXVIIII·

Note: Line 1: Ranke omits ‘est’.

De seductorib· ad corint· sec· XXVI· ad gal· XXV· XXVII et XXXV· ad ephes· XXII· ad philip· XI et XIII ad coloss· V· VII et X· ad timot p· X et XXVI· ad timot· sec· XXIIII et XV· ad titum II·

De falsis fratrib· ad corint· sec· XXVI· ad gal· VI

De apostolo hominibus displicente· ad gal· III ad tessall· p· III

De sanctis ex gentib· quod obseruationem ueteris testamenti non debeant custodire· ad galat· XX· ad colos· VIIII· ad tit· II·

376 De mutua sustentatione |sanctorum· ad galat· XXXI· ad ephes· XIII et XVIIII· ad coloss· XVIII· ad tessal· p· XXII

De opere manuum ut alienum non accipiatur· et ad usus proprios nihil desit· ad ephes· XVIII· ad tessal· p· XV· ad tessal· sec· VII et VIII

De sanctis quod deum debeant in omnib· imitari· ad ephes· XX· ad tessal· p· II

De psalmis et hymnis et canticis in cordib· concinentis· ad ephes· XXIII ad colos· XIIII·

De subiectione mulierum ad maritos· ad ephes· XXIIII ad coloss· XVI

De uirorum dilectione ad coniuges· ad ephes· XXVI· ad coloss· XVIII

De obsequio filiorum ad ephes· XXVI· ad colos· XVIII

De parentum erga filios temperamento· ad ephe· XXVII· ad coloss· XVIIII

De seruorum obsequio ad ephes· XXVIII· ad colos· XX· ad timot· p· XXV ad titum IIII

De temperamentia dominorum· ad ephes· XXVIIII ad coloss· XXI

377 |De apostolo petente sanctos ut pro eo in orationib· postularent· ad ephes· XXX· ad colos· XXV· ad thes· p· XXVII· ad thes· sec· V

De praesbyteris quo ipsi fuerint aliquando episcopi· ad timoth· p· VIII· ad titum II

De spe sanctorum quod cum domino christo in deo abscondita sit in caelis· ad philipp· XIII· ad col· II et XI·

De mutua correptione sanctorum· ad colos· XIII· ad thes· p· XII· ad thes· sec· VIIII

De fabulis et genealogiis et doctorib· uanis· ad timoth· p· I· XL· XXXVI· ad timoth· sec· XXIII et XVIIII ad titum II et VII

De episcoporum formulam· et de diaconorum ad timot· p· VIIII· ad tit· II

De spiritu sancto perfidia nouissimi temporis per apostolum praedicante ad timot· p· X· ad tit· II·· XIII et XVIIII·

De imperio docentium ad tim· p· XIII· ad tit· V· ad Phil· III·

De doctorem ut se ipsum formulam discipulis bonis operib· debeat exhibere· ad thessal· |sec· VII· ad timotheum **378**
p· XIII· ad timot· sec· VIIII· ad titum III

De eo quod possibile sit omnibus et necesse uniuersa manidata dominica plenissime custodire· ad romanos VI· ad corint· p· XXVII· ad gal· XXV· ad titum II·

EXPL· CAPITULATIO
INC· CAP· TESTIMONIORUM SUBIECTORUM DE EPIST· PAULI APOSTOLI AD ROMANOS

I· De Incarnatione domini ihesu christi ante omnem euum praeordinata

II· quod pro fide romanorum qua christiani esse coeperunt deo apostolus gratias agit ut probetur fidem in deum muneris esse diuini

III· de eis qui cognoscentes deum creaturas pro creatore coluerunt

IIII· de his qui sua crimina in aliorum actione condemnant et ipsi in suam impietate |persistunt **379**

V· de lege litterae et de lege naturae quib· omne hominum genus una condicione concluditur

VI· de occulto iudeo et spiritaliter circumcisio cui plurimum per intellegentiam prosunt statuta legalia

VII· de generali remissione peccatorum qua nemo non indiget quam sola confert gratiam dei per fidem christi quoniam lex peccatum ostendit· cauendum non delet admissum

VIII· quod beatus abraham priusquam praeceptum circumcisionis acciperet fidem iustificatus sit et non secundum carnis

8. 9. Vocabula *ad tit· ….. phil. III* super verbis rasis scripta sunt, quae quem tenorem habuerint non patet.

propaginem sed secundum fidei unitatem factus sit· Omnium gentium pater quia in abrahae semine quod est christus erat futura benedictio

380 **VIIII·** de perseuerantia fidei· cuius fortitudo |est pax et dilecti dei

X· de peccato adae quod in onmes homines sine cuiusquam exceptione transibit nec euacuatur nisi in christo ihesu qui solus sic humana naturam recepit ut eum contagia ueteris originis non tenerent· et sicut per unius peccatum fuerit ingressa mors omnium· Ita per unius iustitia repararetur uita cunctorum

XI· de sacramento baptismi in quo morimur peccato ut uiuamus deo

XII· de stipendio peccati et de retributione gratiae dei

XIII· de concupiscentiis carnis quae legis prohibitione creuerunt

XIIII· quo trahat carnalis prudentia et quo mens cui spiritus dei est rector ascendat

XV· de excellentia glorificationum in aeterna beatitudine tribuendarum quae praesentium passionum quas sancti sustinent
381 |meritum omne transcendent expectante omne creatura per spei fortitudinem promissionis dei

XVI· de gratia dei qui electis suis adque praescitis per spiritum sanctum effectum et scientiam praestat orandi et per caritatem dei insuperabiles facit

XVII· de filiis promissionis quos apostolus mirabilis caritatem etiam sui detrimento optat adquirere specialem curam pro suae gentis salutem suscipiens

XVIII· In electione siue iudaeorum siue gentilium nullam christianae gratiae esse distantiam et parem utriq· populo tribui misericordiam· quia omnis homo renouatus in christo adoptionis est filius

XVIIII· quod gentium populus fide iustificatus non ita in suis uocatione debeat gloriari ut non se propter offensam
382 israheliticae plebis |extollat

XX· de obscecatione iudaeorum quod operae gratiae dei in lumine gentium profuit

XXI· In quam obseruantiam mandatorum dei per apostolicam praedicationem uniuersalis ecclesia dirigatur et qua caritate omnes fideles sibi debeant esse connexi et nullus nisi in domino glorietur

XXII· de mundanis potestatibus honorandis quia oportet oboediri· his quib· ad mundanum regumen dominus tribuit potestate

4. *dilicti*[o] (Inc.)
15. Prius *quo* rasura e *quod* corr.
19. *expectante omne*[i]· Quae correctura si a S orta est, imprimendum erat *omni*
41. *reg*[i]*umen*. Correctura atramento, ut videtur, recentiore scripta.

XXIII· quod fideles dei non debeant inuicem iudicare cum unusquisq· secundum regulas mandatorum ipsa se debeat diuino iudicio praeparare ut ante tribunal dei sine confusione possit operum suorum praestare rationem

XXIIII· de testificatione pauli doloris et tristitiae pro iudaeis

XXV· de duobus populis

|XXVI· de uoluntate dei quod quem uult indurat et cui uult **383** clementissime miseretur

XXVII· de conparatione figmenti et figuli

XXVIII· de uasis irae ac misericordiae et gentium uocatione

XXVIIII· de esaia clamante pro populo israhel

XXX· de gentib· iustitiam fidei conprehendentib· et iudaeis offendentib· in lapidem· offensionis·

XXXI· de paulo testimonium perhibente· quod iudaei· aemulationem dei habeant ignorantes et quod finis sit dominus christus

XXXII· de iustitia legis et iustitia fidei

XXXIII· de incredulitate iudaeorum et gentiam fide

XXXIIII· de iudaeis quod non sint repulsi a deo

XXXV· de duritia iudaeorum

XXXVI· de iudaeorum delicto cum sit gentib· salus· quanto magis erit plenitudo eorum

XXXVII· de apostolo reuelante iudaeos conparatione oliuae arboris et gentes a uelatione |animi reprimente **384**

XXXVIII· de salute omnium iudaeorum

XXXVIIII· de inpossibilitate sciendi secretorum scientiae dei

XL· de apostolo obsecrante sanctos ut corpora sua exhibeant hostia deo

XLI· de falsa et uera sapientia

XLII· de ecclesia et conparatione cordis adq· membrorum in hoc capite sunt de diuersitate donorum et dilectione· de odio mali et coniunctione boni· de caritate de obsequio· de sollicitudine de feruore spiritus de tempore seruiendo· de spei gaudio· de patientia tribulationis· de instantia orationis· de communicatione sanctorum memoriis· de hospitalitate· de benedicendo et abstinentia male dicendi· de gaudio cum gaudentibus· ac fletum cum flentib· de unitate· de humilitate· de non reddenda iniuria de prouisione bonorum coram deo et hominib· |de pace si fieri **385** potest cum omnib· hominib· de uindicta a domino expectanda

12. 13. Vocabula *et iudaeis … offensionis* in loco raso scripta sunt, qui quid continuerit non apertum est.

39—41. Idem valet de verbis *de pace …. expectanda*; quod praecedit vocabulum *hominib·* a C margini illatum est.

XLIII· de subiectione erga principes et potestates
XLIIII· de redditione unicuiq· omnium debitorum
XLV· de uigilantia excitio fidei et sobrietate et continentia
XLVI· de neglegentia et traditionis carnis et de manducantib· ac non manducantib· et iudicantibus alternos uel uniuersos dies
XLVII· de omnib· quod non sibi sed deo aut moriatur aut uiuant
XLVIII· de passione domini et potestate et quod nec edens non sedentem nec non manducans manducantem debeat iudicare
XLVIIII· de eo quo nihil commune est nisi ei qui existimant esse
L· commune· de periculo contristante fratrem suum esca sua· et quod non sit regnum dei esca et potus· sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto
386 **LI·** de mysterio domini ante |passione silentio habitu post passione uero ipsius reuelato

. . . .

EXPL· BREUIS· INC· PRAEF. EPIST· PAULI· APOST· AD ROM·

Romani sunt in partibus· italiae hii praeuenti sunt a falsis apostolis· et sub nomine domini nostri ihesu christi in legem et prophetas erant inducti hos reuocat apostolus ad ueram euangelicam fidem scribens eis a chorinto

. . . .

EXPL· FELICITER

12*

11. *commune·* **k** *de periculo.* Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλον*** initium fiat, id quod a scriba praetermissum erat.

17. 18. Puncta post *BREUIS* et *PAULI,* quae in codice inveniuntur, secundum regulas nostras in libro impresso omittenda erant.

19. 22. Hi versus ab eodem scriba, sed characteribus paulo minutioribus, exarati sunt, quam qui vel praecedunt vel sequuntur.

Line 11 footnote: Ranke had: a vocabulis *a pericolo.* Here corrected according to context: *de pericolo.*

| $\overline{XF}$ [1]Paulus seruus christi ihesu uocatus apostolus 387
Segregatus in enangelium dei· [2]Quod ante promiserat per
prophetas suos in scripturis sanctis· [3]De filio suo qui factus
est ex semine dauid secundum carnem· [4]Qui praedestinatus
est filius dei in uirtute· secundum spiritum sanctificationis
ex resurrectione mortuorum ihesu christi domini nostri· [5]per
quem accipimus gratiam et apostolatum· ad oboediendum fidei
in omnibus gentibus pro nomine eius

[6]In quibus estis et vos uocati ihesu christi· [7]omnibus qui
sunt romae in caritate dei uocatis sanctis

Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo

II· [8]Primum quidem gratias ago deo meo per ihesum
christum pro omnibus uobis

quia fides uestra adnuntiatur in omni mundo

[9]Testis est enim mihi deus cui seruio in spiritu meo

|In euangelio fili eius· quod sine intermissione memoriam 388
uestri facio [10]semper in orationibus meis· Obsecrans si quo
modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate
dei ueniendi ad uos·

[11]Desidero enim uidere uos ut aliquid inpertiar gratiae
uobis spiritalis ad confirmandos uos

[12]Id est simul consolari in uobis per eam quae inuicem
est fidem uestram atque meam

LECT COTIDIANA **III**· [13]Nolo enim uos ignorare fratres quia saepe pro-
posui uenire ad uos et prohibitus sum usque adhuc· Ut ali-
quem fructum habeam in uobis· sicut et in ceteris gentibus·
[14]Grecis ac barbaris· sapientibus et insipientibus debitor sum·
[15]Ita quod in me promptum est· et uobis qui romae estis
euangelizare

[16]Non enim erubesco euangelium· uirtus enim dei est in
salutem |omni credenti· iudaeo primum et graeco 389

IN AM BACU [17]Iustitia enim dei in eo reuelabitur· ex fide in fidem

Sicut scriptum est· iustus autem ex fide uiuit

IIII· [18]Reuelatur enim ira dei de caelo· in omnem
inpietatem et iniustitiam hominum eorum qui ueritatem in-
iustitia detinent

c. I, 1–18.

1. Versus editionis nostrae primus duos continet versus manuscriptos, qui minio exarati sunt, cf. 169, 1 | $\overline{XF}$ Victoris siglum.
4. [*est*] *ėi* quod voc. ut deleatur flagitat ℟ margini illatum. | M[1] *praedestinatus*
5. *uirtutem*
6. *resurrectionem*
7. M[1] (ut vdtr.) *accepimus* correctura lineolis additis facta.
10. C [*romae*] ⁒ cui siglo respondet in margine ⁒*dilectis*
14. [*in*] ∸ cui resp. in marg. ∸ uniuerso
16. *fili*[i] correctura atramento recentiore exarata.
20. *g̅ratiae ūobis* quae lineolae translocationem vocabulum poscunt.
23. *adque* (t)
25. *sum·usque*
28. *et in uobis*
32. *Iustitiam*
33. *iu-stus*
34. C [*in*⁒] cui respondet in marg. ⁒ *super*
35. Post *ueritatem* literae aliquae iubentibus punctis Victorinis adhuc visibilibus erasae sunt, super quas illata sunt verba *dī et*[in] et punctum, quod in litera finali sequentis vocabuli *iniustitiam* positum fuisse cernitur, cultrum radentem expertum est. Quae si consociantur, lectionem praebent *ueritatem dei et in iniustitiam detinent*, quae elementa inter se contraria prave commixta esse in aperto est. Victor igitur correcturam suam non bene ad finem perduxit. Aut scribendum ei erat *ueritatem dei et iustitiam detinent*, aut *ueritatem iniustitia detinent*, quod edidi; quam lectionem si cum tertia aliqua simillima commutaveris, quam praeivit Lachmannus *ueritatem dei in iniustitiam detinent*, equidem non recusabo.

[19]quia quod notum est dei· manifestum est in illis

deus enim illis manifestauit· [20]Inuisibilia enim ipsius· a creatura mundi· per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur

Sempiterna quoque eius uirtus et diuinitas· ut sint ipsi inexcusabiles· [21]Quia cum cognouissent deum· non sicut deum magnificauerunt aut gratias egerunt· Sed· euanuerunt in cogitationibus suis· et obscuratum est insipiens cor eorum

390 [22]Dicentes enim se esse sapientes· stulti |facti sunt· [23]Et mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis· et uolucrum et quadrupedum et serpentum· [24]Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in inmunditiam

ut contumeliis adficiant corpora sua in semet ipsis· [25]Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacio

et coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori qui est benedictus in saecula· amen +

V· [26]Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae· Nam feminae eorum inmutauerant naturalem usum in eum usum qui est contra naturam

[27]Similiter autem et masculi· relicto naturali usu feminae exarserunt in desideriis suis in inuicem

masculi in masculos turpitudinem operantes

391 |Et mercedem quam oportuit erroris sui in semet ipsos recipientes· [28]Et sicut non probauerunt deum habere in notitiam

tradidit eos deus in reprobum sensum ut faciant quae non conueniunt· [29]Repletos omni iniquitate

malitia· fornicatione auaritia· nequitia plaenos inuidia· homicidiis· contentione· dolo· malignitate

susurrones· [30]detractores· deo odibiles·

contumeliosos· superbos· elatos· inuentores malorum

parentibus non oboedientes· [31]insipientes inconpositos· sine affectione· absque misericordia

[32]Qui cum iustitiam dei cognouissent· non intellexerunt· quoniam qui talia agunt· digni sunt morte· non solum qui illa faciunt sed et qui consentiunt facientibus·

c. I, 19–32.

2. *manife*-**s***tauit*, quae forma vocabuli correcta est e —*stabit*
3. *intelle*-**c***ta*
5. *co*-**g***nouissent*
11. *pro*-**p***ter*
17. *passiones* lineolis adhibitis corr. e —*is*
20. *ma*-**s***culi*
28. *pl*[a]*enos*, quae scriptio originalis esse videtur.
31. *contumeliosos* corr. ex —*us* | *superbos* corr. ut videtur ex originali —*uos*
33. *a*[f.]*dfectione* | fort. C [*absque*] *foedere sine*
34. *co*-**g***nouissent*
35. *solum*[h.] quod additamentum significans *hi* fortasse Victoris est.

VI· [2,] [1]Propter quod inexcu|sabilis es· o homo· omnis 392
qui iudicas· In quo enim alterum iudicas te ipsum condemnas eadem enim agis quae iudicas· [2]Scimus enim quia iudicium· dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt

[3]Existimas autem· hoc o· homo qui iudicas eos qui talia agunt et facis ea· quia tu effugies iudicium dei· [4]An diuitias bonitatis eius et patientiae et longanimitatis contemnis

Ignorans quoniam benignitas dei ad paenitentiam te adducit

[5]Secundum autem duritiam tuam· et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in diem irae et reuelationis iusti iudicii dei· [6]qui retribuet unicuique secundum opera eius [7]his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus uitam aeternam· [8]his autem qui ex contentione |et qui diffidunt ueritati credunt autem ini- 393
quitati· ira et indignatio· [9]tribulatio· et angustia· in omnem animam hominis operantis malum· iudaei primum et graeci

[10]Gloria autem et honor et pax· omni operanti bonum· iudaeo primum et graeco

[11]Non est enim personarum acceptio apud deum

[12]quicumque enim· sine lege peccauerunt sine lege et peribunt

et quicumque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur

[13]non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur

[14]Cum enim gentes quae legem· non habent· naturaliter ea quae legis sunt faciunt

eiusmodi legem· non habentes ipsi sibi sunt lex· [15]qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis

Testimonium reddente conscientia illorum |et inter se in- 394
uicem cogitationum accusantium uel etiam excusantium· [16]In die cum iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum per ihesum christum· [17]Si autem tu iudaeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo· [18]Et nosti uoluntatem et probas utiliora instructus per legem

[19]Confidens te ipsum· ducem· esse caecorum lumen eorum

c. II, 1–19.

1. *o*-**m***nis*
3. *iudicas*. cui lineolae in margine respondet ī, quod quid sibi velit non assequor.
10. ÷ *Secundum* **tu** *autem* ÷ *duritiam* sigla ab inc. profecta, quae lectionem poscere videntur *tu autem secundum duritiam*
11. *the***n***saurizas* correctura fortasse scribae, secundum analogiam codicis cf. 22, 15 cultro deleta.
12. C ad marg. [*qui*] *reddet*
15. *contentionem* | C ad marg. [*qui*] *non adquiescunt*
16. *indi*-**g***natio*
18. *Gloriam*, cui puncto obelus additus est.
25. *iu*-**s***tificabuntur apud dm̄* quam punctationem V non effecit nisi post literam *t* in *d* mutatum
29. *scri*-**p***tum*
30. C ad marg. [*reddente*] *illis*
32. *iudicabit* corr. e —*auit*
34. *requie*-**s***cis*
35. *uoluntatem*· **di**. Quod infra lineam scriptum est, scripsisse videtur M[1]. Lineolae respondet in margine ′*eius* quod scripsit M[1] | *instru*-**c***tus*
36. *confide***i***ns* (Inc.)

qui in tenebris sunt· [20]Eruditorem insipientium· magistrum infantium· habentem formam scientiae et ueritatis in lege

[21]qui ergo alium doces te ipsum non docis
qui praedicas non furandum furaris
[22]qui dicis non moecandum moecharis
qui execraris·idola sacrilegium facis
[23]qui in lege gloriaris per praeuaricationem legis deum IN ESAIA PROPHETA
395 inhonoras |[24]nomen enim dei per uos blasphematur in gentibus
sicut scriptum est·

[25]Circumcisio quidem prodest si legem obserues· Si autem praeuaricator sis legis· circumcisio tua praeputium facta est

[26]Si igitur praeputium iustitias legis custodiat· nonne praeputium illius in circumcisione reputabitur

[27]Et iudicabit naturalis praeputiatio legem

Consummans· te· qui per litteram et circumcisionem praeuaricator legis es·

[28]Non enim qui in manifesto iudaeus est· neque quae in manifesto in carne circumcisio· [29]sed qui in absconso iudaeus est

et circumcisio cordis qui non littera· sed spiritu· cuius laus non ex hominibus sed ex deo est

VII· [3,1]Quid ergo amplius iudaeis est· aut quae utilitas
396 circumcisionis [2]multum per omnem |modum· Primum quidem
quia credita sunt illis eloquia dei

[3]Quid enim si quidam illorum non crediderunt numquid incredulitas eorum fidem dei euacuabit· absit·

[4]Est autem deus uerax· omnis autem homo mendax IN PSALMO CXV

Sicut scriptum est ut iustificeris in sermonibus tuis et IN PSALMO L·
uincas cum iudicaris

VIII· [5]Si autem iniquitas nostra iustitiam dei commendat· quid dicemus· numquid iniquus deus qui infert iram· secundum· hominum dico [6]absit· alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum·

[7]Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius· quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor

[8]Et non sicut blasphemamur et sicut dicunt nos quidam dicere· faciamus mala· ut ueniant bona· quorum damnatio iusta est

c. II, 19–III, 8.

6. C ad marg. ⁒ [*qui*] *abominaris*
8. Nota marginalis in cod. iuxta uersum scripta, qui continet vocabulum *Circumcisio*, siglo duplici ⊍ ad superiora attracta est.
13. *circumcisionē* Inc.
14. *iudicabit* correctum e *—auit* | M¹ ut videtur literas *tia* obelo transfodit.
15. *consum*ᵐ*ans*
16. *praeuaricator* corr e *—tur*
17. C ad voc. *neque* ⁒ in marg. scripsit ⁒*in* palam. Videtur autem errasse in ponendo siglo ⁒ quod collocandum erat post *quae* | *quae* corr. e *qui*
18. *mannife-***s***to* | *ab-***s***conso*
21. C [iu]daeo, correctura flagitante siglo Victorino ℞ effecta.
30. *iniquus* est *deus* (Inc.) | *infert. iram*
31. *iudicabit* corr. e *—auit*
35. C ad marg. [*sicut*] *aiunt*

|**VIIII·** [9]Quid ergo praecellimus eos nequaquam 397

Causati enim sumus iudaeos et graecos omnes sub peccato

IN PSALMO XIII· esse [10]sicut scriptum est·

quia non est iustus quisquam· [11]non est intellegens· non est requirens deum· [12]Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt· Non est qui faciat bonum non est usque ad unum

[13]Sepulchrum patens est guttur eorum

linguis suis dolose agebant· uenenum aspidum sub labiis eorum·

[14]quorum os maledictione et amaritudine plaenum est· [15]Ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem· [16]Contritio et infelicitas in uiis eorum· [17]et uiam pacis non cognouerunt [18]non est timor dei ante oculos eorum

[19]Scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur· his qui in lege sunt loquitur

|Ut omne os obstruatur· et subditus fiat omnis mundus deo 398

[20]quia non iustificabitur ex operibus legis omnis caro coram ipso

per legem enim cognitio peccati· [21]nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est· testificata per legem et prophetas

[22]Iustitia autem dei per fidem ihesu christi· in omnes et super omnes qui credunt in eum

Non enim est distinctio [23]omnes enim peccauerunt· et egent gloria dei· [24]iustificati gratis per ipsius gratiam per redemptionem quae est in christo ihesu· [25]quem proposuit deus propitiatorem fidei in sanguine ipsius in ostensionem iustitiae suae

propter remissionem praecedentium delictorum· [26]In sustentatione dei· ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore

ut sit ipse iustus· iusti|ficans eum· qui ex fide est ihesu 399

X· [27]Ubi est ergo gloriatio tua· exclusa est· per quam legem· factorum· non· sed per legem fidei· [28]arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis

[29]an iudaeorum deus tantum· nonne et gentium· immo et gentium

[30]quoniam quidem unus deus qui iustificat circumcisionem ex fide et praeputium per fidem· [31]legem ergo destruimus per fidem· absit· sed legem statuimus

c. III, 9–31.

1. C ad marg. [*Quid*] *igitur*
4. *qui*-**s***quam*
5. *O*-**m***nes*
8. *a*-**s***pedum* | *plenum*
15. *omnem os· obstruatur*
16. *o*-**m***nis*
17. *ipso* **illo**
18. *co*-**g***nitio*
19. *iu*-**s***titia* | fort. M[1] *a* [*lege*]
20. Nota marg. nescio quae erasa.
23. *et. egent gloriam*
24. *redem*-**p***tionem*
25. *sanguinem*
26. *su*-**s***tentatione*
27. *o*-**s***tensionem*
28. C [*ihu*] *xpi*

Line 11: Ranke fails to see '*in uiis*', which is plain in the manuscript

[4,] [1]Quid ergo dicemus inuenisse abraham patrem nostrum secundum carnem

[2]Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est· habet gloriam· sed non apud deum· [3]quid enim scriptura dicit·

Credidit abraham deo· et reputatum· est ei ad iustitiam IN GENESE

400 [4]ei autem· qui operatur |merces non reputatur· secundum gratiam sed secundum· debitum· [5]Ei uero qui non operatur· credenti autem in eum qui iustificat impium· reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae dei· [6]Sicut et dauid dicit· beatitudinem hominis· cui deus accepto fert iustitiam sine operibus

[7]Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata· [8]Beatus uir cui non inputauit dominus peccatum· [9]Beatitudo ergo haec in circumcisione an et in praeputio· Dicimus enim· quia reputata est abrahae fides ad iustitiam IN PSALMO XXXI

[10]quomodo ergo reputata est· in circumcisione· an· in praeputio· non in circumcisione sed in praeputio

401 [11]Et signum accepit circumcisionis· signa|culum lustitiae fidei quae est in praeputio· ut sit pater omnium credentium per praeputium· ut reputetur et illis ad iustitiam· [12]Ut sit pater circumcisionis· non his tantum qui sunt ex circumcisione sed et his qui sectantur uestigia eius quae est in praeputio fidei patris nostri abrahae

[13]Non enim per legem promissio abrahae aut semini eius ut heris esset mundi· sed per iustitiam fidei

[14]Si enim qui ex lege sunt heredes exinanita est fides abolita est promissio· [15]lex enim iram operatur

Ubi enim non est lex nec praeuaricatio

[16]Ideo ex fide ut secundam gratiam firma sit promissio omni semini

non ei qui ex lege est solum· sed ei qui ex fide est
402 abrahae· qui est pater omnium nostrum· [17]sicut |scriptum est

quia patrem multarum gentium posui te ante deum cui credidisti IN GENESI

qui uiuificat mortuos et uocat ea quae non sunt· tamquam ea quae sunt· [18]Qui contra spem in spem credidit· ut fieret pater multarum gentium

c. IV, 1–18.

4. *apud* corr. ex *aput* | *scri*-**p***tura*
10. *acce*-**p***to*
14. *circumcisi*ᵒ*nem* | C ad marg. *an etiam*
16. [*circumcisione*] *cum esset*
19. *o*-**m***nium*· Correctura solummodo inchoata.
27. *abol*ⁱ*eta* | *ira*ᵐ
29. *gratia*ᵐ
33. *patrem multarem* ratione parum apta corr. e *patre multorum*

IN GENESIS

Secundum quod dictum est· sic erit semen tuum [19]et non infirmatus [est] fide considerabit corpus suum emortuum cum iam fere centum annorum esset· et emortuam uuluam sarrae

[20]In repromissione etiam dei non haesitauit diffidentia· Sed confortatus est fide· dans gloriam deo· [21]plaenissime credens quia quaecumque promisit· potens est et facere· [22]ideoque reputatum est illi ad iustitiam

[23]non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi· [24]sed et propter nos |quibus reputabitur **403**

Credentibus in eum qui suscitauit ihesum dominum ex mortuis

[25]qui traditus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram

IN NATA LE INNO CENTUM

XI· [5, 1]Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum· per dominum nostrum ihesum christum

[2]Per quem et accessum habemus in fide

Per gratiam istam in qua stamus et gloriamur in spe gloriae filiorum dei· [3]Non solum autem· sed et gloriamur in tribulationibus

Scientes quod tribulatio patientiam operatur· [4]patientia autem probationem

Probatio uero spem

[5]spes autem non confundit· quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris· per spiritum· sanctum· qui datus est nobis +

LECT· IN TERTIA FERIA PASCHAE

XII· [6]Si enim christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impiis mortuus est [7]*uix enim pro iusto quis moritur |nam pro bono forsitan quis audeat mori* [8]Conmendat autem **404**
suam caritatem deus in nobis· Quoniam cum adhuc peccatores essemus· christus pro nobis mortuus est

[9]Multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum· [10]Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius

multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius

[11]non solum autem sed et gloriamur in deo per dominum nostrum ihesum christum + per quem nunc reconciliationem accepimus

c. IV, 18 – V, 11.

1. [*est*] *ei* | [*tuum*] *sicut arena maris*
2. *infirmatus est in fide. Nec considerabit·* Ex qua correctura apparet, Victoris animum fuisse etiam vocabulam est declere. Cui consilio inservii uncinis positis.
3. *uuluam* radendo corr. e *bulbam*
4. *differentia* (i d superscr.)
5. *plenissime* (a superscr.)
10. [*dnm*] *nostrum*
12. *pro*-**p***ter*
17. [*qua*] *istamus*
23. *confundit* corr. ut vdtr a S e—*det*
25. C ad voc. ⁄*Si* margini inscripsit ⁄*ut quid enim*
26. Flagitante siglo ℞ sesquiversus, cuius quia fuerit tenor cognosci non amplius potest, erasus est. C tum ad marginem, tum in hoc spatio rescripsit *uix enim pro iusto quis moriatur* | *Nam pro bono forsitan quis et* | *audiet mori*
27. Margo vestigia alicuius notae Victorinae exhibet, quae cultro deleta est.
30. C [*Multo*] *igitur* | *filii* Ranke here accepts without comment.
32. *sumus* corr. e *simus*
34. [*autem*] *hoc*

[12]Propterea sicut per unum hominem in hunc mundum
peccatum intrauit· et per peccatum mors Et ita in omnes
homines pertransiit in quo omnes peccauerant· [13]Usque ad
legem enim peccatum erat in mundum
peccatum autem non inputabatur cum lex non esset
405 **XIII**· [14]Sed regnauit mors ab adam |usque ad moysen
etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem praeuari-
cationis adae qui est forma futuri
XIIII· [15]Sed non sicut delictum ita et donum· Si enim
unius delicto multi mortui sunt· Multo magis gratia dei et
donum in gratia unius hominis ihesu christi· in plures abun-
dauit· [16]Et non sicut per unius delictum· ita et donum
Nam iudicium ex uno in condemnationem· Gratia autem
ex multis delictis in iustificationem
[17]Si enim unius delicto mors regnauit per unum
multo magis abundantiam gratiae donationis et iustitiae
accipientes in uita regnabimus per ihesum christum·
[18]Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in
condemnationem
sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustifica-
tionem uitae
406 [19]sicut enim per inoboedientiam unius hominis |peccatores
constituti sunt multi· Ita et per unius oboedientiam iusti con-
stituuntur multi· [20]Lex autem subintrauit ut abundaret delictum·
Ubi autem abundauit peccatum superabundauit gratia· [21]Ut
sicut regnauit peccatum in morte· ita et gratia· regnet per
iustitiam in uitam aeternam per ihesum dominum nostrum·
[6, 1]Quid ergo dicimus· permanebimus in peccato ut gratia
abundet· [2]absit
Qui enim mortui sumus peccato· quomodo adhuc uiuemus in illo
XV· [3]An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in LECT· IN SECUNDA FERIA PASCHAE
christo ihesu in mortem ipsius baptizati sumus· [4]Consepulti
enim sumus cum ipso per baptismum in mortem· Ut quemad-
modum surrexit christus a mortuis per gloriam· patris et nos
in nouitate uitae ambulamus· [5]Si enim conplantati facti sumus
407 |similitudini mortis eius simul et resurrectionis erimus· [6]hoc

c. V, 12 – V1, 6.

2. *o*-**m***nesnes*
4. [*in*] *ḣu̇*[n]*c mundum*
5. *esṡėt*· Sed retinui lectionem, quae a praecedentibus flagitatur.
8. *praeuaricationis· adae*
12. C ad marg. [*unius*] *peccantem*· Correctura imperfecta. | *deli*-**c***tum*
13. [*iudicum*] *q̇uiḋėṁ*
14. [*iustificationem*] *u̇iẗaė*
16. [*magis*] *q̇uiä*
17. *regnabimus* corr. e —*auimus*
18. *delictum*[**in**]*omnes*, Victoris uti videtur.
20. Scriptum erat *iustitiam omnes*. Interseruit V *in* | *iu*-**s***tificationem*
23. C ad marg. [*unius*] *oboeditionem*
25. C ad marg. [*abundauit*] *delictum*
26. *mortē*· Lineola Victoris uti videtur. Singularis tamen lectio, non error, in forma ablativa latet | *re*-**g***net*
27. *uitā*, quae lineola postulatur per sequens *aeternam* | fort. S [*ihm̄*] *xp̄m*
30. *Qui* cultro rasum, cuius in loco C intulit *Si*
31. [*ignoratis*] *ḟräẗriṡ*
33. *mortē*· Lineola errorem correxit. | C ad marg. [*Ut*] *quomodo*
34. Siglo ℞ iuxta versum *christus a mortuis per glo* posito quid flagitetur quum verba integra sint non apparet. Fortasse V tum praecedentum correcturam tum subsequentem hoc signo evocavit. | C *patris*[**ita**]*et*
36. *resurre*-**c***tionis*

Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est· Ut destruatur corpus peccati ut ultra non seruiamus peccato· [7]Qui enim mortuus est· iustificatus est a peccato

[8]Si autem mortui sumus cum christo credimus quia etiam simul uiuamus cum ipso· [9]Scientes quod christus surgens a mortuis· iam non moritur· mors illi ultra non dominabitur

[10]Quod enim mortuus est peccato mortuus est semel· Quod autem uiuit· uiuit deo

[11]Ita et uos existimate mortuus uos esse peccato uiuentes autem deo in christo ihesu· +

LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO PRIMO

XVI· [12]Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius

[13]Sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato

Sed exhibite uos deo |tamquam ex mortuis uiuentes· et membra uestra arma iustitiae deo **408**

[14]peccatum enim in uobis non dominabitur·

non enim sub lege estis sed sub gratia· [15]Quid ergo peccauimus quoniam non sumus sub lege sed sub gratia· absit

[16]an nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad oboediendum· serui estis eius cui oboedistis· siue peccati in mortem· siue oboeditionis ad iustitiam

[17]Gratias autem deo quod fuistis serui peccati

oboedistis autem ex corde in eam formam doctrinae· in qua traditi estis

[18]liberati autem a peccato serui facti estis iustitiae

[19]humanum dico propter infirmitatem carnis uestrae· Sicut enim exhibuistis· membra uestra seruire inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem· Ita nunc exhibite membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem

[20]Cum enim serui essetis |peccati liberi fuistis iustitiae· **409**
[21]Quem ergo fructum habuistis tunc in his in quibus nunc erubiscitis· Nam finis illorum mors

[22]Nunc uero liberati a peccato· serui autem facti deo· habetis fructum uestrum in sanctificationem· finem uero uitam aeternam· [23]Stipendia enim peccati mors

c. VI, 6–23.

5. *uiuamus* a V corr. e *uiuimus* | C [*christus*] [re]*surgens*
21. *morte*
24. *oboedi*[s]*tis* | *do*-**c***trinae*
29. *ue*-**s***tra*

gratia enim dei uita aeterna in christo ihesu domino nostro +

XVII· [7, 1]an ignoratis fratres scientibus enim legem loquor· quia lex dominatur in homine quanto tempore uiuit

[2]Nam quae sub uiro est mulier· uiuente uiro alligata est legi

Si autem mortuus fuerit uir eius· soluta est a lege uiri· [3]Igitur uiuente uiro uocabitur adultera si fuerit cum alio uiro· Si autem mortuus fuerit uir eius liberata est a lege uiri ut non sit adultera si cum alio fuerit uiro

410 [4]Itaque fratres mei et uos mortificati estis legi |per corpus christi ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit ut· fructificemus deo· [5]Cum enim essemus in carne passiones peccatorum quae per legem erant operabantur in membris nostris ut fructificarent morti

[6]Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur

ita ut seruiamus in nouitate spiritus et non in uetustate litterae

[7]quid ergo dicemus· lex peccatum est· absit· Sed peccatum non cognoui nisi per legem·

nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret non concupisces IN EXODUM

[8]Occansione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam· Sine lege enim peccatum mortuum erat· [9]ego autem uiuebam sine lege aliquando· Sed cum uenit mandatum peccatum reuixit [10]ego autem mortuus sum

411 |Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam hoc esse ad mortem· [11]Nam peccatum occansione accepta per mandatum seduxit me et per illud occidit· [12]Itaque lex quidem sancta· et mandatum sanctum et iustum et bonum· [13]Quod ergo bonum est mihi factum est mors· absit

Sed peccatum ut pareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem· Ut fiat supra modum peccatum peccans per mandatum

XVIII· [14]Scimus· enim quod lex spiritalis est· ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato· [15]Quod enim LECT· COTIDIANA

c. VI, 23 – VII, 15.

1. *gratiaṁ*
6. *fuerit. uir· eius*
7. *adultera· si* Quae interpunctio imprimenda erat.
11. [*sitis*] *u̇ȯṡ*
12. *fru*-**c***tificemus* | *Cum enim enim*. Prius *enim* erasum
22. *Occaisionesṡ*
25. C ad marg. [*cum*] *uenisset*
28. *esseṫ* | *occasione* corr. e *occansionem*
31. *fa*-**c***tum*
32. fort. C *ut* **ap***pareat*

Footnote 28: my addition after |.

operor nescio· Non enim quod uolo bonum hoc ago· sed quod odi malum illud facio

[16]Si autem quod odi hoc facio consentio legi quoniam bona· [17]Nunc autem non ego operor illud sed quod habitat in me peccatum · · ·

|[21] Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum quia 412 mihi inest malum· [22]Condelector enim legi dei· secundum interiorem hominem

[23]Uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in legem peccati quod est in membris meis

[24]Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius· gratia dei per ihesum christum dominum nostrum +

Igitur ego ipse mente seruio legi dei· carnem autem legi peccati

[8, 1]nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in christo ihesu· qui non secundum carnem ambulant· [2]lex enim spiritus uitae in christo ihesu· liberauit me a lege peccati et mortis

DE ADUENTU DOMINI

[3]nam quod inpossibile erat legis in quo infirmabatur· per carnem deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati et de peccato damnauit peccatum in carne

|[4]Ut iustificatio legis inpleretur in nobis qui non secundum 413 carnem ambulamus· sed secundum spiritum· [5]Qui enim secundum carnem sunt quae carnis sunt sapiunt· Qui uero secundum spiritum quae sunt spiritus sentiunt

XVIIII· [6]Nam prudentia carnis mors· prudentia autem spiritus uita et pax· [7]Quoniam sapientia carnis inimica est deo· legi enim dei non est subiecta nec enim potest·

[8]qui autem in carne sunt deo placere non possunt

[9]uos autem non estis in carne sed in spiritu· Si tamen spiritus dei habitat in uobis· Si quis autem spiritum christi non habet· hic non est eius

[10]Si autem christus in uobis est corpus enim mortuum est propter peccatum· spiritus uero uita propter iustificationem

[11]quod si spiritus eius qui suscitauit ihesum a mortuis habitat in uobis qui suscitauit ihesum christum a mortuis

c. VII, 15 – VIII, 11.

5. Non satis certum, num S an C ea quae hic desunt ad marginen inferiorem suppleverit:
k *Scio enim quia non habitat in me hoc est in car | ne mea bonum Nam uelle adiacet mihi | perficere autem bonum non inuenio*
k *Non enim quod uolo facio bonum sed quod nolo | malum hoc ago· Si autem quod nolo illud facio | non ego operor illud sed quod habitat | in me peccatum*
De siglo **k** cf. 179, 11.
7. C ad marg. [*mihi*] *adiacet*
9. *repu*-**g***natem* | *lege̅*
12. *liberabit* corr. e *—auit*
14. *Igitur· ego*
17. *s̅p̅s* corr. e *spes*
19. *quo infirmabatur. — per carnem.* Lineola significare videtur, verba sequentia a lectore ad praecedentia esse attrahenda.
26. *mors*[est] Correctura incertae originis videbatur. Fortasse tamen ipsius S est.
28. *subie*-**c***ta* Ranke ignores.
33. C ad marg. [*corpus*] *quidem*
34. C ad marg. [*uero*] *uiuit*
36. *su*-**s***citauit*

414 uiuificabit et mor|talia propter inhabitantem spiritum eius in uobis

[12]Ergo fratres debitores sumus non carni ut secundum carnem uiuamus

[13]Si enim secundum carnem uixeritis moriemini

Si autem spiritu facta carnis mortificetis uiuetis

[14]quicumque enim spiritu dei aguntur hii fili dei sunt

XX· [15]Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore· sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater· [16]ipse spiritus testimonium reddet spiritui nostro quod sumus filii dei [17]si autem filii et heredes· heredes quidem dei coheredes autem christi si tamen conpatimur ut ✠
et simul glorificemur

[18]Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae reuelabitur in uobis

[19]nam spectatio creaturae reuelationem filiorum dei expectat

415 [20]uanitati enim creatura subiecta est· non uolens |sed
propter eum qui subiecit in spem· [21]quia et ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei· [22]Scimus enim quod omnis creatura congemiscit et parturit usque adhuc

[23]Non solum autem illa sed et nos ipsi primitias spiritus habentes · · ·

XXI· [24]Spe enim salui facti sumus· spes autem quae uidetur· non est spes

Nam quod uidet quis quid sperat· [25]si autem quod non uidemus speramus per patientiam expectamus· [26]Similiter autem et spiritus adiuuat infirmitatem nostram· nam quid oremus sicut oportet nescimus sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus [27]qui autem scrutatur corda scit
416 quid desideret spiritus |quia secundum deum postulat pro sanctis

[28]Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia coope- LECT· IN NATALE MARTYRUM
rantur in bonum his qui secundum propositum uocati sunt sancti· [29]Nam quos praesciit et praedestinauit conformes fieri imaginis filii eius ut sit ipse primogenitus in multis fratribus

c. VIII, 11–29.

1. *uiuificabit* corr. e *—auit* | C. monente siglo ℞ ad marg. inf. [*mor*] *talia corpora uestra*, quae verba postquam scripta erant syllabae *talia* in textu scriptae, quia superfluae erant, eradebantur.
10. *reddet*
12. Crucicula nitide ad marg. picta idem significare videtur quod stellula Victoriae.
13. C ad marg. [*et*] *con*
16. Ad marg. lineolae aliquae Victorinae cernuntur, quae ad sphalma in voc. *spectatio* latens referri videntur.
18. *spē*
22. [*nos*]*met*
23. C. in spatio quod est inter capitula compressis literis supplevit haec: *et ipsi intra nos geminus adoptionem filiorem expec | tantes redemptionem corporis nostri*
27. *expe*-**c***tamus*
28. Siglo ℞ flagitatur correctio textus, quam V ipse sic praeluit: [*infirmitatem*] *orationis nostrae*
30. Eadem ratio est correctionis [*inennarrabilibus*] *quae uerbis exprimi non possunt*
33. *o*-**m***nia*
34. *bonum* corr. e *bono* | [*sunt*] *sancti*
35. *praede*-**s***tinauit*

XXII· [30]Quos autem praedestinauit hos et uocauit et quos uocauit hos et iustificauit· quos autem iustificauit illos et glorificauit

[31]Quid ergo dicemus ad haec si deus pro nobis quis contra nos [32]qui filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit eum· quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit

XXIII· [33]Quis accusabit aduersus electos dei· deus qui iustificat· [34]quis est qui condemnet· christus ihesus qui mortuus est immo qui et resurrexit qui est ad dexteram dei
qui etiam interpel|lat pro nobis· [35]Quis nos separabit a caritate **417**
christi· Tribulatio an angustia· an persecutio· an fames an nuditas· an periculum· an gladius [36]sicut scriptum est

IN PSALMO XLIII· quia propter te morti afficimur tota die aestimati sumus ut oues occisionis

[37]Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos· [38]Certus sum enim quia neque mors neque uita neque angelus neque principatus· neque instantia· neque futura· neque uirtus· [39]neque altitudo· neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei quae est in christo ihesu domino nostro +

XXIIII· [9, 1]Ueritatem dico in christo non mentior· testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto· [2]Quoniam tristitia est mihi magna· et continuus dolor cordi meo

[3]Optabam enim ipse ego |anathema esse a christo pro **418**
fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem [4]qui sunt israhelitae· Quorum adoptio est filiorum et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa

[5]Quorum patres et ex quibus christus secundum carnem· Qui est super omnia deus benedictus in saecula· amen

XXV· [6]Non autem quod exciderit uerbum dei· Non enim omnes qui ex israhel· hii sunt israhelitae· [7]Neque qui semen sunt abrahae omnes filii sed in isac uocabitur tibi semen

[8]Id est non qui filii carnis hii filii dei sed qui filii sunt promissionis aestimantur in semine

[9]promissionis enim uerbum· hoc est· Secundum hoc tempus ueniam et erit sarrae filius

c. VIII, 80 – IX, 9.

5. C. supra lin. et ad marg. [*qui*$^{\mathbf{etiam}}$*filio*] *proprio*
6. C ad marg. [*tradidit*] *illum* | C *quomodo*$^{\mathbf{ergo}}$*non* | *donabit* corr. e —*auit*
7. *accusabit* corr. e —*auit*
10. [*quis*] *ėṙġȯ*
11. *fames* linolis adhibitis corr. e —*is*
13. *adficimur*
26. *ịsrahelitae*, cuius puncti quae sit ratio non apparet.
31. [*Neque*] *quiȧ*
32. *i*-**s***ac*

[10]Non solum autem illi sed et reueccae ex uno concubitum habens isaac patre nostro

419 [11]Cum enim nondum nati |fuissent aut aliquid egissent boni aut mali ut secundum electionem dei propositum maneret Non ex operibus sed ex uocatione [12]dictum est ei Quia maior seruiet minori IN GENESI

[13]Sicut scriptum est· iacob dilexi· esau autem odio habui IN MALACHIEL

XXVI· [14]Quid ergo dicemus numquid iniquitas apud deum absit

[15]Moysi enim dicit miserebor cui misereor et misericordiam praestabo cui misertus fuero· [16]Igitur non uolentis neque currentis sed miserentis est dei· [17]Dicit enim scriptura pharaoni· Quia in hoc ipsum excitaui te ut ostendam in te uirtutem meam et ut adnuntietur nomen meum in uniuersa terra· IN EXODO

XXVII· [18]Ergo cui uult miseretur et quem uult indurat

[19]dicis itaque mihi quid adhuc quaeritur uoluntati enim eius quis resistit

420 |[20]O homo tu quis es qui respondeas deo· numquid dicit figmentum ei qui se finxit quid me fecisti sic· [21]an non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem aliud uero in contumeliam IN ESAIA PROPHETA

XXVIII· [22]Quodsi uolens deus ostendere iram et notam facere potentiam suam· Sustinuit in multa patientia uasa irae apta in interitum· [23]ut ostenderet diuitias gloriae suae in uasa misericordiae quae praeparauit in gloriam [24]quos et uocauit nos non solum ex iudaeis sed etiam ex gentibus

[25]Sicut in osee dicit uocabo non plebem meam plebem meam et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam IN OSEE

[26]Et erit in locum ubi dictum est eis non plebs mea· uos ibi uocabuntur filii dei uiui

421 **XXVIIII·** [27]Esaias autem clamat |pro israhel· Si fuerit numerus filiorum israhel tamquam arena maris reliquiae saluae fient· [28]Uerbum enim consummans et brebians in aequitate quia uerbum brebiatum faciet dominus super terram IN ESAIA PROFETA

[29]Et sicut praedixit esaias nisi dominus sabaoth reliquisset IN ESAIA PROF·

c. IX, 10–29.

13

1. *illi*, quae puncta maxime irregularia sunt. Ceterum lectio mihi videbatur, non error. | *concubitū*
4. *bonum aut malum*
5. *uocationem*
7. *iacob· dilexi· esau· autem*
8. *apud* corr. ex *aput*
10. *miserebor* corr. ex *—ibor*
15. C ad marg. [*uult*] *obturat*
18. *re-spondeas*
19. Nota marg. Victorina
23. *Sustenenuit*
24. *aptata*
28. 29. *non misericordium consecutam misericordium consecutam.* *Ad* marg. inferiorem C notavit *et non dilectam dilectam*, quae absque ulla dubitatione alcuius codicis lectio est, quo praeter codicem originalem Victor usus est.

nobis semen sicut sodom facti essemus et sicut gomorra similes fuissemus

XXX· [30]Quid ergo dicemus quod gentes quae non sectabantur iustitiam· adpraehenderunt iustitiam· iustitiam autem quae ex fide est

[31]Israhel uero sectando legem iustitiae· in legem iustitiae non peruenit· [32]Quare quia non ex fide sed quasi ex operibus offenderunt in lapidem offensionis [33]sicut scribtum est

IN ESAIA PROF· Ecce pono in sion lapidem offensionis et petram scandali et omnis qui credit in eum non |confundetur 422

XXXI· [10, 1]Fratres uoluntas quidem· cordis mei· et obsecratio ad deum fit pro illis in salutem

[2]Testimonium enim perhibeo illis quod aemulationem dei habent sed non secundum scientiam· [3]Ignorantes enim dei iustitiam et suam quaerentes statuere iustitiae dei non sunt subiecti

[4]Finis enim legis christus ad iustitiam omni credenti

IN LEUITICO **XXXII·** [5]Moyses enim scribsit quoniam iustitia quae ex lege est qui fecerit homo uiuit in ea

[6]quae autem est ex fide iustitia sic dicit

IN DEUTERONOMIO Ne dixeris in corde tuo

quis ascendit in caelum id est christum deducere

[7]aut quis descendit in abyssum hoc est christum ex mortuis reuocare

IN DEUTERONOMIO [8]Sed quid dicit scriptura prope est uerbum in ore tuo et in corde tuo· hoc est uerbum fidei quod praedicamus

[9]quia si confitearis in ore tuo dominum ihesum |et in 423
corde tuo credideris quod deus illum suscitauit ex mortuis saluus eris

[10]Corde enim creditur ad iustitiam· ore autem confessio fit in salutem·

[11]dicit enim scriptura

LECT IN NATALE SANCTI PETRI ET PAULI Omnis qui credit in illum non confundetur

[12]non est enim distinctio iudaei et graeci

nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum

c. IX, 29 – X, 12.

1. *sodom* radendo corr. e *sodoma*
2. *similes* corr. e *similis*
4. *se-***c***tabantur*
6. *İsrahel* cf. notata ad 192, 26.
9. C ad marg. [*Ecce*] *ponam*
16. *subietaecťäė*
18. *scribsit* radendo tentatum ut fieret *scripsit*
19. Nota marg. Victorina.
34. C. ad marg. [*iudaei*] *atq· gentilis*

[13]Omnis enim quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit IN MICHEAM PROF·

XXXIII· [14]quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt· aut quomodo credunt ei quem non audierunt

quomodo autem audient sine praedicante [15]quomodo uero praedicabunt nisi mittantur: sicut scriptum est

quam speciosi pedes euangelizantium pacem· euangelizantium bona· [16]sed non omnes oboediunt euangelio IN NAUM PROF·

Esaias enim dicit domine quis credidit auditui nostro IN ESAIA PROF·
424 |[17]ergo fides ex auditu auditus autem per uerbum christi· [18]Sed dico numquid non audierunt et quidem

In omnem terram exiit sonus eorum· et in finis orbis terrae uerba eorum· [19]Sed dico numquid israhel non cognouit IN PSALMO XVIII·

Primum moyses dicit IN CANTICO DEUTERONOMIO

ego ad aemulationem uos adducam in non gentem· in gentem insipientem in iram uos mittam

[20]Esaias autem audet et dicit· inuentus sum non quaerentibus me IN ESAIA PROF·

palam apparui his qui me non interrogabant

[21]ad israhel autem dicit

tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem mihi

XXXIIII· [11, 1]dico ergo numquid reppulit deus populum suum absit· Nam et ego israhelita sum ex semine abraham tribu beniamin· [2]Non reppulit deus plebem suam quam praesciit·
425 an nescitis in helia· quid dicit |scriptura· quemadmodum interpellat dominum aduersus israhel

[3]Domine prophetas tuos occiderunt· altaria tua suffoderunt et ego relictus sum solus et quaerunt animam meam· [4]Sed quid dicit illi responsum diuinum· Reliqui mihi· $\overline{\text{VII}}$· uirorum qui non curbauerunt genua ante bahal· REGNORUM LIB· III

[5]Sic ergo et in hoc tempore reliquiae secundum· electionem gratiae saluae factae sunt

[6]Si autem· gratia non ex operibus alioquin gratia iam non est gratia

XXXV· [7]quid ergo quod quaerebat israhel· hoc non

1. Scriptum est MICNEAM
14. *Primum* fort. iam S correxit e —*us*
17. Inc. [*sum*] *a*
34. [alioquin] *gratiaṁ*, cui puncto accedit obelus.

est consecutus electio autem consecuta est ceteri uero excaecati sunt

IN ESAIA PROF [8]Sicut scriptum est

dedit illis deus spiritum conpunctionis· oculos ut non uideant· aures ut non audiant usque in hodiernum diem

IN PSALMO XVIII [9]Et dauid dicit fiat mensa |eorum in laqueum et *in* 426
captionem et in scandalum et in retributionem illis· [10]Obscurentur oculi eorum ne uideant et dorsum eorum semper incurua

XXXVI· [11]dico ergo numquid sic offenderunt ut caderent· absit· Sed illorum delicto salus gentibus ut illos aemulentur· [12]quod si delictum illorum diuitiae sunt mundi et deminutio eorum diuitiae gentium quanto magis plaenitudo eorum

XXXVII· [13]Uobis enim dico gentibus quamdiu quidem ego sum gentium apostolus· ministerium meum honorificabo

[14]Si quomodo ad aemulandum prouocem carnem meam et saluos faciam aliquos ex illis· [15]Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi quae adsumptio nisi uita ex mortuis· [16]Quod si delibatio sancta est et massa· et si radix sancta· et rami

|[17]Quod si aliqui ex ramis fracti sunt· tu autem cum 427
oleaster esses insertus es in illis et socius radicis et pinguidinis oliuae factus es

[18]Noli gloriari aduersus ramos· quod si gloriaris non tu radicem portas sed radix te

[19]dicis ergo fracti sunt rami ut ego insererer [20]bene· propter incredulitatem fracti sunt

Tu autem fide sta· noli altum sapere sed time

[21]Si enim deus naturalibus ramis non pepercit ne forte nec tibi parcat

[22]Uide ergo bonitatem esse ueritatem dei in eos quidem qui caeciderunt seueritatem in te autem bonitatem dei· si permanseris in bonitatem

alioquin et tu excideris

[23]sed et illi si non permanserint in incredulitatem inserentur· potens est enim deus· iterum inserere illos·

c. XI, 7–23.

6. 7. Verba post *et* usque ad *et in* ita erasa ut cognosci non possint. C ingessit *in retributionem illis*. Quod cum fecisset quatuor ultima verba versus ⁊ quae superflua videbantur monente ℟ Victorino obelis iugulavit. (See below.)

9. *incurua* corr. ex *incurba*

13. *plenitudo* (a above e)

20. *delibėṙatio*

26. C ad marg. [*ego*] *inserar*

33. Post voc. *bonitatem* erasa est ori-(gi)nalis lectio *dei*

Lines 6 & 7: a later hand has deleted some words, and replaced them with a phrase, which was already there. Other documents suggest that the words foolishly deleted were as here added in italic. Note ⁊ = &.

Line 17: Ranke splits quomodo into quo modo. Not justified. unity restored.

[24]Nam si tu ex naturali excissus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam olibam· quanto magis hii secun-
428 dum naturam |inserentur suae oliuae

XXXVIII· [25]Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc· ut non sitis uobis ipsis sapientes — DE ADUENTU DOMINI

Quia caecitas ex parte contigit in israhel· donec plenitudo gentium intraret· [26]et sic omnis israhel saluus fieret· sicut scriptum est

Ueniet ex sion qui eripiat et auertat inpietatem ab iacob· — IN ESAIA PROFETA
[27]et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum· [28]Secundum euangelium quidem inimici propter uos secundum electionem autem carissimi propter patres· [29]Sine paenitentia enim sunt dona et uocatio dei

[30]Sicut enim et uos aliquando non credidistis deo nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem· [31]ita et sti nunc non crediderunt in uestram misericor-
429 diam |ut et ipsi misericordiam consequantur

[32]Conclusit enim deus omnia in incredulitate ut omnium misereatur

XXXVIIII· [33]O· altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei

quam inconpraehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius,, [34]Quis enim cognouit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit· [35]aut quis prior dedit illi et retribuetur ei· — IN ESAIA PROFETA

[36]Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia· ipsi gloria in saecula saeculorum amen +

XL· [12, 1]Obsecro itaque uos fratres per misericordiam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sanctam deo placentem rationabilem obsequium uestrum — LECT· IN QUADRAGESIMA SECUNDO IEIUNIO

[2]Et nolite confirmari huic saeculo· sed reformamini in nouitate sensus uestri

Ut probetis quae sit uoluntas dei bonam et placens et perfecta

XLI· [3]Dico enim per gratiam dei quae data est mihi
430 |omnibus qui sunt inter uos non plus sapere quam oportet sapere· sed sapere ad sobrietatem· et unicuique· sicut deus diuisit mensura fidei

c. XI, 24 – XII, 3.

1. *exci[s]sus*
3. C ad marg. [*inseruntur*] *propriae*
9. *inpietatem* corr. ex —*es*
10. *peccata· eorum*
16. Duae priores literae vocabuli *sti* erassa, ita tamen, ut bene cognoscantur. Videbantur necessariae.
22. Nota marg. in cod. longinque ab hoc versu remota duplici siglo ◡ posito ad eundum attracta est.
29. *rationabilē··*

XLII· [4]Sicut enim in uno corpore multa membra
habemus omnia autem membra non eundem actum habent·
[5]ita multi unum corpus sumus in christo· Singuli autem alter
LECTIO COTIDIANA alterius membra· + [6]habentes autem donationes secundum
gratiam quae data est nobis differentes
Siue prophetiae secundum rationem fidei
[7]Siue ministerium in ministrando
Siue qui docet in doctrinam
[8]qui exortatur in exortando
qui tribuit in simplicitate
qui praeest in sollicitudine
qui miseretur in hilaritate· [9]dilectio sine simulatione
Odientes malum adherentes bono· [10]Caritatem fraternitatis
inuicem diligentes |honorem inuicem praeuenientes [11]sollicitu- **431**
dinem non pigri
Spiritu feruentes domino seruientes· [12]Spe gaudentes in
tribulatione patientes· Orationi instantes [13]necessitatibus
sanctorum communicantes hospitalitatem sectantes
[14]Benedicite persequentes uos· Benedicite et nolite maledicere
[15]Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus [16]in id-
ipsum inuicem sentientes· Non alta sapientes sed humilibus
consentientes +
LECT COTIDIANA Nolite esse prudentes aput uosmet ipsos [17]nulli malum
pro malo reddentes
Prouidentes bona non tantum coram deo· sed coram
omnibus hominibus
[18]Si fieri potest quod ex uobis est cum omnibus hominibus
pacem habentes,, [19]Non uosmet ipsos defendentes carissimi sed
date locum irae
IN ESAIA PROF Scriptum est enim |mihi uindictam ego retribuam dicit **432**
dominus·
[20]Sed si esurit inimicus tuus ciba ilum si sitit potum
da illi· hoc enim faciens carbones ignis congerisuper caput eius
[21]Noli uinci a malo sed uince in bono malum +
XLIII· [13, 1]Omnibus potestatibus sublimioribus subditi
estote· non est enim potestas nisi a deo· quae autem sunt a

c. XII, 4 – XIII, 1.

4. [*donationes*] *dei diuersas*
25. C. ad marg. [*sed*] *etiā··*
35. [*Omnibus*] *anima* correctura fortasse ipsius scribae, sed quia non ad finam perducta est, inutilia.

Line 20, 21: '*idipsum*' is better seen as one word. Ranke interpreted it as split where the hyphen now is.

deo ordinatae sunt· [2]Itaque qui resistit potestati· dei ordinationi resistit·

Qui autem resistunt· ipsi sibi damnationem adquirunt· [3]Nam principes non sunt timori boni· sed mali· Uis autem non timere potestatem bonum fac et habebis laudem ex illa

[4]Dei enim minister est tibi in bono· si autem malum feceris time· non enim sine causa gladium portat

Dei enim· minister est uindix in ira ei qui malum agit· [5]Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram sed et propter conscientiam

433 |[6]Ideo enim et tributa praestatis· ministri enim dei sunt in hoc ipsum seruientes

XLIIII· [7]Reddite ergo omnibus debita· Cui tributum tributum cui uectigal· uectigal· Cui timorem timorem cui honorem honorem [8]nemini quicquam debeatis nisi ut inuicem diligatis· + Qui enim diligit proximam legem inplebit· [9]Nam non adulterauis· non occidis· non furaueris non concupisces

Et si quod est aliud mandatum in hoc uerbo instauratur· Diligis proximum tuum tamquam te ipsum **LECT· IN QUADRAGESIMA SECUNDA DOMINICA**

[10]Dilectio proximi malum non operatur· plenitudo ergo legis est dilectio

XLV· [11]Et hoc scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere

Nunc enim proprior est nostra salus quam cum credidimus

[12]Nox praecessit dies autem adpropiauit

434 abiciamus ergo opera |tenebrarum et induamus arma lucis· [13]Sicut in die honeste ambulemus· Non in comisationibus et ebrietatibus· Non in cubilibus et inpudicitiis

Non contentione et aemulatione· [14]Sed induite dominum ihesum christum

XLVI· Et carnis curam ne feceritis in desideriis

[14, 1]Infirmum autem in fide adsumite· non in disceptationibus cogitationum· [2]Alius enim credit manducare omnia· qui autem infirmus est· olera manducet· [3]His qui manducat non manducantem non spernat

c. XIII, 1 – XIV, 3.

1. *ordinata·e sunt*
4. [*boni*] *operis* quae correctura num scribae sit an a C profecta non constat.
16. Fort. M[1] [*legem*] *inplebit*
24. *propior* rasura corr. e *proprior.* (See below.)
30. Inc. [*Non*] *in*

Line 24: ‘*r*’ has been erased in the word ‘*proprior*’. This is unecessary, as the original spelling is legal, so the original has been restored.

Et qui non manducat manducantem non iudicet· Deus enim illum adsumpsit· [4]tu quis es qui iudices alienum seruum· suo domino stat· aut cadit· Stabit autem· potens enim est deus· iterum statuere illum· + [5]Nam alius iudicat diem plus
inter diem· alius iudicat omnem diem· unusquisque |suo sen- 435
sum abundet·

[6]Qui sapit diem domino sapit et qui manducat· domino manducat· gratias enim agit deo· Et qui non manducat domino non manducat et gratias agit deo

XLVII· [7]Nemo enim nostrum sibi uiuet· nemo sibi moritur· [8]Siue enim uiuimus siue moriemur domino moriemur· Siue ergo uiuimus siue moriemur domini sumus

XLVIII· [9]In hoc enim christus mortuus est et resurrexit ut et uiuorum et mortuorum dominetur

LECTIO IN QUINQUAGESIMA

[10]Tu autem quid iudicas fratrem tuum· aut tu quare spernis· fratrem tuum· + Omnes enim stabimus ante tribunal dei

IN ESAIA PROFETA

[11]Scriptum est enim uiuo ego dicit dominus· quoniam mihi flectet omne genu· et omnis lingua confitebitur deo

[12]Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet
deo· [13]Non ergo amplius |inuicem iudicemus· sed hoc iudicate 436
magis ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum

XLVIIII· [14]Scio et confido in domino ihesu· quia nihil commune per ipsum nisi ei qui existimat quid commune esse illi commune est

L· [15]Si enim propter cibum frater tuus contristatur· iam non secundum caritatem ambulas

LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VIIII

Noli cibo tuo illum perdere pro quo christus mortuus est· [16]Non enim blasphemetur bonum nostrum· [17]Non est regnum dei esca et potus· sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto

[18]Qui enim in hoc seruit christo· placet deo et probatus est hominibus

[19]Itaque quae pacis sunt sectemur· + et quae aedificationis sunt in inuicem custodiamus

[20]Noli propter escam destruere opus dei

c. XIV, 3–20.

1. *ma-nducat* cf. quod notatum est ad 199, 1.
11. *uiuimus* ‸dn̄o uiuimus *siue* correctura fortasse scribae. | C ad marg. [*siue*] *enim*
13. C ad marg. [*et*] *reuixit*
16. *Omnes* lineolis additis corr. ex —*is*
25. C vel fortasse S ad marg. *Nam si*
33. *quae· aedificationis*
35. *propter· escam*

Line 18: Ranke has miscopied ‘*omnes*’ as ‘*omnis*’, unconsciously correcting the gramatical error.

Omnia quidem munda sunt· sed malum est homini qui
per offensionem manducat
437 |[21]Bonum est non manducare carnem et non bibere uinum·
neque in quo· frater tuus offendit aut scandalizatur aut infir-
matur· [22]Tu fidem habis paenes temet ipsum· habe coram
deo· Beatus qui non iudicat semet ipsum in eo quod probat·
[23]Qui autem discernit si manducauerit damnatus est quia
non ex fide· Omne autem quod non est ex fide peccatum est· +
[15, 1]Debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum
sustinere et non nobis placere· [2]Unusquisque uestrum proximo
suo placeat in bonam aedificationem

[3]Etenim christus non sibi placuit· Sed sicut scriptum est
Inproperia inproperantium tibi ciciderunt super me IN PSALMO LXVIII·

LI· [4]Quaecumque enim scripta sunt ad nostram
438 doctrinam scripta sunt ut per patientiam |et consolationem
scripturarum spem habeamus· [5]Deus autem patientiae et solacii
det uobis in idipsum sapere in alterutrum secundum ihesum
christum·

[6]Ut unianimes uno ore honorificetis deum et patrem
domini nostri ihesu christi· +

[7]Propter quod suscipite inuicem sicut et christus suscepit
uos in honorem dei· + [8]Dico enim christum ihesum ministrum DE CIRCUMCISIONE IN OCTABAS DOMINI
fuisse circumcisionis propter ueritatem dei ad confirmandas
promissiones patrum

Gentes autem super misericordiam honorare deum· sicut
scriptum est

Propter hoc confitebor tibi· in gentibus et nomini tuo IN PSALMO XVII·
cantabo

[10]Et iterum dicit· Laetamini gentes cum populo eius· [11]et IN CANTICO DEUTERONOMIO
iterum laudate dominum omnes gentes et magnificate eum
omnes populi

[12]Et rursus esaias ait· erit radix iesse et qui exsurget IN ESAIA PROFETA
439 regere gentes |in eo gentes sperabunt

[13]Deus autem spei inpleat uos omni gaudio et pace in
credendo ut abundetis in spe in uirtute spiritus sancti· [14]Certus
sum autem fratres mei et ego ipse de uobis quoniam et ipsi

c. XIV, 20 – XV, 14.

12. C ad marg. *Nam christus*

Line 17: '*idipsum*' is one word.

pleni estis dilectione repleti omni scientia ita ut possitis alterutrum monere +

[15]Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte tamquam in memoriam uos reducens

Propter gratiam quae data est mihi a deo [16]ut sim minister christi ihesu in gentibus· Sanctificans euangelium dei ut fiat oblatio gentium accepta sanctificata in spiritu sancto· [17]Habeo igitur gloriam in christo ihesu ad deum· [18]Non enim audeo aliquid loqui eorum quae per me non effecit christus in oboedientia gentium uerbo et factis

[19]In uirtute signorum et prodigiorum in uirtute spiritus sancti
|Ita ut ab hierusalem per circuitum usque in illyricum 440
repleuerim euangelium christi· [20]Sic autem hoc praedicaui euangelium non ubi nominatus est christus· ne super alienum fundamentum aedificarem

[21]Sed sicut scriptum est quibus non est adnuntiatum de eo uidebunt et qui non audierunt intellegent· [22]Propter quod et inpediebar plurimum uenire ad uos

[23]Nunc uero ulterius locum non habens in his regionibus· Cupiditatem autem habens ueniendi ad uos ex multis iam praecidentibus annis

[24]Cum in hispaniam proficisci coepero· spero quod praeteriens uideam uos et a uobis deducar illuc si uobis primum ex parte fruitus fuero· [25]Nunc igitur proficiscar in hierusalem ministrare sanctis

[26]Probauerunt enim macedonia et acaia conlationem aliquam facere in pauperes sanctorum |qui sunt in hierusalem 441

[27]Placuit enim eis et debitores eorum sunt· Nam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles debent et in carnalibus ministrare eis· [28]Hoc igitur cum consummauero et adsignauero fructum hunc· proficiscar per uos in hispaniam

[29]Scio autem quoniam ueniens ad uos in abundantiam benedictionis christi ueniam· [30]Obsecro igitur uos fratres per dominum nostrum ihesum christum et per caritatem spiritus sancti· ut adiubetis me in orationibus et oretis pro me ad dominum [31]ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudaea

c. XV, 14–31.

12. *circuitu· usque* (See note below)
18. *quod*[et]*impediabar*
22. C ad marg. *Sed* [*Cum*]
26. *macedonia et acaia* corr. e *machedonia et achaia* | In cod. hic nova pagina inchoatur, cuius inscriptio manca est. Deest enim *Romanos*, de qua re miraberis, quia regens praepositio *ad* super pagina antecedente scripta exatat.
29. *debent· et*
30. [*adsignauero*] *ėi̇ṡ* | *ueniam*„ cf. not. ad Praef.
34. Ranke does not comment on word separator puncts in *dn̄m· n̄· ih̄m*

Line 12: The dot after '*circuitu*', unexpected as punctuation, must be for abbreviation, for '*per*' takes accusative.
Line 33: In the printed book, the second '*i*' in '*benedictionis*' is misstruck, and easily misread as a space.

Et ministerium meum quod hierosolymam defertur acceptabile sanctis fiat· [32]Ut ueniam ad uos in gaudio per uoluntate christi ihesu· et requiescam uobiscum

[33]Deus autem pacis sit cum omnibus uobis· amen

[16, 1]Commendo autem uobis phoebem sororem nostram·
442 quae est |in ministerio ecclesiae quae est cenchris·

[2]Ut eam suscipiatis in domino dignae satis et adsistatis ei in quocumque negotio uestri indiguerit etenim ipsa quoque adsistit mihi ipsi et multis

[3]Salutate priscam et aquilam adiutores meos in christo ihesu· [4]qui pro anima mea suas ceruices subposuerunt· quibus non solus ego gratias ago· sed et cuncta ecclesia gentium [5]et domestica eorum ecclesiam·

Salutate ephenitum dilectum mihi· qui est primitiuus asiae in christo

[6]Salutate mariam quae multum laborauit in uobis· [7]Salutate andronicum et iuniam cognatos et concaptiuos meos qui sunt nobiles in apostolis· qui et ante me fuerunt in christo· [8]Salutate ampliatum dilectum mihi in domino· [9]Salutate urbanum adiutorem nostrum in christo et stacthin dilectum meum· [10]Salutate
443 apellen probum |in christo„ [11]Salutate eos qui sunt ex aristoboli„ Salutate· erodionem cognatum meum„ Salutate eos qui sunt ex narcessis

[12]Salutate et trifenam et trifosam· quae laborant in domino·

Salutate persidam carissimam· quae multum laborauit in domino„ [13]Salutate rufum electum in domino· et matrem eius et meam·

[14]Salutate asincritum· flegontan hermen· patrobam herman· et qui cum eis sunt fratres„ [15]Salutate filologum et iuliam et nereum et sororem eius· et olympiadem· et omnes qui cum eis sunt sanctos„ [16]Salutate inuicem in osculo sancto·

Salutant uos omnes ecclesiae christi„· [17]Rogo autem uos fratres ut obseruetis eos· qui dissensiones et offendicula· praeter doctrinam quam uos didicistis faciunt et declinate ab illis„ [18]huiusmodi enim christo domino nostro non seruiunt· sed· suo uentri·

c. XV, 81 – XVI, 18.

3. Ranke misses the punct in *ihū· et*
9. Fort. M¹ *adstitit*
10. *priscillam*. Unde eddidi *priscam*. Neque vero diffiteor, puncta tenuiora esse, quam quae V scribit. Securius igitur erat edere *priscillam*
17. Fort. M¹ mutavit *iuniam* in *iulium*
21. Inde ab hoc loco saepe inveniuntur puncta dupliciter posita, quae expressi siglo „
23. C ad marg. [*narcessis*] *qui sunt in dno*
24. Fort. M¹ *tripenam* quae correctio non ad finem perducta est.
25. Fort. M¹ *praesidam*
29. *eos*
30. C ut vdtr. [*olympiadem*] *et olym*.
(24. Note: *f* modified to *p* for *ph.*)

Et per dulces sermones et benedictiones· seducunt corda innocentium

19Uestra enim oboedientia |in omnem locum pro uulgata 444
est,, Gaudeo igitur in uobis· sed uolo uos sapientes esse in bono et simplices in malo,, 20deus autem pacis conteret satanan sub pedibus uestris uelociter,, Gratia domini nostri ihesu christi uobiscum,, 21Salutat uos timotheus adiutor meus· et lucius et zason et susipater cognati mei·

22Saluto uos ego tertius qui scribsi epistulam in domino·

23Salutat uos gaius hospes meus· et uniuersae ecclesiae gentium,, Salutat uos herastus arcarius ciuitatis· et quartus frater,,

25Ei autem qui potens est uos confimare· iusta euangelium meum et praedicationem ihesu christi,, Secundum reuelationem mysterii· temporibus aeternis taciti· 26quod nunc patefactum est per scribturas prophetarum,, Secundum praeceptum aeterni dei· ad oboeditionem fidei in cunctis gentibus,,

Cognito 27solo sapienti deo· per ihesum christum· Cui honor in saecula· saeculorum amen

c. XVI, 18–27.

EXP· EPIST· AD ROMANOS· INC· AD CORINT·

|Corinthi sunt acai· hii similiter ab apostolos audierunt 445
uerbum ueritatis et subsi multifariae a falsis apostolis· quidam a fylosophiae uerbo aeloquentia alia secta legis iudaicae inducti· hos reuocat apostolos ad ueram euangelicam sapientiam· Scribens eis abs epheso per timotheum

INC· BREUIS· EPISTULAE

I· de plenitudine diuitiarum gratiae corinthiorum
II· de apostolo ad unitatem corinthios conponente
III· de contentione corinthiorum
IIII· de uerbo crucis quod stultitia sit pereuntibus saluis uerbo futuris uirtus sit dei
V· de perditione sapientiae saeculi
VI· de deo elegentem stultitiam stius saeculi· infirma et ignobilia· ut confundat sapientes et fortia ut et qui gloriatur in domino glorietur

6. *ih$\overline{m}$* mut. in *ih$\overline{u}$*
19. *amen* literis ad characterem cursivarum propensis scriptum
22. lege *acai· et· hii* | M^{1} superscripsit *ạchiui* | M^{1} *apostolọs* (i supra)
23. M^{1} *subsi* (ver supra)
24. M^{1} *uerbo*$^{\text{sa}}$ *aeloquentia ạḷịạ* (in supra)
25. M^{1} *apostolọs* (u supra)
28. M^{1} *gratiae*$^{\text{et scientiae}}$
31. 32. M^{1} [*sal*]*us uero*
34. M^{1} *elegente stultitiam istius saeculi· et*
35. M^{1} *fortiora*,

Line 3: ‘*pro uulgata*’ is two words.

VII· de sapientia mundi et sapientia dei
VIII· de bonis futuris quae nondum sunt cuiq· reuelata
VIIII· de spiritu omnia perscrutantem
446 **X·** de spiritu dei et mundi istius spiritu |et de spiritalibus hominibus et animalibus
XI· de spiritalibus et carnalibus· et de apostolo lacte corinthiis propinare
XII· de aedificio cultuque doctrinae et de aedificatoribus et doctoribus et mercedibus operantium uel cuius operatio arserit detrimentum
XIII· de sanctis quod templum sint dei
XIIII· de sanctis quod aliter sapientes esse non possent nisi stultitia saeculo fuerint· et de sapientib· saeculi quod ubi se existimant sapere ipsi stultissimi depraehendantur
XV· de inania iactantia gloriantes in homine et quod sanctis tam praesentia quam futara sint diuinitus adtributa
XVI· de contemptu existimationis humane· et desiderio laudis futurae cum deo
XVII· de una gloria
XVIII· de apostolis mundo huic et angelis et hominibus spectaculis factis et omnibus eorum passionib· quod per omnia manib· operati
XVIIII· de apostolo in domino christo in euangelium chorinthios
447 |generantem et de sanctis quod apostolos debeant imitari
XX· de apostolo moenante corinthiis et quod non in sermone sed in uirtute est regnum dei
XXI· de fornicatione facta inter corinthios
XXII· de traditione fornicatoris satanae
XXIII· de contagione et pascha
XXIIII· de separatione sanctorum a praetereuntibus disciplinam
XXV· de fratribus disceptantibus quod a fratribus debeant iudicari· et quod sancti mundum et angelos iudicabunt
XXVI· de sanctis quod iniuriam non facere debeant sed tolerare
XXVII· de iniustis quod regnum dei non possidebunt· et quod omnia peccata baptismi gratia diluantur
XXVIII· de pudicitia et resurrectione
XXVIIII· de sanctis quod membra sint domini et de fornicatorib· quod membra sint meretricis
448 **XXX·** de magnitudine criminis fornicationis· et quod sancti |sui non sint· sed praetio sanguinis dominici conparati
XXXI· de coniugibus et mutua corporum potestate

9. M^1 [*et*] *de mercedib· operantium uel si cuius*
10. M^1 [*detrimentum*] *patietur*
13. M^1 *stulti a saeculo*
20. 21. M^1 *spectaculum*
21. 22. M^1 *et quod per omnia manib· fuerint operati*
23. 24. M^1 *per euangelium chorintios generaṇte*
25. M^1 *m^{i}ọẹnante*
30. M^1 *disciplinā*. Ergo sphalma edendum erat.
33. M^1 *ṅȯṅ facere* ^{N}*debeant*
39. Scriptum est *$\overline{\text{scis}}$*| *uino sint·* Fortasse Victor bonum textum restituit: ‘*$\overline{\text{scis}}$* | $_{s}$*ui no^{n} sint·*’.

XXXII· de apostoli contenentia et diuersitate donorum
XXXIII· de felicitate continentiae· et melius esse nubi quam uri
XXXIIII· de coniugibus non separandis
XXXV· de uiro ac muliere coniuges in fide infideles habentibus
XXXVI· de unoquoque ut sic permaneat· quemadmodum est et uocatus
XXXVII· de uirginibus et uiduis et contemptu praesentium
XXXVIII· de nuptiis iteratis
XXXVIIII· de sacrificatis simulacro
XL· de paulum se apostolum esse corinthiis protestante· et de ceteris apostolis circumducentibus feminas
XLI· de apostolo omnibus bonis se per omnia conparante
XLII· de conparatione in stadio currentium
XLIII· de apostolo corpus suum cedente et seruituti subdente
XLIIII· de baptismum iudaeorum |ignorantium et spiritali esca et potus et prostratione plurimorum· et peccatis omnibus in deserto 449
XLV· de figuris quae iudaeis acciderint· scribta sunt ad correptionem nostram
XLVI· de periculo animae confidentiae
XLVII· de domino sic temptante famulos suos· ut possent omnia sustinere
XLVIII· de benedictione panis et calicis
XLVIIII· de his quae idolis sacrificantur quod daemoniis immolentur· et quod omnia liceant uninersa
L· de libertate emendi omnium quae in macello uenduntur
LI· de conuiuio gentium et profanatis
LII· de apostolo omnibus bonis placente per omnia et quod sancti semper apostolos debeant imitari
LIII· de corinthiis apostoli traditionem tenentibus
LIIII· de domino quod uirorum omnium caput est· et uir mulieris et domini christi deus
LV· Omni uiro orante et faemina aut profetante non uelato capite uel uelato
|LVI· de communi conuiuio et heres 450
LVII· de traditione domini et sanctificatione panis et calicis
LVIII· de accipientibus indignae eucharistia
LVIIII· de expectatione mutua in conmuni conuiuio
LX· de spiritalibus et diuisionibus donorum et conparatione corporis adque membrorum· et omnium credentium ex diuersis condicionibus unitate

1. M^1 *conte^{i}nentia*
2. M^1 *nubi^{ere}*
4. M^1 *infidele^{i}̣s*
5. 6. M^1 *est ẹṭ uocatus*
10. M^1 *paul^{o}ụṃ*
12. M^1 *se—per (?semper?)*
14. M^1 [*suum*] *castigante* [*c̣ẹḍẹṇṭẹ*]
15. M^1 *baptism^{o}ụṃ*
16. M^1 *potus̸* (Ranke uses .ṣ. : ms. has s̸).
18. M^1 [*sunt*] *autem*
20. M^1 [*periculo*] *a̸nim^{i}ae* litera a obelis quoque perfossa.
21. M^1 *temp^{er}ṭante*
25. M^1 [*liceant*] *Sed non expediant*
33. Inc. *de Omni*
35. [*heres*]*ibus*

LXI· de excellentia caritatis et destructione profetiae adque linguarum et onmium quae ex parte sunt cum id quod perfectum fuerit
LXII· de minentia profetiae et de linguis loquentibus
LXIII· de profetantibus
LXIIII· de silentio mulierum in ecclesiam
LXV· de resurrectione et fine
LXVI· de collectis quae in sanctis fiunt
LXVII· de apollo
LXVIII· de apostolo exortante corinthio
LXVIIII· de domo stefanae
LXX· de stefano et fortunato et achaico
451 **|LXXI·** de ecclesiis asiae et aquilae et priscilla hospitibus pauli
LXXII· de apostolo anathematizantes eos qui non credunt dominum ihesum

EXPL. BREBES CORINT. INCP. CORPUS EPISTULAE

[1,] [1]Paulus uocatus apostolus christi ihesu· per uoluntatem dei· et sustenes frater· [2]ecclesiae· dei sanctificatis in christo ihesu· qui sunt corinthii uocatis sanctis

Cum omnibus qui inuocant nomen domini ihesu christi· in omni loco ipsorum et nostro„ [3]Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo· [4]Gratias ago deo meo semper pro uobis· in gratia dei quae data est uobis· in christo ihesu„ [5]Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni uerbo et in omni scientia„ [6]Sicut testimonium christi confirmatum est in uobis· [7]ita ut nihil uobis desit in nulla gratia„
452 Expectantibus |reuelationem domini nostri ihesu christi

[8]Qui et confirmauit uos usque ad finem sine crimine· in die aduentus domini nostri ihesu christi

[9]Fidelis deus per quem uocati estis in societate filii eius ihesu christi domini nostri

II· [10]Obsecro autem· uos fratres per nomen domini nostri ihesu christi ut id ipsum dicatis omnes et non sint in uobis scismata„ Sitis autem perfecti in eodem sensu· et in eadem scientiam

III· [11]Significatum est enim mihi de uobis fratres

c. I 1–11.

3. M^1 [*fuerit*] *DECLARATVM*
4. M^1 [*de*] ᵉ*minentia profetiae et ḍẹ linguis*
6. M^1 *ecclesia* litera *m* obelis iugulata.
10. M^1 *corinthios*
13. M^1 *aquila* litera *e* obelis perfossa.
14. M^1 *anathamatizante* litera *s* obelo traiecta.
19. *sustenes* lineolis punctoque adhibitis corr. e *sustinens·* Oculos meos prodem fugit tenuissima lineola, qua *u* in *o* mutatum est. Quae si a Victore profecta est, edendum erat *sostenes*
Post voc. *dei* complures literae nescio quae erasae, super quas C intulit *sanctifica*
24. Alterum *uobis* fort. iam a S corr. e *nobis*

mei· ab his qui sunt chloes· quia contentiones inter uos sunt„ [12]hoc autem dico quod unusquisque uestrum dicit„ Ego quidem sum pauli· ego autem apollo· ego uero cephe· ego autem christi· [13]diuisus est christus·

Numquid paulus crucifixus est pro uobis· aut in nomine pauli baptizati estis·

IIII· [14]Gratias ago deo meo quod neminem uestrum baptizaui· nisi crispum et gaium [15]ne quis dicat· quod in nomine meo baptizati estis·

[16]Baptizaui autem et stefanae domum· ceterum nescio si quem baptizauerim alium

|[17]Non enim misit me christus baptizare· sed euangelizare 453
non in sapientia uerbi ut non euacuetur crux christi

V· [18]Uerbum enim crucis per euntibus quidem stultitia est his autem qui salui fiunt id est nobis uirtus dei est

IN ESAIA PR· [19]Scriptum est enim· perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo„ [20]Ubi sapiens· ubi scriba· ubi conquisitor huius saeculi· nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi·

[21]Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum· placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes„ [22]Quoniam iudaei signa petunt· et graeci sapieatiam quaerunt

[23]Nos autem praedicamus christum crucifixum„ Iudaeis quidem scandalum· gentibus autem stultitiam

[24]Ipsis autem uocatis iudaeis adque graecis· christum dei uirtutem et dei sapientiam

[25]Quia quod stultum est dei· sapientius est hominibus· et quod infirmum est dei fortius est hominibus

|**VI**· [26]Uidete enim uocationem uestram fratres· quia 454
non multi sapientes secundum carnem· non multi potentes· non multi nobiles„ [27]Sed quae stulta sunt mundi elegit deus· ut confundat sapientes„ Et infirma mundi elegit deus· ut confundat fortia„ [28]Et ignobilia mundi et contemptibilia mundi elegit deus· et quae non sunt· ut ea quae sunt destrueret· [29]ut non glorietur omnis caro in conspectu eius

c. I, 11–29.

6. C ad marg. [*baptizati*] *sitis*
11. C ad marg. [*quem*] *alium*
15. *fiunt uirtus* (supra: id est nobis), quae correctura ut videtur a scriba statim post scriptionem illata est.
20. *sapientiam*
26. *adque* a manu, quae incerta videbatur, corr. in *atque*
34. *contemtabilia* (i supra)
36. C ad marg. [*caro*] *coram eo*

[30]Ex ipso autem uos estis in christo ihesu· qui factus est sapientia nobis a deo· et iustitia· et sanctificatio et redemptio,, [31]Ut quemadmodum scriptum est· qui gloriatur in domino glorietur,,

VII· [2,] [1]Et ego cum uenissem ad uos fratres ueni· non per sublimitatem sermonis aut sapientiae· adnuntians uobis testimonium christi

[2]Non enim iudicaui scire me aliquid inter uos· nisi ihesum christum· et hunc crucifixum

[3]Et ego in infirmitatem et timore et tremore multo fui
455 aput uos,, [4]Et sermo |meus et praedicatio mea non in persuasibilibus sapientiae uerbis· sed in ostensione spiritus et uirtutis,, [5]Ut fides uestra non sit insipientia· hominum· sed in uirtute dei

[6]Sapientiam autem loquimur inter perfectos

Sapientiam uero non huius saeculi· neque principum huius saeculi qui destruuntur,, [7]Sed loquimur dei sapientiam in mysterio quae abscondita est· quam praedestinauit deus· ante saecula in gloriam nostram,, [8]Quam nemo principum huius saeculi cognouit,, Si enim cognouissent· numquam dominum maiestatis crucifixissent

VIII· [9]Sed sicut scriptum est quod oculus non uidit IN ISAIA
nec auris audiuit· nec in cor hominis ascendit quae praeparauit deus his qui diligunt eum

VIIII· [10]Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum,, Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei·

456 [11]Quis enim scit hominum quae sint hominis· nisi |spiritus hominis qui in ipso est

Ita et quae dei sunt nemo cognouit· nisi spiritus dei

X· [12]Nos autem non spiritum mundi accipimus· sed spiritum qui ex deo est· ut sciamus quae a deo donata sunt nobis [13]quae et loquimur,, Non in doctis humanae sapientiae uerbis· sed in doctrina spiritus· spiritalibus spiritalia conparantes,, [14]animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei,, Stultitia est enim illi et non potest intellegere ea quia spiritaliter examinatur,, [15]Spiritalis autem iudicat omnia· ipse a nemine iudicatur

c. I, 30 – II, 15.

14

10. C vel B ad marg. *Nam* [*ego*] | *timoreṁ*
12. C [*persuasibilibus*] *humanae* | *ostensioneṁ*
13. *insipientia* (Inc.) [a supra s]
14. *perfectos*. (quod punctum reliquis non analogum est.) puncta quid sibi veliut non apparet.
15. 16. *ḣu̇iu̇ṡ ṡȧėċu̇lı̇* [*qui*] quae
19. 20. C ad marg. [*dnm̄*] *gloriae*
21. 22. Nota marg. Victorina.
28. *co*-**g***nouit*
32. [*sps̄*] *ėṫ u̇iṙṫu̇ṫiṡ* Supra *sps̄* incerta manus intulit *sci̅*
36. Inter vocc. *omnia* et *ipse* manus inc. ingesti *et* | *nemineṁ*

[16]Quis enim cognouit sensum domini· qui instruat eum·
Nos autem sensum christi habemus

XI· [3,] [1]Et ego fratres non potui uobis loqui· quasi spiritalibus· sed quasi carnalibus·

Tamquam paruulis in christo [2]lac uobis potum dedi non escam· Nondum enim poteratis· sed nec nunc quidem potestis adhuc enim estis carnales

[3]Cum enim sit inter uos zelus et contentio· nonne |carnales 457
estis· et secundum hominem ambulatis

[4]Cum enim quis dicit· ego quidem sum pauli· alius autem ego apollo„ Nonne homines estis· et secundum hominem ambulatis„ Quid igitur est apollo· quid uero paulus· [5]ministri eius cui credidistis„ Et unicuique sicut dominus dedit„

[6]Ego plantaui apollo rigauit· sed deus incrementum dedit„
[7]Itaque neque qui plantat· est aliquid· neque qui rigat· sed
LECT· IN DEDICATIONE qui incrementum dat deus· + [8]Qui plantat autem et qui rigat unum sunt· unusquisque autem propriam mercidem accipiet secundum suum laborem

XII· [9]Domini enim sumus adiutores dei agricultura est· dei aedificatio estis„ [10]Secundum gratiam dei quae data est mihi· ut sapiens architectus· fundamentum posui„ alius autem superaedificat· unusquisque autem uideat quomodo superaedificet·

[11]Fundamentum autem aliud nemo potest ponere praeter
id quod positum |est qui est christus ihesus„ 458

[12]Si quis autem superaedificat supra fundamentum aurum· argentum· lapides praetiosos· ligna faenum· stipulam· [13]uniuscuiusque opus manifestum erit„ dies enim domini declarabit· quia in igne reuelabitur· et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit„ [14]Si cuius opus manserit quod superaedificauit· mercidem accipiet„ [15]Si cuius opus arserit detrimentum patietur„ ipse autem saluus erit· sic tamen quasi per ignem

XIII· [16]Nescitis quia templum dei estis· et spiritus dei habitat in uobis„ [17]Si quis autem templum dei uiolauerit disperdet illum deus· templum enim dei sanctum est quod estis uos **+**

c. II, 16 – III, 17.

1. *qui*[s] *instruat* (Inc.)
19. Eadem manus ad marg. notavit *dei et*
20. Correxit *est* in *estis*
21. *architectus*.
24. C ad marg. [*Fundamentum*] *enim*
26. M[1] [*fundamentum*] *hoc*
27. *uniu*-**s***cuius*
28. *manife*-**s***tum* | *declarabit* corr. e *—auit*

Line 12: Ranke reads ‘*Quid*’ as ‘*Quod*’. Manuscript clearly has ‘*Quid*’. As Ranke gives no explanation, ‘*Quid*’ is here restored.

XIIII· [18]Nemo se seducat· si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc saeculo stultus fiat· ut sit sapiens

[19]Sapientia enim huius mundi stultitia est aput deum

Scriptum est enim conpraehendens sapientes in astutia eorum IN ESAIA PR·

459 |[20]Et iterum dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanae sunt IN PSALMO XCII·

XV· [21]Itaque nemo glorietur in hominibus· omnia enim uestra sunt· [22]siue paulus siue apollo· siue mundus· siue uita· siue mors· siue praesentia· siue futura

Omnia enim uestra sunt [23]uos autem christi· christus autem dei

XVI· [4, 1]Sic nos existimet homo ut ministros christi et dispensatores mysteriorum dei,, [2]hic iam· quaeritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur

[3]Mihi autem pro minimo est ut a uobis iudicer· aut ab humano die· sed neque me ipsum iudico,, [4]Nihil enim mihi conscius sum sed non in hoc iustificatus sum,, qui autem iudicat me dominus est,, [5]Itaque nolite ante tempus iudicare· quoadusque ueniat dominus,, qui et inluminauit abscondita tenebrarum et manifestauit consilia cordium· et tunc erit laus unicuique a deo

XVII· [6]haec autem fratres transfigurauí in me· et
460 apollo propter uos· ut in nobis |discatis,, Ne supra quam scriptum est unus aduersus alterum infletur pro alio,, [7]quis enim te discernit· quid autem habis quod non accepisti,, Si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis,,

[8]Iam saturati estis· iam diuites facti estis,, Sine nobis regnatis· et utinam· regnetis· ut et nos uobiscum regnemus

XVIII· [9]Puto enim et nos deus apostolos nouissimos ostendit tamquam morti destinatos,, quia expectaculum facti sumus mundo angelis et hominibus,, [10]Nos stulti propter christum· uos autem prudentes in christo

Nos infirmi uos autem fortes

Uos nobiles· nos autem· ignobiles· [11]Usque ad hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus· et colaphis caedimur· et stabiles sumus· [12]et laboramus operantes manibus uestris

c. III, 18 – IV, 12.

3. *mu*^{n}*di* quae correctura scribae videtur.
4. *conpraehendens* fort. a S in —*dam* correctum.
8. *apollo*· $^{siue\ \cdot cephas}$ *siue mundus*. additamentum nescio an non ipsius scribae.
16. *h*^{u}*omano*
18. *me·dominus*
21. Punctum post *deo* e pagina aversa huc translatum est.
25. V^{s} *hab*^{e}*is*
28. C [*utinam*] *regnaretis*
29. C *enim* ^{quia} *et nos*
34. Fort. C. ad marg. [*Usque*] *in* | *ha*^{n}*c* ^{h}*ora*^{m}
36. V^{s} ^{no}*uestris*

Maledicimur, et benedicimus·

persecutionem patimur, et sustinemus· [13]Blasphemamur· et obsecramus·

Tamquam purgamenta

huius mundi facti sumus |omnium perissima usque adhuc,, **461** [14]Non ut confundam uos· haec scribo· sed ut filios carissimus moneo·

XVIIII· [15]Nam si decem milia pedagogorum habeatis in christo· sed non multos patres·

Nam in christo ihesu per euangelium ego uos genui,, [16]Rogo ergo uos imitatores mei estote,, [17]Ideo misi ad uos timotheum· qui est filius meus carissimus fidelis in domino,, Qui uos commonefaciat uias meas· quae sunt in christo ihesu sicut ubique in omni ecclesia doceo·

XX· [18]Tamquam non uenturus sim ad uos· sic inflati sunt quidam,, [19]Ueniam autem cito ad uos· si dominus uoluerit et cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt· sed uirtutem,,

[20]Non enim in sermone est regnum dei· sed in uirtute

[21]Quid uultis in uirga ueniam ad uos· an in caritate et spiritu mansuetudinis

XXI· [5, 1]Omnino auditur inter uos fornicatio· et talis fornicatio qualis nec inter gentes,, Ita ut uxorem patris sui aliquis habeat·

|[2]Et uos inflati estis et non magis luctum habuistis ut **462** tollatur de medio uestrum qui hoc opus fecit

XXII· [3]Ego quidem· absens corpore praesens autem spiritu,,

Iam iudicaui ut praesens eum qui sic operatus est

[4]In nomine domini nostri ihesu christi· congregatis uobis et meo spiritu· cum uirtute domini ihesu·

[5]Tradere huiusmodi satanae in interitu carnis ut spiritus saluus sit in die domini nostri ihesu christi

XXIII· [6]Non bona gloriatio uestra

LECT· IN CENA DOMINI MANE

Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit,, [7]Expurgate uetus fermentum ut sitis noua consparsio

c. IV, 12 – V, 7.

1. *maledicimur*. punctum spurium. (See note.)
4. *mundi* corr. e *modi*
5. V^{s} *peri*$^{p\,e}$*ssima*
6. C ad marg. [*filios*] *meos* | fortasse C *carissimu*^{o}*s*
12. C [*carissimus*] *et*
13. *qui*^{ae}
20. *uirgaṁ*
23. C [*gentes*,,] *nominatur* | *suiṡ*
32. Fort. M^{1} *interitum*
33. *dieṁ* quod punctum satis nigrum est, ita ut dubites, an Victoris sit.
34. C ad marg. [*uestra*] *fratres*
36. *consp*^{e}*arsio* (Inc.)

Line 1: There is a little mark following *maledicimur*, also *patimur*, and also *Blasphemamur*. Douay sees these as commas.

sicut estis azimi,, Etenim pascha nostrum immolatus est christus,, [8]Itaque aepulemur· non in fermento malitiae· et nequitiae sed in azimis sinceritatis

XXIIII· [9]Scripsi uobis in epistula· ne commisceamini fornicariis,, [10]Non utique fornicariis huius mundi· aut auaris· aut rapacibus aut idolis seruientibus

463 Alioquin debueratis de hoc mundo exisse,, [11]Nunc |autem scribsi uobis non commisceri

Si is qui frater nominatur fornicator· aut auarus aut idolorum cultor· aut maledicus· aut ebriosus aut rapax· cum huiusmodi nec cibum sumere,,

[12]Quo enim mihi de his qui foris sunt iudicare,, Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis· nam eos qui foris sunt deus iudicauit

auferte malum ex uobis ipsis

XXV· [6, 1]audet aliquis uestrum habens negotium aduersus alterum iudicari aput iniquos et non aput sanctos,, [2]an nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt,, Et si in uobis iudicabitur mundus indigni estis qui de minimis iudicetis,, Nescitis quoniam angelos iudicauimus· quanto magis saecularia,, [4]Saecularia igitur iudicia si habueritis contemptibilis qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum,,

[5]Ad uerecundiam uestram dico,, Sic non est inter uos
464 sapiens quisquam |qui possit iudicare inter fratrem suum,, [6]Sed frater cum fratre iudicio contendit· et hoc aput infideles

XXVI· [7]Iam quidem omnino delictum est in uobis quod iudicia habetis inter uos,,

Quare non magis iniuriam accepitis,, quare non magis fraudem patimini· [8]sed uos iniuriam facitis et fraudatis et hoc fratribus

XXVII· [9]An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt

Nolite errare neque fornicarii· neque idolis seruientes· neque adulteri [10]neque molles· neque masculorum concubitores· neque fures· neque auari· neque ebriosi· neque maledici· neque rapaces regnum dei possidebunt

Et haec quidam fuistis sed abluti estis· sed sanctificati

c. V, 7 – VI, 11.

1. 3. *azimi* et *azimis* inc. manu corr. in *azymi* et *azymis*
2. C ad marg. [*fermento*] *ueteri neq. in fermento*
3. C ad marg. [*sinceritatis*] *et ueritatis*
6. C ad marg. [*seruientibus*] *aut maledicis*
8. [*commisceri*] *fornicariis*
9. C ad marg. [*nominatur*] *est* cui M¹ addidit *INTER UOS*
12. *Quo* incerta manu. corr. in *Quid*
28. M¹ *accepitis* (i supra e)
36. *quidam* (e supra a)

estis· sed iustificati estis in nomine domini nostri ihesu christi· et in spiritu dei nostri **+**

XXVIII· [12]Omnia mihi licent· sed non omnia expediunt· omnia mihi licent· sed ego sub nullius redegar potestatem

[13]Et esca uentri et uenter escis

|Deus autem et hunc et haec destruet,, Corpus autem non fornicationis sed domino· et dominus corpori **465**

[14]Deus uero et dominum suscitauit et nos suscitauit per uirtutem suam,,

XXVIIII· [15]Nescitis quia corpora uestra membra sunt christi·

Tollens ergo membra christi faciam membra meretricis· absit,, [16]An nescitis quoniam qui adheret meretrici unum corpus efficitur,, Erunt inquid duo in carne una,,

[17]Qui autem adheret domino unus spiritus est,,

XXX· [18]Fugite fornicationem omne peccatum· quodcumque fecerit homo extra corpus est· qui autem fornicatur in corpus suum peccat,, [19]An nescitis quoniam membra uestra templum est spiritus sancti· qui in uobis est,, Quem habetis a domino et non estis uestri,, [20]Empti enim estis praetio magno· glorificate et portate dominum in corpore uestro

XXXI· [7,] [1]de quibus autem scribsistis· bonum est homini mulierem non tangere

|[2]Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem **466** habeat· et unaquaeque suum uirum habeat,, [3]Uxori uir debitum reddat· similiter autem et uxor uiro,, [4]Mulier sui corporis potestatem non habet sed uir,,

Similiter autem et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier

[5]Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi,, Et iterum reuertimini in id ipsum ne temptet uos satanas propter incontinentiam uestram

XXXII· [6]hoc autem dico secundum indulgentiam· non secundum imperium,, [7]Uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum· sed unusquisque proprium habet donum ex deo alius quidem sic alius uero sic

c. VI, 11 – VII, 7.

4. M[1] *redẹ̇gar* qua correctura obelis deleta est.
5. M[1] *Ẹ̈t*, quod siglum videtur esse deletiones.
22. C [*scribsistis*] *mihi*
30. C [*fraudare*] *in inuicem*
35. *habeȧt*

XXXIII· [8]hoc autem dico non nuptis et uiduis· bonum est illis si sic manserint sicut et ego

[9]Quod si se non continent nubant· melius est enim nubere quam uri

XXXIIII· [10]his autem qui matrimonio coniuncti sunt
467 praecipio |non ego sed dominus uxore a uiro non discedere· [11]quod si descesserit manere innuptam a uiro suo reconciliari et uir uxorem ne dimittat· [12]nam ceteris ego dico non dominus

XXXV· Si quis frater uxorem habet infidelem· et haec consistit habitare cum illo non dimittam illam

[13]Et si qua mulier habet uirum infidelem et hic consentit cum illa non demittat uirum„ [14]Sanctificatus est enim uir infidelis in muliere fideli et sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelem„ alioquin filii uestri inmundi essent nunc autem sancti sunt·

[15]Quod si infidelis discedit discedat„ non est enim seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi in pace autem uocabit nos deus„ [16]Unde enim scis mulier si uirum saluum facias· aut unde scis uir si mulierem saluam facies [17]nisi unicuique sicut diuisit dominus„ Unumquemquem si uocauit deus·
468 ita ambulet· et sicut in omnibus |ecclesiis doceo„ [18]Circumcisus aliquis uocatus est non adducat praeputium

In praeputio aliquis uocatus est non circumdatur

[19]Circumcisio nihil prode est et praeputium nihil est· Sed obseruatio mandatorum dei

XXXVI· [20]Unusquisque in qua uocacatione uocatus est in ea permaneat„ [21]Seruus uocatus es non sit tibi curae· sed et si potes liber fieri magis utere·

[22]Qui enim in domino uocatus est seruus· libertus est domini similiter qui liber uocatus est· seruus est christi„

[23]Praetio empti estis nolite fieri serui hominum

[24]Unusquisque in quo uocatus est in hoc maneat apud deum

XXXVII· [25]De uirginibus autem praeceptum domini non habeo consilium autem do tamquam misericordiam consecutus a domino ut sim fidelis„ [26]Existamo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem· quoniam bonum est homini sic esse„

c. VII, 8–26.

1. Capitulo XXXIII M¹ siglum ∴ praemisit.
6. M¹ *uxorē*
7. *a*[ut]*uiro*
8. 12. C *demittat* et —*am* corr. e *dim*
10. C ad marg. [*haec*] *(con)sentit* | M¹ *demittaṃ*[t]
11. 12. [*consentit*] *habitare*
18. *fidele* corr. e *fideḷi*
20. M¹ *Unumquemquaṃ̈*, cf. not. ad 214, 5; 215, 1 | *si*[cut](Inc.)
24. M¹ *prödë* cf. not. ad 214, 5. Delevit ergo vocabulum.
27. [*uocatus*] *est*
32. *apud* corr. ex *aput*

[27]alligatus es uxori· noli |quaerere solutionem 469

Solutus es ab uxore noli quaerere uxorem,, [28]Si autem acceperis uxorem non peccasti,, Et si nupserit uirgo non peccauit· tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi· ego autem parco

[29]Hoc itaque dico fratres tempus breue est,, Reliquum est ut qui habent uxores tamquam non habentes sint,, [30]Et qui flent tamquam non flentes,,

Et qui gaudent tamquam non gaudentes,, et qui emunt tamquam non possidentes,, [31]et qui utuntur hoc mundo tamquam non utantur· praeterit enim figura huius mundi· [32]uolo uos sine sollicitudine esse,, Qui sine uxore est· sollicitus est quae domini sunt· quomodo placeat deo,, [33]qui autem cum uxore est· sollicitus est quae sunt mundi· quomodo placeat uxori,,

Et diuisa est [34]mulier et uirgo· quae innupta est· cogitat quae domini sunt· ut sit sancta· et corpore et spiritu·

Quae autem nupta est· |cogitat quae sunt mundi· quomodo 470
placeat uiro·

[35]Hoc autem ad utilitatem uestram dico· non ut laqueum uobis iniciam· sed· ad id· quod honestum est·

XXXVIII· [36]Si quis autem turpem se uideri existimat supra uirginem suam quod sit superadulta,, Et ita oportet fieri quod uult faciat non peccat si nubat,,

[37]Nam qui statuit in corde suo firmus· non habens necessitatem,, potestatem habet suae uoluntatis· et hoc iudicauit in corde suo seruare uirginem suam· bene facit,, [38]Igitur et qui matrimonio iungit uirginem suam bene facit· et qui non iungit melius facit,, [39]Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit·

Quod si dormierit uir eius liberata est a lege· cui uult nubat tantum in domino·

[40]Beatior autem erit si sic permanserit· secundum consilium meum· puto autem quod et ego spiritum dei habeo·

LECTIO IN OCTABAS DOMINI CONTRA IDOLA

XXXVIIII· [8, 1]De his autem quae idolis inmolantur·
scimus |quia omnes scientiam habemus,, Scientia inflat· caritas 471
uero aedificat,,

c. VII, 27 – VIII, 1.

1. *allegatus* (i supra e)
3. *nu-*p*serit*
5. *autem* **uobis** *parco*
11. *práeterit*
15. *mulier· et*
16. Post voc. *sunt* triplex punctum. In hac codicis regione multa cernunter puncta serius suppleta.
20. *initiam* mut. in *iniciam·* | Post *honestum est* C adhibitis sigla *hd* et *hs* in marg. inferior supplevit *et quod facultatem praebeat | sine inpedimento dnm obse | crandi*
25. M[1] [*potestatum*] ***AUTE··*** | M[1] *iudicauit* (b supra u)
30. *liberata* qui obelus ex pagina opposita huic impressus est.
34. *inmolantur* (m supra n) (Inc.)

[2]Si quis se existimat scire aliquid· nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire,, [3]Si quis autem diligit deum· hic cognitus est ab eo,, [4]De his autem quae idolis immolantur scimus quia nihil est idolum in mundo· et quod nullus deus nisi unus,, [5]Nam etsi sunt qui dicantur dii siue in caelo siue in terra· siquidem sunt dii multi et domini multi,, [6]Nobis tamen unus deus pater· ex quo omnia et nos in illum

Et unus dominus ihesus christus per quem omnia· et nos per ipsum· [7]sed non in omnibus est scientia· quidam autem conscientia usque nunc quasi idolo immolatum manducant· et conscientia ipsorum cum sim infirma polluitur,, [8]Esca autem nos non commendat deo,, Neque enim· si manducauerimus abundauimus·

[9]Uidete autem ne forte haec licentia uestra offendiculum fiat infirmis

472 [10]Si enim quis uiderit eum |qui habet scientiam in idolio recumbentem nonne conscientia eius cum sit infirma aedificabitur ad manducandum immolata· [11]et peribit infirmus· in tua scientia frater· propter quem christus mortuus est,, [12]Sic autem peccantes in fratres· et percutientes conscientiam eorum infirmam in christo peccatis,, [13]Quapropter si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnem in aeternum ne fratrem meum scandalizem,,

XL· [9,] [1]Non sum apostolus· non sum liber· nonne ihesum dominum nostrum uidi

Nonne opus meum uos estis in domino,, [2]Et si aliis non sum apostolus· tamen uobis sum

Nam signaculum apostolatus mei· uos estis in domino

[3]Mea defensio aput eos qui me interrogant haec est

[5]Numquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi· sicut ceteri apostoli et fratres domini et cephas,, [6]aut ego solus et barnabas non habemus potestatem
473 hoc operandi,, [7]Quis millitat |suis stipendiis umquam

Quis plantauit uineam et de fructu eius non edet

Quis pascit gregem,, Et de lacte gregis non manducat·

c. VIII, 2 – IX, 7.

3. C ad marg. [*De*] *escis* | M[1] *hi̇̈s* (Ranke wrongly had 4. & 7.)
8. *illu͘m* cf. not. ad 214, 5.
10. 11. C ad marg. [*autem*] *in*
12. V[s] *sim*
14. C ad marg. [*abundauimus·*] *neque si non manducauerimus deficimus*. Illa quoque verba *enim si manducauerimus abundauimus* a C et quidem supra literas penitus erasus scripta sunt, ita ut non tam certa esse vedeantur, quam quae S scripsit.
16. *infirmibu̇s*
19. C ad marg. [*manducandum*] *idolothyta*
20. *C infirmus· in tua scientia frater*, quae sigla efficiunt, ut legatur *infirmus frater in tuo scientia*
29. *signaculus*[m]
30. C ad marg. inferiorem [*est*] *numquid non habemus po* | *testatem manducandi et bi* | *bendi*
31. *mulíerem*
35. *fructuṁ*

[8]numquid secundum hominem haec dico· an et lex haec non
dicit,,
IN DEUTERONOMIO [9]Scriptum est enim in lege moysi· non alligabis· os boui
trituranti· numquid de bubus cura est deo· [10]an· propter nos
haec dicit· utique propter nos scripta sunt,, Quoniam debet
in spe qui arat arare· et qui triturat in spe fructus percipiendi,,
[11]Si nos uobis spiritalia seminauimus· magnum est si carnalia
uestra metamus

[12]Si alii potestatis uestrae participes sunt· non potius
nos· sed non usi sumus haec potestate,, Sed omnia sustinemus
ne quod offendiculum demus euangelio christi,, [13]Nescitis quo-
niam qui in sacrario operantur· quae de sacrario sunt edunt,, Qui
altario deseruiunt cum altario participantur· [14]Ita et
dominus ordinauit his qui euangelium adnuntiant· de |euangelio 474
uiuere,, [15]Ego autem· nullo horum usus sum,, Non scripsi
autem haec ut ita fiant in me,,

Bonum est enim mihi magis mori· quam ut gloriam meam
quis euacuet,, [16]Nam si euangelizauero non est mihi gloriam·
Necessitas mihi incumbit· uae enim mihi est si non euangeli-
zauero,, [17]si enim uolens hoc ago mercidem habeo,, Si autem
inuitus dispensatio mihi credita est,, [18]quae est ergo merces
mea ut euangelium praedicans sine sumptu ponam euangelium·
ut non abutar potestatem meam in euangelio

XLI· [19]Nam cum liber essem ex omnibus omnium me
seruum feci· ut plures lucri facerem,, [20]Et factus sum iudaeis
tamquam iudaeus· ut iudaeus lucrarer,, his qui sub lege sunt·
quasi sub legem essem cum ipse non essem sub lege· ut eos
qui sub lege erant lucri facerem,,

[21]his qui sine lege erant tamquam sine lege essem· Cum
sine legem dei non essem |sed in lege esse christi· ut lucri 475
facerem eos qui sine lege erant,, [22]factus sum infirmis infirmus
ut infirmus lucri facerem

Omnibus omnia factus sum ut omnes facerem· saluos +

[23]Omnia autem facio· propter euangelium ut particeps
eius efficiar,,

LECT POST SEXAGESIMA **XLII·** [24]Nescitis quod hii qui in stadio currunt· omnes

c. IX, 8–24.

4. 6. V[s] ut videbantur *trituranti* et *triturat*
9. *aliis* puncto obeloque corr. in *alii*
10. *haec* obelo qui Victoris videbatur adhibito mut. in *hac*
18. Itidem *gloriam* in *gloria*
20. *mercídem*
21. *inuítus* cf. 217, 31. Ceterum adnoto *mercidem* linolis minutissimis mut. esse in *mercedem*, sed cf. 210, 17. 31.
23. *potestatem meam* solis obelis mut. in *potestate mea*
26. M[1] [*ut*] *iudaeus*
30. M[1] [*sine*] *legem*

21. 217. 31. makes no sense. The references do not exist. I assume that this is a typo for 217, 31.

quidem currunt· sed unus accipit brauium,, Sic currite ut conpraehendatis,, [25]Omnis autem· qui in agonem contendit ab omnibus se abstinet· et illi quidem· ut corruptibilem coronam accipiant nos autem incorruptam

XLIII· [26]Ego igitur sic curro non quasi in incertum,, Sic pugno non quasi aerem uerberans· [27]sed castigo corpus meum· et in seruitutem redigo· ne forte cum aliis praedicauerim ipse reprobus efficiar,, **+**

XLIIII· [10,] [1]Nolo enim uos ignorare fratres,, Quoniam patres nostri· omnes sub nube fuerunt,, [2]Et omnes mare transierunt **LECT· IN NOCTE SANCTA AD SERO**

476 |Et omnes in moyse baptizati sunt· in nube et in mari,, [3]Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt,, [4]Et omnes eundem potum spiritalem biberunt,, Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra

Petra autem erat christus **+** [5]Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo· nam prostrati sunt in deserto

XLV· [6]Haec autem in figura facta sunt nostri· ut non simus concupiscentes· malorum sicut et illi concupierunt,, [7]Neque idolorum cultores efficiamini sicut quidam ex is ipsis· quemadmodum scriptum est **IN EXODO**

Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere,, [8]Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt· et ceciderunt una die XXIII milia,, [9]Neque temptemus christum sicut quidam eorum temptauerunt· et a serpentibus perierunt,,
477 [10]Neque murmuraueritis sicut quidam |eorum murmurauerunt et perierunt ab exterminatore

XLVI· [11]Haec autem omnia in figura contingebant illis,,

Scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos fines saeculorum deuenerunt,, [12]Itaque qui se existimat stare uideat ne cadat,, [13]Temptatio uos non adpraehendat nisi humana,,

XLVII· Fidelis autem deus est· qui non patietur uos temptari super id quod potestis sed faciet cum temptatione etiam prouentum ut possitis sustinere,,

[14]Propter quod carissimi mihi fugite ab idolorum cultura **ITEM DE CIRCUM-CISIONE**

XLVIII· [15]Ut prodentibus loquor· uos iudicate quod dico

c. IX, 24 – X, 15.

24. [*milia*] *hominum* *non subferre*
33. Man. incerta ad marg. [*potestis*]

[16]Calicem benedictionis cui benedicimus· nonne communicatio sanguinis christi est„ Et panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est„

[17]quoniam unus panis unum corpus multi sumus omnesque de uno pane participamur„

XLVIIII· [18]Uidete israhel secundum |carnem· nonne 478
qui edunt hostias participes sunt altaris„ [19]Quid ergo dico quod idolis immolatum sit aliquid· aut quod idolum sit aliquid· non quod idolum sit aliquid [20]sed quae immolant gentes· daemoniis immolant et non deo

Nolo autem uos socios fieri daemoniorum„ [21]Non potestis calicem domini bibere· et calicem daemoniorum„ Non potestis mensae domini participes esse et mensae daemoniorum

[22]An aemulamur dominum numquid fortiores illo sumus

[23]Omnia licent sed non omnia aedificant [24]nemo quod suum est quaerat sed quod alterius

L· [25]Omnem quod in macello uenditur manducate· nihil interrogantes propter conscientiam

IN PSALMO XXIII [26]Domini est terra et plenitudo eius

LI· [27]Si quis uocat uos infidelium· et uultis ire· omnem quod· uobis adponitur manducate· nihil interrogantes propter conscientiam„ [28]Si quis autem dixerit hoc immolaticium
est idolis· nolite manducare· propter |illum qui indicauit· et 479
propter conscientiam·

[29]Conscientiam autem dico· non tuam sed alterius

Ut quid enim libertas mea iudicatur ab infidele conscientia„ [30]Si ergo cum gratia participo quid blasphemor pro eo quod gratias ago

LII· [31]Siue ergo manducatis· siue bibitis uel aliud quid facitis· omnia in gloria facite dei„ [32]Sine offensione estote iudaeis et gentilibus et ecclesiae dei· [33]sicut et ego per omnia omnibus placeo„ Non quaerens quod mihi utile est· sed quod multis ut salui fiant **+**

LIII· [11, 1]Imitatores mei estote sicut ego christi· [2]laudo autem uos fratres· quod omnia mei memores estis et sicut tradidi uobis praecepta mea tenetis

c. X, 16 – XI, 2.

5. Fort. M³ ad marg. [*pane*] *et de uno calice*

8. 9. *aliquid·* ^ (**non quod idolum sit aliquid·**) *sed quae immolant·* Quae correctura si ab ipso scriba statim post scriptionem facta est, recta in textu cernitur.

15. Originalis scripto *omnia aedificant nemo* a C mutata est in *omnia expediunt· omnia licent sed non omnia aedificant· Nemo*

20. [*infidelium*] *ad caenam*

21. *omnem* non puncto, sed obelo adhibito mut. in *omne* cf. 17.

26. *infidelè* (Inc.)

35. Inc. [*quod*] *per* | *mémores*

LIIII· [3]Uolo autem uos scire quod omnis uiri caput christus est· Caput autem mulieris uir· caput uero christi deus·

LV· [4]Omnis uir orans aut prophetans· uelato capite deturpat caput suum

480 |[5]Omnis autem mulier orans aut prophetans· non uelato capite deturpat caput suum· unum est enim ac si decaluetur,,

[6]Nam si non uelatur mulier et tondeatur,, Si uero turpe est mulieri tonderi aut decaluari· uelet caput suum,, [7]Uir quidem non debet uelare caput quoniam imago est et gloria dei· mulier autem gloria uiri est,, [8]Non enim uir ex muliere est· sed mulier ex uiro,, [9]Etenim non est creatus uir propter mulierem· sed mulier propter uirum·

[10]Ideo debet mulier potestatem habere supra caput suum propter angelos·

[11]Uerumtamen neque uir sine muliere· neque mulier sine uiro in domino,, [12]Nam sicut mulier de uiro ita et uir per mulierem· omnia autem ex deo· [13]In vobis ipsi iudicate,, Decet mulierem non uelatam orare deum· [14]nec ipsa natura uos docet,, Quoniam uir quidem si comam nutriat ignominia est illi,,

481 [15]Mulier uero si comam |nutriat· gloria est illi· quoniam capilli propter uelamen ei dati sunt,,

[16]Si quis autem uidetur contentiosus esse,, Nos talem consuetudinem non habemus neque ecclesia dei·

[17]hoc autem praecipio non laudans· quod non in melius sed in deterius conuenitis

LVI· [18]Primum quidem conuenientibus uobis in ecclesiam audio schismata esse· et ex parte credo,, [19]Nam oportet heresis esse ut qui probati sunt manifesti fiant in uobis,,

[20]Conuenientibus ergo uobis in unum· iam non est dominicam caenam manducare· [21]Unusquisque enim suam caenam praesumit ad manducandum,, Et alius quidem esurit· alius autem ebrius est,, [22]Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum· aut ecclesiam dei contemnitis· et confunditis eos qui non habent·

LECT· IN CENA DOMINI AD SERO

Quid dicam uobis· laudo uos in hoc non laudo·

c. XI, 8–22.

4. 5. *prophétans*
6. *a^c^ḋqu̇ė·* Victor reponere voluit *ac*
7. *tondeátur*
8. *mulíeri tondéri*
12. *mulíerem*
16. *múlier*
17. *mulierem̊* cui puncto accedit obelus: correctura ut videtur non Victorina. | [*In*] *uobis ipsis.* Erasa, super quae C haec scripsit, legi non possunt.
18. *mulíerem*
19. *nutriat· ignominia*
22. *uelamENé̸* quod ortum est ex praecogitato *pro*, puncto lineolis atque obelo mutatum est in *uelamen*
24. *ecclesia^e^* (Inc.)
28. *ecclesia^m^ audio sc^h^ismata*
32. *praesúmit*

Line 6: Ms. clearly shows insertion of ‘c’, which is inserted by Ranke without comment.
Line 17: The unreadable erasure looks to me as if it was: [*In*] *uos ipsi.*

LVII· [23]Ego enim accepi a domino· quod et tradidi uobis·
|Quoniam dominus ihesus in qua nocte tradebatur,, accepit **482**
panem [24]et gratias agens fregit et dixit·
hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur,, hoc facite
IN EUANGELIIS in meam commemorationem,, [25]Similiter et calicem postquam
caenatum est· dicens·
hic calix nouum testamentum est· in meo sanguine· hoc
IN EUANGELIIS facite,, Quotienscumque bibitis in meam commemorationem·
[26]Quotienscumque enim manducabitis panem hunc· et
calicem bibitis· mortem domini adnuntiabitis donec ueniat·
LVIII· [27]Itaque quicumque manducauerit panem uel
biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis
domini,, [28]Probet autem se ipsum homo· et sic de pane illo
edat et de calice bibat,, [29]Qui enim manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit· Non discernens corpus,,
[30]Ideo inter uos multi infirmi et inbecilles et dormiunt
multi,, [31]Quod si |nosmet ipsos iudicaremus non utique iudi- **483**
caremur,, [32]Dum iudicamur autem· a domino corripimur· ut
non cum hoc mundo damnemur **+**
LVIIII· [33]Itaque fratres mei conuenitis ad manducan-
dum inuicem expectate,,
[34]Si quis esurit domi manducet· ut non in iudicium con-
ueniatis,, Cetera autem cum uenero disponam
LX· [12, 1]De spiritalibus autem nolo uos ignorare fratres
[2]Scitis quoniam cum gentes essetis· ad simulacra muta
prout ducebamini euntes,, [3]Ideo notum uobis facio quod nemo
in spiritu dei loquens dicit anathema ihesu,,
Et nemo potest dicere dominus ihesus· nisi in spiritu sancto
[4]Diuisiones uero gratiarum sunt idem autem spiritus·
[5]Et diuisiones ministrationum sunt· idem autem dominus·
[6]Et diuisiones operationum· sunt idem uero deus qui
operatur omnia in omnibus,, [7]Unicuique autem datur mani-
festatio spiritus ad utilitatem,,
|[8]Alii quidem per spiritum datur sermo sapientiae,, **484**
Alii autem sermo scientiae secundum eundem spiritum
[9]Alteri fides in eodem spiritu

c. XI, 23 – XII, 9.

10. *bibitis* ratione non Victorina mut. in *bibetis*
14. *bibet* ab eodem ut vdtr. correctore incert mut. in *bibet*
15. C [*corpus*] *d$\overline{ni}$*
20. *mei* (cum) *con* (Inc.)
21. *ínuicem*
22. *ésurit.* See also: *mandúcet*, *dispónam.*
28. *nisi·in*

Line 27: Ranke here incorrectly expanded *ih$\bar{u}$*,, to *ihesum,,* I have corrected it to *ihesu,,*

Alii gratia sanitatum in uno spiritu,, [10]alii operatio uirtutum· alii profetia alii discretio spirituum

Alii genera linguarum· alii interpraetatio sermonum

[11]Haec autem omnia operatur· unus adque idem spiritus· diuidens singulis prout uult,, [12]Sicut enim corpus unum est· et membra habet multa,, Omnia autem membra corporis cum sint multa· unum corpus sunt· ita et christus,,

[13]Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus· siue iudaei siue gentiles· siue serui siue liberi,, Et omnes unum spiritum potati sumus,, [14]Nam et corpus non est unum membrum sed multa,, [15]Si dixerit pes quoniam non sunt manus non sum de corpore· non ideo non est de corpore,, [16]Et si dixerit auris quia non sum oculus non sum
485 de cor|pore non ideo non est de corpore,, [17]Si totum corpus oculus ubi auditus

Si totum auditus ubi odoratus,, [18]Nunc autem posuit deus membra unumquoque eorum in corpore sicut uoluit,, [19]Quod si essent omnia unum membrum ubi corpus,, [20]Nunc autem multa quidem membra unum autem corpus

[21]Non potest dicere oculus manui opera tua non indigeo aut iterum caput pedibus,, Non estis mihi necessarii,, [22]Sed multo magis quae uidentur membra corporis infirmiora esse necessariora sunt,, [23]Et quae putamus ignobiliora membra esse corporis· his honorem abundantiorem circumdamus,,

Et quae inhonesta sunt nostra· abundantiorem circumdamus,, Et quae inhonesta sunt nostra· abundantiorem honestatem habent,, [24]honesta autem nostra nullius egent· sed deus temperauit corpus ei· cui deerat· abundantiorem tribuendo
486 |honorem,, [25]Ut non sit scismata in corpore sed id ipsum pro inuicem sollicita sint membra,, [26]Et si quid patitur unum membrum,, conpatiuntur omnia membra· Siue gloriantur unum membrum congaudent omnia membra,, [27]Uos autem estis corpus christi et membra de membro· [28]et quosdam quidem posuit deus in ecclesia,, Primum apostolos,, Secundo prophetas,, Tertio doctores,, Deinde uirtutes exinde gratia curationum,, Opitulationes gubernationes genera linguarum,, [29]Numquid omnes apostoli

c. XII, 9–29.

2. *alii·discretio*
10. [*omnes*] *ṅōṡ*
17. *membra·unumquoque*
20. C *potest* ^{autem} *dicere*
24. M^1 *circumdamus*
25. 26. Idem verba *Et — circumdamus*,, ductis lineis perfodisse videtur.
27. *nostra·nullius*
31. 32. *unum membrum*,, *//Sive gloriantur unum membrum /conpatiuntur omnia membra·* Quibus siglis vetere atramento scriptis ordo sententiarum restitutus est.

Line 30: '*iuuicem*' found for '*inuicem*'. Here corrected.

Numquid omnes prophetae

Numquid omnes doctores

[30]Numquid omnes uirtutes

Numquid omnes gratia curationum habent

Numquid omnes linguis loquuntur,, Numquid omnes interpraetantur

[31]Aemulamini autem dona meliora

LXI· Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstrabo

[13, 1]Si linguis hominum loquar |et angelorum· caritatem non 487
habeam factus sum uelut aes sonans aut cymbalum tinniens

[2]Et si habuero prophetiam et nouerim mysteria omnia· et omnem scientiam,, Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam· caritatem· autem non habuero nihil sum,, [3]Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,, Et si tradidero corpus meum ut ardeam· caritatem autem non habuero nihil mihi prode est,, [4]Caritas patiens est benigna est,, Caritas non aemulatur· non agit perperam,, Non inflatur· [5]non est ambitiosa,, Non quaerit quae sua sunt· non inritatur,, Non cogitat malum,, [6]Non gaudet super iniquitatem congaudet autem ueritati

[7]Omnia suffert· omnia credit· omnia sperat· omnia sustinet,,
[8]Caritas numquam excidit,, Siue prophetiae |aeuacuabuntur· 488
siue linguae cessabunt· siue scientia destruetur,,

[9]Ex parte enim cognoscimus et ex parte prophetamus

[10]Cum autem uenerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est·

[11]Cum autem essem paruulus ut paruulus loquebar· ut paruulus sapiebam ut paruulus cogitabam

Cum autem factus sum uir quae paruuli erant deposui,, [12]Uidemus nunc per speculum in enigmatae

Tunc autem faciae ad faciem

Nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam si et cognitus sum,,

[13]Nunc autem manet· fides spes· caritas· tria· haec maior autem his est caritas

c. XII, 29 – XIII, 13,

7. C ad marg. [*autem*] *alibi carismata*
10. C inter duas partes vocabuli *carita-tem* syllabas ingessit *-tem au-*
11. *uelut· aes· sonans*
24. *d*ͤ*istri*̈*buetur*
26. *qúod*
33. *si*[cut] Correctura satis crassa manus incertae.

LXII· [14, 1]Sectamini caritatem aemulamini spiritalia magis autem ut profitetis

[2]qui enim loquitur lingua non hominibus loquitur sed deo· quia nemo intellegit,, Spiritus autem loquitur mysteria,, [3]Nam qui prophetat hominibus loquitur aedificationem et
489 exhortatio|nem et consolationem

[4]Qui loquitur lingua semet ipsum aedificat,, Qui autem prophetat ecclesiam aedificat,, [5]Uolo autem omnes uos loqui linguis magis autem prophetare,, Nam maior est qui prophetat· quam qui loquitar linguis nisi si forte ut interpraetetur ut ecclesiam aedificationem accipiat,,

[6]Nunc autem fratres si uenero ad uos linguis loquens quid uobis prodero nisi uobis loquar· aut in reuelatione aut in scientia aut in prophetia· aut in doctrina,, [7]Tamen quae sine anima sunt uocem dantia· siue tibia· siue cythara· nisi distinctionem sonitus dederint quomodo scietur quod canitur aut cytharizatur,, [8]Etenim si incertam uocem det tuba qui sperauit se ad bellum

[9]Ita et uos per linguam

Nisi manifestum sermonem dederitis quomodo scietar id quod dicitur· eritis enim in ahera loquentes,, [10]Tam multa
490 |ut puta,, Genera linguarum sunt in hoc mundo et nihil sine uoce est,,

[11]Si ergo nesciero uirtutem uocis,, Ero cui loquor barbarus et qui loquitur mihi barbarus· [12]sic et uos·

Quoniam aemulatores estis spirituum ad aedificationem ecclesiae· quaerite ut abundetis,, [13]Et ideo qui loquitur lingua oret ut interpraetetur

[14]Nam si orem· lingua spiritus meus orat· mens autem mea sine fructu est,, [15]Quid ergo est orabo spiritu· orabo et mentem· psallam spiritu· psallam et mentem

[16]Ceterum si benedixeris spiritu quis supplet locum idiotae· quomodo dicit amen super tuam benedictionem quoniam quid dicas nescit,, [17]Nam tu quidem bene gratias agis sed alter non aedificatur

[18]Gratias ago deo quod omnium uestrum lingua loquor

c. XIV, 1–18.

3. *loqúitur* cf. 224, 26.
4. C ad marg. [*deo.*] *nemo enim audit*
18. *qui sperauit* manu incerta adhibitis obelis mut. in *quis parauit*
24. *Ero*[ei]*cui* correctura manus incertae.

[19]Sed in ecclesia uolo quinque uerba sensu meo loqui ut
et alios instruam quam $\overline{X}$ milia uerborum· in lingua„ [20]Fratres
nolite pueri effici sensibus· sed |malitia paruuli estote sensibus 491
autem perfecti estote

IN HIERE-MIA PRO [21]In lege scriptum est„ Quoniam in alii linguis· et labiis
aliis loquar populo huic· et nec sic exaudient me dicit dominus„
[22]Itaque linguae in signo sunt· non fidelibus sed infidelibus·
prophetiae autem non infidelibus sed fidelibus

[23]Si ergo conueniat uniuersa ecclesia in unum et omnes
linguis loquantur· intrent autem idiotae aut infideles nonne
dicent quod insanitis„ [24]Si autem omnes prophetent· intret
autem quis infidelis uel idiota· conuincitur ab omnibus diiudi-
catur ab omnibus [25]occulta cordis eius manifesta fiunt„ Et
ita cadens in faciem adorauit deum· pronuntians quod uere„

Deus in uobis sit„ [26]Quid ergo est fratres cum conuenitis
unusquisque uestrum· psalmum· habet· doctrinam habet· apoca-
lypsim habet· interpraetationem habet omnia ad aedificationem
fiant

|[27]Siue lingua quis loquitur secundum· duos aut multum 492
tres· et per partes ut unus interpraetetur

[28]Si autem non fuerit interpraes· taceat in ecclesia sibi
autem loquatur et deo

LXIII· [29]Prophetae autem duo aut tres dicant et
ceteri diiudicent„ [30]Quod si alii reuelatum fuerit sedenti
prior taceat„ [31]potestis enim omnes per singulos prophetare
ut omnes discant et omnes exhortentur

[32]Et spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt· [33]non
enim est dissensionis deus sed pacis· Sicut in omnibus ecclesiis
sanctorum· doceo

LXIIII· [34]Mulieres in ecclesiis taceant non enim per-
mittitur eis loqui· sed subditae esse sicut et lex dicit„

[35]Si quid autem uolunt discere domi uiros suos inter-
rogent„ Turpe est enim· mulieri loqui in ecclesia

[36]An a uobis uerbum dei processit· aut in uos solos per-
uenit„ [37]Si quis uidetur propheta esse aut spiritalis cognoscat
quae scribo uobis quia domini sunt man|data„ [38]Si quis autem 493

c. XIV, 19–38.

3. *malitiae·paruuli*
11. *intreṅt*
14. Lege *adorabit*, in quam formam V correxit, quod scriptum erat *ado-rauit*
17. C [*apocalypsim habet*] *linguam habet* quam ad correctram siglum k accedit tum verbis *linguam habet*, tum verbis *interpraetationem habet* praemissum.
24. *ceteri* **di***iudicent*
27. C correctura iacta legi iubet [*prophetis*] *subiectus est*
28. C [*pacis·*] *sed* [*Sicut*]
29. C per errorem huic versui adhibitis siglis $\overline{hd}$ et $\overline{hs}$ in margine inferiore adscripsit textum versuum 36—40, qualis in codice inuenitur correcto solummodo *ordine* in *ordinem*.[a]
30. *ecclesiis* corr. manus incert.

Line 24: The Vulgate supports prefixing ‘*di*’ to ‘*iudicent*’: ‘*dei*’ before this word is not supported.

ignorat ignorabitur„ [39]Itaque fratres aemulamini prophetare et loqui linguis nolite prohibere„ [40]Omnia autem honeste et secundam ordine fiant·

LXV· [15, 1]Notum· autem facio uobis fratres euangelium quod praedicaui uobis quod et accepistis· in quo et statis [2]per quod et saluamini„

Qua ratione praedicauerim uobis si tenetis nisi frustra credidistis„ [3]Tradedi enim uobis in primis quod et accepi„ Quoniam christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas· [4]et quia sepultus est· et quia resurrexit tertia die secundum scripturas„ [5]et quia uisus est cephe· et post haec XI·

[6]Deinde uisus est plus quam quingentis fratribus simul ex quibus multi manent usque adhuc„ Quidam autem dormierunt·

[7]Deinde uisus est iacobo· deinde apostolis omnibus

[8]Nouissime autem omnium tamquam abortibo uisus est
494 et mihi„ [9]Ego enim sum minimus apostolorum |qui non sum dignus uocari apostolus· quoniam persecutus sum ecclesiam dei„ [10]Gratiam autem dei sum quod sum· et gratia eius in me uacua non fuit„ Sed abundantius illis omnibus laboraui· non ego autem sed gratia dei mecum„ [11]Siue enim ego siue illi sic praedicauimus et sic credidistis

[12]Si autem christus praedicatur quod resurrexit a mortuis· quomodo quidam dicunt in uobis quoniam resurrectio mortuorum non est„ [13]Si autem resurrectio mortuorum non est· neque christus resurrexit

[14]Si autem christus non resurrexit· inanis ergo est praedicatio nostra· uana est et fides uestra„ [15]Inuenimur autem et falsi testes dei· quoniam testimonium diximus aduersus deum quod suscitauerit christum· quem non suscitauit· Si mortui non resurgunt· [16]neque christus resurrexit„ [17]Quod si christus non resurrexit· uana est fides uestra· adhuc enim estis
495 in peccatis |uestris· [18]Ergo qui dormierunt in christo· perierunt

[19]Si in hac uita tantum in christo sperantes sumus· miserabiliores sumus omnibus hominibus„ [20]Nunc autem· christus resurrexit a mortuis primitiae dormientium„ [21]Quoniam quidem per hominem mors· et per hominem resurrectio mortuorum

c. XIV, 88 – XV, 21.

7. C *si* [re]*tenetis nisi*[si]*frustra*
29. C *suscitauit·*[nam]*Si*
32. Fort. S *Ergo*[et]*qui*

[22]Et sicut in adam omnes moriuntur· Ita et in christo omnes uiuificantur· [23]unusquisque autem in suo ordine

Primitiae christus· deinde hii qui sunt christi qui in aduentum eius crediderunt [24]deinde finis,, Cum tradiderit regnum deo et patri

Cum euacuauerit omnem principatum et potestatem et uirtutem,, [25]Oportet autem illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius

[26]Nouissima autem inimica destruetur mors,, [27]Omnia enim subiecit sub pedibus eius,, Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei· sine dubio praeter eum· qui subiecit ei omnia

[28]Cum autem subiecta illi |fuerint omnia· tunc ipse filius **496**
subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia ut sit deus omnia in omnibus

[29]Alioquin quid facient qui baptizantar pro mortuis si omnino mortui non resurgunt,, [30]Ut quid et baptizantur pro illis

Ut quid et nos periclitamur omni hora,, [31]Cotidie morior propter uestram gloriam fratres quam habeo in christo ihesu domino nostro

[32]Si secundum hominem ad bestias pugnaui· Ephesi· quid mihi prode est si mortui non resurgunt,, Manducemus et bibamus cras enim moriemur,, [33]Nolite seduci· corrumpunt mores bonos conloquia mala [34]Euigilate iuste et nolite peccare,, Ignorantiam enim dei quidam habent ad reuerentiam uobis loquor,, [35]Sed dicit aliquis quomodo resurgunt mortui quali autem corpore ueniunt,, [36]Insipiens tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur,, [37]Et quod seminas non corpus quod futurum est seminas |sed nudum granum ut puta tritici· **497**
aut alicuius ceterorum,, [38]Deus autem dat illis corpus prout uult et unicuique seminum proprium corpus,, [39]Non omnis caro eadem caro,, Sed alia hominum alia pecorum

Alia uolucrum alia piscium,, [40]Et corpora caelestia· et corpora terrestria,, Sed alia quidem caelestium gloria est· alia autem terrestrium

[41]Alia claritas solis· alia claritas lunae· et alia claritas stellarum,, Stilla enim stillae differt in claritate· [42]ita et

c. XV, 22–42.

2. *uiuific*$\overset{\text{bu}}{\text{an}}$*tur*, corr. manus incertae.
23. Sic scriptio originalis. C ingessit super eraso voc. *mala* verba *subrii estote* | fort. idem vocem *Euigilate* simplici obelo mutavit in *uigilate*

32. [*alia*] *ċȧṙȯ* | [*alia*] *autem piscium* cuius vocabuli prima syllaba erasa quidem est, sed adhuc satis commode legitur.
36. *enim* **ab** *stillae*, cui correcturae addidit literae *e* iugulationem.

Line 20: Manuscript clearly has dot after ‘pugnaui’.

resurrectio mortuorum„ Seminatur in corruptionem· surgit in incorruptionem„ [43]Seminatur in ignobilitate surgit in gloria„ Seminatur in infirmitate surgit in uirtute„ [44]Seminatur corpus animale· surgit corpus spiritale„ Si est corpus animale est et spiritale

Sicut scriptum est„

[45]Factus est primus homo adam in animam uiuentem

498 Nouissimus adam in spiritu uiuificantem„ [46]Et non |prius
quod spiritale est sed quod animale est deinde quod spiritale„

[47]Primus homo de terra terrenus„ Secundus homo de caelo caelestis„ [48]Quales terrenus tales et terreni„ Et quales caelestis tales et caelestes„

[49]Igitur sicut portauimus imaginem terreni„ portemus et imaginem caelestis„ [50]hoc autem dico fratres„ Quoniam caro et sanguis regnum dei possidere non possunt· neque corruptio incorruptelam possidebit„

[51]Ecce mysterium uobis dico„ Omnes quidem resurgimus·
sed non omnes immutabimur„ [52]In momento in ictu oculi in
nouissima tuba„ Canit enim et mortui resurgunt incorrupti·
et nos immutabimur„ [53]Oportet enim corruptibile hoc· induere
incorruptelam· et mortale hoc· induere immortalitatem„ [54]Cum
autem mortale hoc induerit immortalitatem„ Tunc fiet sermo
499 qui scriptus est„ absorta est |mors in uictoria„ [55]Ubi est mors
uictoria tua· ubi est mors stimulus tuus

[56]Stimulus autem mortis peccatum est· uirtus autem peccati lex„ [57]Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum ihesum christum„ [58]Itaque fratres mei dilecti· stabiles estote et immobiles abundantes· in opere domini semper scientes quod labor uester non est inanis in domino

LXVI· [16, 1]De collectis autem quae fiunt sanctis sicut ordinaui ecclesiis galatiae ita et uos facite [2]per unam sabbati„ Unusquisque uestrum· aput se ponat recondens quod ei bene placitum fuerit ut non cum uenero· tunc collecte fiant„ [3]Cum autem praesens fuero quos probaberitis per epistulas hos mittam perferre gratiam uestram in hierusalem„ [4]Quod si dignum fuerit ut et ego eam mecum ibunt

c. XV, 42 – XVI, 4.

21. *incorruptelam*: ___
30. [*fiunt*] *iṅ ėȯ scis*, quod quidem correctum est e *scos* ita ut videas, scribam primum scribere voluisse *in eos scos*

[5]Ueniam autem ad uos cum machedoniam pertransiero·
nam machedonia |pertransibo· [6]aput uos autem forsitam· manebo 500
uel etiam hiemabo ut uos me deducatis quocumque iero,, [7]Nolo enim uos modo in transitu uidere,,

Spero enim me aliquantum temporis manere aput uos si dominus permiserit·

[8]Permanebo autem ephesi usque ad pentecosten

[9]Ostium enim mihi apertum est magnum et euidens et aduersarii multi,, [10]Si autem uenerit timotheus· uidete ut sine timore sit aput uos· opus enim domini operatur sicut et ego,,

[11]Ne quis ergo illum spernat· deducite autem illum in pace ut ueniat ad me· expecto enim illum cum fratribus,,

LXVII· [12]De apollo autem fratre notum uobis facio,,

Quoniam multum rogaui eum ut ueniret ad uos cum fratribus· et utique non fuit uoluntas ut non ueniret· ueniet autem cum ei oportunum fuerit

LXVIII· [13]Uigilate· state in fide· uiriliter agite et confortamini· [14]omnia uestra in caritate fiant,,

|**LXVIIII·** [15]Obsecro autem uos fratres nostis domum 501
stefanae et furtunati quoniam sunt primitiae achaiae

Et in ministerium sanctorum ordinauerunt se ipsos [16]ut et uos subditis eiusmodi et omni cooperand et laboranti

LXX· [17]Gaudeo autem in praesentia stefanae et fortunati et achaici· quoniam· id quod uobis deerat ipsi suppleuerunt,, [18]Refecerunt enim et meum spiritum et uestrum· cognoscite ergo qui huiusmodi sunt

LXXI· [19]Salutant uos ecclesiae asiae,, Salutant uos in domino multum· aquilam et priscilla· Cum domestica sua ecclesia,, [20]Salutant nos fratres omnes

Salutate inuicem in osculo sancto

LXXII· [21]Salutatio mea manu pauli

[22]Si quis non amat dominum ihesum christum· sit anathema· maranathan,, [23]Gratia domini nostri ihesu christi uobiscum

[24]Caritas mea cum omnibus uobis in christo ihesu · · · ·

EXPL· AD CORINTHIOS I·

INC· AD EOSDEM II·

c. XVI, 5–24.

11. *Ne* correctum e *Ni*
16. C ad marg. [*ei*] *uacuum*
22. C *subditis* [itis] *eiusmodi*
27. *asiae* corr. ex *achaiae*

502 |Post acta paenitentia consolatorias scribens a troade· conlaudans eos hortatur ad meliora

INC· BREBIS CORINTHIORVM II·

I· de passionibus et consolationibus

II· de tribulatione ingenti pauli ceterorumque in asia· et quod nemo in se fiduciam habere debeat sed in domino

III· de mutua gloriatione sanctorum in die domini

IIII· de apostolo deum testante· quod aduentum suum corinthiis parcendo distulerit

V· de differentia tristitiae et apostoli obiurgantis peccamina remittente

VI· de sanctis quod sint saluati odor uitae in uita pereuntibus uero odor mortis in mortem· de alterantibus uerbum dei

VII· de epistulis commendaticiis

VIII· de duobus testamentis et utrisque distantiae et quod ubi est spiritus domini ibi sit et libertas

VIIII· de ambulantibus in astutia et adulterantib· uerbum dei

503 **X·** de deo stius saeculi sensum infidelium· excae|cantes et de domino christo quod imago est dei

XI· de passionibus et tolerantia passionum de gloria

XII· de dissolutione terreni corporis ac praesentis et aedificatione ex deo quae est sempiterna in caelis

XIII· de peregrinatione sanctorum a domino quamdiu sunt in corpore et praesentia aput dominum cum exciderunt corpore de manifestatione omnium ante tribunal domini christi ihesu

XIIII· de apostolo suadente hominibus

XV· de eis qui in faciem et non in corde gloriantur

XVI· de abolitione ueterum· et renouatione· et reconciliationem nostram ad deum per dominum ihesum christum

XVII· de passionibus et laboribus apostoli et rerum omnium temperamento

XVIII· de separatione fidelium ab infidelib· et quod omnes sancti templum sint dei

XVIIII· de integritate apostoli

XX· de tribulatione pauli et comitum eius in machedonia et
504 consolatione |ex aduentu titi· et corinthiorum emendatione ueniente et tristitia secundum deum et tristitia saeculi

XXI· de ministerio quod fit in sanctos

XXII· de conlatione corinthiorum et aequalitate prout quisque habuit et de ministerio quod fit in sanctos

1. V^{s} *acta*^{m} *paenitatia*^{m} | M^{1} ad marg. [*consolatoria*] *epistolam*
2. M^{1} [*meliora·*] *tristatos quidem sed emendatos ostendit*
3. Inc. man. *BREUIS*, litera *U* superposita perfosse *B*
10. M^{1} *pecca*^{ta}*ṃịṇạ*
12. M^{1} *ṣạḷụạṭị*$^{credentib^{s}}$
13. M^{1} ad marg. *adu*[*lterantibus*]
18. M^{1} mutat *stius* in *istius* et *excaecantes* in —*e*
20. M^{1} ^{et}*ḍẹ gloria*
21. *corporiṡ*
24. M^{1} *exc*^{e}*ịde*^{ue}*ṛunt*
28. M^{1} *facie*, iûgulato *m*
29. M^{1} *renouatione*̂ ^{creaturae} *et* | M^{1} *reconcilliatione*, perfossa lit. *m*

Line 37: Manuscript clearly has ‘*ex aduentu*’, and is without edit or comment, yet Ranke writes ‘*et aduentu*’

XXIII· de armis carnalibus et de spiritalib· et apostoli potestate· et de his qui se ipsos conmendare conantur

XXIIII· de apostolo· corinthios uirgini conparante et tinente ne quemadmodum serpens euuam seduxit fallarentur

XXV· de integritate apostoli

XXVI· de pseudoapostolis et seductoribus ecelesiarum et de apostolo ex necessitate paulum gloriante· et passiones suas et labores ac pericula plurima recensente et raptum se usq· ad tertium caelum et paradisum post annos XIIII enarrante

XXVII· de integritate apostoli et seueritate acceptae potestatis a domino eis qui |paenitentiam non egerunt commenante **505**

XXVIII· de apostolo corinthios consolante·

. . . .

EXPL· BREBIS CORINTHIORVM
INC· CORPUS EPISTULAE
EIUSDEM II

. . . .

[1,] [1]Paulus apostolus ihesu christi per uoluntatem dei
et timotheus frater ecelesiae dei· quae est corinthi cum sanctis
omnibus qui sunt in uniuersa achaia
[2]Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino
ihesu christo
[3]Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi,,
Pater misericordiarum et deus totius consolationis,, [4]Qui con-
solatur nos in omni tribulatione nostra
Ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni praessura
sunt· per exhortationem quae exhortamur et ipsi a deo,,
[5]Quoniam sicut abundant |passiones christi in nobis· ita et per **506**
christum abundat consolatio nostra,,
[6]Siue autem tribulamur pro uestra exhortatione et salute,,
Siue exhortamur pro uestra consolatione quae operatur in
tolerantia earundem passionum quas et nos patimur,,
[7]Et spes nostra firma pro uobis,, Scientes quoniam sicut
socii passionum estis ita et consolationis eritis

c. I, 1–7.

3. *tenente* corr. e *tinente·* M^{1} *tiṇ̣ente* (im supra)
7. M^{1} *paulum* (lu supra)
12. M^{1} *commenante* (i supra)
28. Man. inc. obelo adhibito mutavit *quae* in *qua*
30. *abundat* puncto obeloque corr. ex *—ant*
31. C erasis vocc. *exortatione et salute* posuit *consolatione*

Line 35: Ranke marked the verse change to ‘7’, just prior to ‘Scientes’. The Vulgate shows it as I have moved it.

II· [8]Non enim uolumus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quae facta est in asia,, quoniam supra modum grauati sumus supra uirtute· ita ut taederet nos etiam uiuere,, [9]Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus· ut non simus fidentes in nobis sed in domino qui suscitauit mortuos,, [10]Qui de tantis periculis eripuit nos· et eruit in quem speramus,, quoniam et adhuc eripiet· [11]adiuuantibus et uobis in oratione
507 pro nobis,, Ut ex |multorum faciae quae in nobis est gratia· per multos gratiae agantur pro nobis,, [12]Nam gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae quod in simplicitate et sinceritate dei

Et non in sapientia carnali· sed in gratia dei conuersati sumus in hoc mundo abundantius autem ad uos

III· [13]Non enim alia scribimus uobis quam que legistis et cognouistis,, Spero autem quod usque in finem· cognoscitis [14]sicut et cognouistis nos ex parte

Quia gloria uestra sumus sicut et uos nostra in die domini nostri ihesu christi [15]et hac confidentia· Uolui prius uenire ad uos ut secundam gratiam haberitis,,

[16]Et per uos transirem in machedoniam,, Et iterum a machedonia uenire ad uos· et a uobis deduci in iudaeam,, [17]Cum hoc ergo uoluissem numquid leuitate usus sum aut quae cogito secundum carnem cogito ut sit aput me est et non

508 [18]Fidelis autem deus quia sermo |noster qui fit aput uos non est in illo est et non·

[19]Dei enim filius ihesus christus qui in uobis est qui per nos praedicatus est per me et siluanum· et timotheum· non fuit est· et non· sed est in illo fuit,, [20]Quotquot enim promissiones domini sunt in illo est,, Ideo et per ipsum amen deo ad gloriam nostram,,

[21]Qui autem confirmat nos uobiscum christus dominus et qui uncxit nos deus,, [22]Et qui signauit nos et dedit pignus christum in cordibus nostris

IIII· [23]Ego autem testem deum inuoco in animam meam,,

quod· parcens uobis non ueni ultra corinthum [24]non quia

c. I, 8–24.

8. *multorum faciae quae in nobis est gratia,* quibus puncis accedit siglum ℞ margini illatum. Quo monitus C in marg. inferiore scripsit *mul | tarum personis facierum | eius quae in nobis est donationis*

15. *cognoscitis* [ut videtur] mut. in *cognouistis*

23. C erasis originalibus [*me*] *est· est· non· non·*

28. *Quod*[t] *quod*[t]

dominamur fidei uestrae sed adiutores sumus gaudii uestri· fide enim statis

V· [2,] [1]Statui autem hoc ipse aput me ne iterum tristitiam uenirem ad uos,, [2]Si enim ego contristo uos et qui est qui me laetificet nisi qui contristatur ex me

[3]Et hoc ipsum scripsi uobis ut non cum uenero tristitiam super tristitiam habeam,, De quibus |oportuerat me gaudere **509**

Confidens in omnibus uobis· quia meum gaudium omnium uestrum est

[4]Nam ex multa tribulatione et angustia cordis scripsi uobis per multas lacrimas,, Non ut contristemini· sed ut sciatis quam caritatem habeo abundantius in uobis,,

[5]Si quis autem contristauit non me contristauit,, sed ex parte· ut non honorem omnes uos,, [6]Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio haec quae fit a pluribus,, [7]Ita ut e contra magis donetis et consolemini,, Ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est,, [8]Propter quod obsecro uos ut confirmetis in illum caritatem

[9]Ideo enim et scripsi ut cognoscam expertmentum uestrum an in omnibus oboedientes sitis,, [10]Cui autem aliquid donastis et ego,, Nam et ego quod donaui· si quid donaui propter uos in persona christi· [11]ut non circumueniamur a satanan· non enim |ignoramus cogitationes eius,, **510**

VI· [12]Cum uenissem autem troade propter euangelium christi et ostium mihi apertum esset in domino [13]non habui requiem spiritui meo· eo quod non inuenerim titum fratrem meum,, Sed uale faciens eis profectus sum in machedoniam

[14]Deo autem gratias qui semper triumphat nos in christo ihesu· et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco,, [15]Quia christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt· et in his qui pereunt,, [16]aliis quidem odor mortis in mortem

Aliis quidem odor uitae in uitam,, Et ad haec quis tam idoneus,, [17]Non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbum dei· sed ex inceritate sicut ex deo coram deo in christo ihesu loquimur

c. I, 24 – II, 17.

3. C vel fort. S *iterum*$^{\text{in}}$
14. V$^{\text{s}}$ mut. *honorem* in *ónerem*
15. *e contrařiȯ*
35. C vocabulo *inceritate* ad marg. literam *s* praemisit.

VII· [3, 1]Incipimus autem nosmet ipsos conmendare,, Aut numquid aegemus sicut quidam commendaticiis epistulis ad uos aut ex uobis

[2]Epistula nostra uos estis in christo· scripta in cordibus LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO· X
511 nostris quae scitur |et legitur,, Ab omnibus hominibus [3]manifestati quoniam epistula estis christi ministrata a nobis et scripta,, Non atramento sed spiritu dei uiui,,

Non in tabulis lapidaeis sed in tabulis cordis carnalibus

VIII· [4]Fiduciam autem talem habemus per christum ad deum

[5] Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis

Sed sufficientia nostra ex deo est,, [6]qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti,, Non littera sed spiritu,, littera enim occidit spiritus autem uiuificat,, [7]Quod si ministratio mortis· litteris deformata in lapidibus· fuit in gloria· ita ut non possent intendere fillis israhel· in faciem moysi propter gloriam uultus eius quae euacuatur

[8]Quomodo non magis ministratio· spiritus erit in gloria

[9]Nam si ministratio damnationis gloria est,,

Multo magis abundat ministerium iustitiae in gloria,,
512 [10]Nam nec |glorificatum est quod claruit in hac parte· propter excellentem gloriam,,

[11]Si enim quod euacuatur per gloriam est· multo magis quod manet in gloria est

VIIII· [12]habentes igitur talem spem multa fiducia utimur

[13]Et non sicut moyses ponebat uelamen super faciem suam ut non intenderent fili israhel· in faciem eius quod euacuatur [14]sed obtusi sunt sensus eorum,, Usque in hodiernum diem· id ipsud· uelamen· in lectione ueteris testamenti manet· non reuelatum quoniam· in christo euacuatur

[15]Sed usque in hodiernum diem cum legitur· moyses uelamen est positum super cor eorum,, [16]Cum autem conuersus fuerit ad deum anfertur uelamen

[17]Dominus autem spiritus est· ubi autem spiritus domini ibi libertas,, **+**

c. III, 1–17.

20. C originalem lectionem *ministratio* mut. in *ministerio*

29. 30. [*hodiernum*] *ėṅiṁ diem*

[18]Nos uero omnes reuelata facie gloriam domini specu-
lantes in eandem imaginem transformamur a claritate in cla-
ritatem tamquam a domini spiritu,,
|[4, 1]Ideo habentes hanc ministrationem iuxta quod miseri- 513
cordiam consecuti sumus non deficimus [2]sed abdicamus occulta
dedecoris,, Non ambulantes in astutia· neque adulterantes
uerbum dei sed in manifestatione ueritatis,, Commendantes
nosmet ipsos ad omnem conscientiam coram deo
X· [3]Quod si etiam opertum est euangelium nostrum
in his qui pereunt est opertum,, [4]In quibus deus huius saeculi
excaecauit mentes infidelium ut non fulgeat inluminatio euan-
gelii· gloriae christi· qui est imago dei,, [5]Non enim nosmet
ipsos praedicamus sed ihesum christum dominum nostrum,,
Nos autem seruos uestros per christum
IN EPIFANIA MANE [6]Quoniam deus qui dixit de tenebris lumen splendescere·
qui inluxit in cordibus nostris ad inluminationem scientiae
claritatis dei in facie christi ihesu,, [7]habemus autem thesaurum
istum in uasis fictilibus ut sublimitas |sit uirtutis dei et non 514
ex nobis,, [8]In omnibus tribulationem patimur sed non angu-
stiamur operiamur sed non destituimur· [9]persecutionem patimur
sed non derelinquimur,, deicimur sed non perimus
[10]Semper mortificationem ihesu in corpore nostro circum-
ferentes ut et uita ihesu in corporibus nostris manifestetur
XI· [11]Semper enim nos qui uiuimus in mortem tra-
dimur propter ihesum· ut et uita ihesu manifestetur in carne
nostra mortali,,
[12]Ergo mors in nobis operatur· uita autem in uobis
[13]habentes autem eundem spiritum fidei sicut scriptum est,,
IN PSALMO CXV Credidi propter quod locutus sum· et nos credimus propter
quod et loquimur,, [14]Scientes quoniam qui suscitauit ihesu et
nos cum ihesu suscitauit et constituit uobiscum
[15]Omnia enim propter uos· ut gratia abundans· per multos
gratiarum actione abundet in glo|riam dei,, [16]propter quod non 515
deficimus,, Sed licet his qui foris est· noster homo corrumpitur·
tamen his qui intus est renouatur de die in die
[17]Id enim quod in praesenti est momentaneum· et leue

c. III, 18 – IV, 17.

8. C ad marg. [*conscientiam*] *hominum*

tribulationis nostrae,, Supra modum in sublimitatem aeternum gloriae· pondus operatur in nobis,,

[18]Non contemplantibus nobis quae uidentur· sed quae non uidentur,,

Quae enim uidentur temporalia sunt quae autem non uidentur aeterna sunt +

XII· [5, 1]Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra
huius habitationis dissoluatur quod aedificationem ex deo
habeamus domum non manu factam aeternam in caelis,, [2]Nam
et in hoc ingemescimus,, habitationem nostram quae de caelo
est superindui cupientes· [3]si tamen uestiti non nudi inueniamur,,
516 [4]Nam et qui sumus in hoc habitaculo |ingemescimus grauati
eo quod nolumus expoliari sed superuestiri ut absorbeatar
quod mortale est in uita,, [5]Qui autem effecit nos in hoc
ipsum deus qui dedit nobis· pignus spiritu

XIII· [6]Audentes igitur semper et scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a domino,, [7]per fide enim ambulamus et non per speciem,, [8]Audemus autem et bonam uoluntatem habemus magis peregrinari a corpore et praesentes esse ad dominum,, [9]Et ideo contendimus siue absentes siue praesentes placere illi,, [10]Omnes enim nos manifestari oportet· ante tribunal christi,, Ut referat unusquisque propria corporis prout gessit· siue bonum siue malum,,

XIIII· [11]Scientes ergo timorem domini· hominibus suademus deo autem manifesti sumus

Spero autem et in conscientiis uestris manifestos nos esse

XV· [12]Non iterum nos commendamus uobis,, Sed
517 occansione damus gloriandi |pro nobis· ut habeatis ad eos qui
in facie gloriantur et non in corde,, [13]Siue enim mente exci-
dimus deo· siue sobrii sumus uobis [14]caritas enim christi urget
nos,, [15]Aestimantes hoc quoniam si unus pro omnibus mortuus
est ergo omnes mortui sunt·

Et pro omnibus mortuus est,, ut et qui uiuunt iam non sibi uiuant sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit·

XVI· [16]Itaque nos neminem nouimus secundum carnem

Et si cognouimus secundum carnem christum· sed nunc

c. IV, 17 – V, 16.

19. *habemus* in rasura alius formae fort. *habentes* scriptum est.
31. C ad marg. [*nos*,,] *iudicantes*
33. *ut* inter *est*,, et *Et* post scriptionem textus ingestum est, ita ut plena certitudine non gaudeat.
35. *nos* ex hoc *neminem*] correctura manus incertae.

Line 32: Ranke fails to notice punct following *sunt*.

iam non nouimus,, [17]Si qua ergo in christo noua creatura uetera transierunt· ecce facta sunt noua·

[18]Omnia autem ex deo qui reconciliauit nos sibi per christum et dedit nobis ministerium recouciliationis

[19]Quoniam quidem deus erat in christo mundum reconcilians sibi,, Non reputans illis delicta ipsorum et posuit in nobis uerbum reconcillationis,, [20]pro christo ergo legationem fungimur tamquam deo |exhortante per nos,, **518**

Obsecramus pro christo reconciliari deo,, [21]Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit· ut nos efficeremur iustitia dei in ipso,, [6, 1]Adiuuantes autem et exhortamur ne in uacuum gratia dei recipiatis·

IN ESAIA PROF·

[2]Ait enim· tempore accepto exaudiui te et in die salutis adiuuaui te

LECT· IN CAPUT QUADRAGESIME

XVII· Ecce nunc tempus acceptabile· ecce nunc dies salutis,, [3]Nemini dantes ullam offensionem· ut non uituperetur ministerium nostrum,,

[4]Sed omnibus exhibeamus nosmet ipsos sicut dei ministros· in multa patientia· in tribulationibus· in necessitatibus· in angustiis· [5]in plagis· in carceribus· in seditionibus· in laboribus· in uigiliis· in ieiuniis· [6]in castitate· in iscientia· in longanimitate· in spiritu sancto in suauitate· in caritate non ficta· [7]in uerbo ueritatis· in uirtute dei,,

Per arma iustitiae a dextris et sinistris,, [8]per glo|riam et ignobilitate,, **519**

per infamiam et bonam famam,, Ut seductores et ueraces,, Sicut qui ignoti et cogniti,, [9]Quasi morientes et ecce uiuimus

Ut castigati et non mortificati,, [10]Quasi tristes semper autem gaudentes

Sicut egentes multos autem locupletantes,, tamquam nihil habentes et omnia possidentes **+**

XVIII· [11]Os nostrum patet ad uos

O· chorinthi· cor nostrum dilatatum est· [12]Non angustiamini in nobis· Angustiamini autem in uisceribus uestris,, [13]Eandem autem habentes remunerationem tamquam filiis dico,, dilatamini et uos [14]nolite iugum ducere cum infidelibus,,

c. V, 16 – V1, 14.

4. *ministerium* obelis adhibitis ab incerto mut. in *mysterium*

18. Inc. *Sed*[in]*omnibus*

Line 33: Ranke fails to notice the punct after *O*, introducing the vocative *chorinthi*

Quae enim participatio iustitiae cum iniquitatem aut quae
societas luci ad tenebras,, [15]Quae autem conuentio christi ad
beliar aut quae pars fideli cum infidele,, [16]Qui autem consensus
templo dei cum idolis,, Uos enim estis templum dei uiui sicut
dicit deus
520 |,, Quoniam inhabitabo in illis et inambulabo inter eos IN NUMERI
,, Et ero illorum deus et ipsi erunt mihi populus,, [17]propter
,,quod exite de medio eorum et separamini dicit dominus
,, Et inmundum ne tetigeritis IN ESAIA PROF·
,, [18]Et ego recipiam uos et ero uobis in patrem et uos
eritis mihi in filios et filias dicit dominus omnipotens

XVIIII· [7, 1]has igitur habentes promissiones carissimi·
mundemus nos ab omni inquinamento carnis,, Et spiritus per-
ficientes sanctificationem in timore dei,, [2]Capite nos,, Neminem
laesimus neminem corrupimus neminem circumuemmus

[3]Non ad condemnationem dico,, praedixi enim quod in
cordibus nostris estis ad conmoriendum et ad conuiuendum

XX· [4]Multa mihi fiducia est aput uos multa mihi
gloriatio pro uobis,, Repletus sum consolationem,,

Superabundo gaudio in omni tribulatione nostra

[5]Nam et cum uenissemus machedoniam nullam requiem
521 habuit caro nostra· sed omnem tribulationem |passi· foris pugnae
intus timores,, [6]Sed qui consolatur humiles· consolatus est et
nos deus in aduentum titi,, [7]Non solum autem in aduentum
eius sed etiam in solacio quo consolatus est in nobis

Referens nobis uestrum desiderium· uestrum fletum· uestram
aemulationem pro me· ita ut magis gauderem,, [8]Quoniam etsi
contristaui uos in epistula non me paenitet et si paeniteret,,
Uidens enim quod epistula illa etsi ad horam uos contristauit
[9]nunc gaudeo,, Non quia contristati estis sed quia contristati
estis ad paenitentia,, Contristati enim estis secundum deum ut
in nullo detrimentum patiamini ex nobis,, [10]Quae enim secundum
deum tristitia est paenitentiam in salutem stabilem operatur,,
Saeculi autem· tristitiam mortem operatur

[11]Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari uos
quantam in uobis operatur sollicitudinem

c. VI, 14 – VII, 11.

25. C ᵘ*nobis*

Line 27: Ranke incorrectly sees *et si* for *etsi*, likewise, line 29.

|Sed defensionem· sed indignationem,, sed timorem· sed desiderium 522

Sed aemulationem· sed uindictam,, In omnibus exhibuistis uos incontaminatos esse negotio

[12]Igitur et si scribsi uobis non propter eum qui fecit iniuriam· nec propter eum qui passus est,,

Sed ad manifestandam sollicitudinem nostram quam pro uobis habemus ad nos coram deo,, Ideo consolati sumus in consolatione autem nostra,,

Abundantius magis gauisi sumus super gaudium titi· quia refectus est spiritus eius ab omnibus uobis

[14]Et si quid aput illum de uobis gloriatus sum non sum confusus,, sed sicut omnia uobis in ueritate locuti sumus· ita et gloriatio nostra· quae fuit ad titum ueritas facta est,, [15]Et uiscera eius abundantius in uobis sunt reminiscentes omnium uestrum oboedientiam,, Quomodo cum timore et tremore excepistis eum,, [16]Gaudeo |quod in omnibus confido in uobis 523

XXI· [8, 1]Notam autem facimus uobis fratres gratiam dei· quae data est in ecclesiis machedoniae,, [2]Quod in multo experimento tribulationis eorum abundantia gaudii ipsorum et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum

[3]Quia secundum uirtutem testimonium illis reddo et supra uirtutem uoluntarii fuerunt,,

[4]Cum multa exhortatione obsecrantes nos,, Gratiam et communicationem ministerii quod fit in sanctos· [5]Et non sicut sperauimus sed semet ipsos dederunt primum domino deinde nobis per uoluntatem dei,, [6]Ita ut rogaremus titum· et quemadmodum coepit ita et perficiat in nos etiam gratiam istam

XXII· [7]Sed sicut in omnibus abundatis fide et sermone et scientia et omni sollicitudine et insuper caritate uestra in nos ut et in hac gratia abundetis

|[8]Non quasi inperans dico· sed per aliorum sollicitudinem 524
etiam uestrae caritatis ingenium· bonum conprobans,, [9]Scitis enim gratiam domini nostri ihesu christi quoniam propter uos egenus factus est cum esset diues ut illius inopia uos diuites essetis

c. VII, 11 – VIII, 9.

10. Syllabae *magis gaui* a C in loco raso scriptae.
18. *facimus* corr. e *faciemus* | **FF̄.** post scriptum textum inter *uobis* et *gratiam* ingestum a me inprimi non debeat.
20. *eorum* itidem post ingestum.
27. Inc. *ėt* (u supra)
30. [*et*] *iṅṡüṗėṙ caritate*

Line 9: Ranke reads *nostra,,* as *nostra*·̄· Accusative, where ablative is expected. Here so corrected.
Line 30: Vulgate supports the original, so ignore this edit. Original text restored.

[10]Et consilium in hoc do

hoc enim uobis utile est· qui non solum facere sed et uelle coepistis· ab anno priore,, [11]Nunc uero et facto perficite ut quemadmodum promptus est animus uoluntatis· ita sit et perficiendi ex eo quod habetis,, [12]Si enim uoluntas prompta secundum id quod habet accepta est non secundum quod non habet

[13]Non enim ut allis sit remissio uobis autem tribulatio sed ex aequalitate [14]in hoc tempore praesenti

Uestra abundantia illorum inopia suppleat,, Ut et illorum abundantia uestrae inopiae sit supplementum ut fiat· aequalitas,, IN EXODO

[15]Sicut scriptum est

525 Qui multum habet non abun|dauit· et qui modicum non minorabit,, [16]Gratias autem deo qui dedit eandem sollicitudinem pro uobis in corde titi· [17]quoniam consolationem accepit,, Cum sit autem sollicitior· uoluntarius profectus est ad uos,,

[18]Misimus autem cum illo fratrem nostrum cuius laus in euangelio est per omnes ecclesias,, [19]Non solum autem uerum etiam ordinatus ab ecclesias comes peregrinationis nostrae in hac gratia quae ministratur a nobis ad eandem domini gloriam et designatam uoluntatem nostram,, [20]Deuitantes hoc ne quis nos repraehendat in hac plenitudine quae ministratur a nobis

[21]Prouidemus enim bonam non solum coram deo sed coram hominibus,, [22]Misimus autem cum illis et fratrem nostrum quem probauimus in multis saepe sollicitum esse

Nunc autem multo sollicitiorem confidentia multa in uos,,
526 [23]Siue pro tito qui est socius meus |et adiutor in uobis,, Siue fratres nostri apostoli ecclesiarum gloriae domini [24]Ostensionem ergo quae est caritatis nostrae et nostrae gloriae· pro uobis in ipsis ostendentes in faciem ecclesiarum,, [9, 1]Nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere uobis

[2]Scio enim uoluntatem uestram pro quo de uobis glorior aput machedonas,, Quoniam achaia parata est· ab anno praeterito· et quae ex uobis est aemulatio prouocauit plurimos,, [3]Misi autem fratrem ne quod gloriamur· de uobis euacuetur· in hac parte ut quemadmodum dixi parati sitis,,

c. VIII, 10 – IX, 3.

16

5. C [*prompta*] *est*
7. fort. S verba *uobis autem tribulatio* prius omnissa ipse reposuit.
23. C ad marg. [*sed*] *etiam*
28. C pro *dn̄i* quod erasum est, reposuit *xp̄i*
32. C ad marg. [*enim*] *průmptum animum uestrum*
35. C mut. *fratrem* in *fratres ut*
35. 36. [*euacuetur*] *ut exultatio uestra quae de uobis habemus non euacuetur*

[4]Ne cum uenerint mecum machedones et inuenerint uos
inparatos erubescamus nos in hac parte ut non dicamus uos
in hac substantia,, [5]Necessarium ergo existimaui rogare fratres
ut prae|ueniant ad uos· et praeparent· repromissam benedictio- 527
nem hanc parata esse,, Sic quasi benedictionem· non quasi
IN NATALE SANCTI LAURENTI auaritiam,, + [6]hoc autem dico qui parce seminat parce et
metit,, Et qui seminat in benedictione· ex benedictione· et metet
uitam aeternam

[7]Unusquisque secundum propositum cordis· non ex tristitia
aut ex necessitate,, hilarem enim datorem diligit deus,, [8]Potens
est autem deus omnem gratiam abundare in uobis· ut in
omnibus semper sufficientiam habentes abundetis in omni
IN PSALMO CXX opere bono,, [9]Sicut scriptum est

Disparsit dedit pauperibus iustitia eius manet in aeternum +

IN ESAIA PROF [10]Qui autem administrat semen seminanti et panem ad
manducandum,, praestauit et multiplicauit semen uestrum et
augebit incrementa frugum iustitiae uestrae,,

[11]Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem |simpli- 528
citatem quae operatur per nos gratiarum actione deo,,
[12]Quoniam ministerium huius officii non solum supplet ea
quae desunt sanctis,, Sed etiam abundat per multas gratiarum
actiones in domino·

[13]Per probationem ministerii huius glorificantes deum in
oboedientia confessionis uestrae,, In euangelium christi et
simplicitate communicationis in illos et in omnes [14]et ipsorum
obsecratione pro uobis

Desiderantium uos propter eminentem gratiam dei in
uobis,, [15]Gratias deo super inenarrabili dono eius,, [10, 1]Ipse
autem ego paulus,, Obsecro uos per mansuetudinem et mo-
destiam christi qui in facie quidem humilis inter uos· absens
autem confido in uobis,,

XXIII· [2]Rogo autem ne praesens audeam per eam
confidentiam qua existimo audere in quosdam qui arbitrantur
nos· tamquam secundum carnem ambulemus,, [3]In carne enim
ambulantes· non secundum |carnem militamus,, 529

[4]Nam arma militae nostrae non carnalia sed potentia

c. IX, 4 – X, 4.

4. $\overset{\text{n}}{\textit{praeueniat}}$
6. C *dico* $\overset{\text{quoniam}}{\wedge}$ *qui*
11. C ad marg. [*abundare*] *facere*
19. *actionem̄*
30. *faciem̄*
32. C *autem*$^{\text{uos}}$ *ne*

Line 27: Ms. clearly has [*eminentem*] *gratiam*, but Ranke writes *gratia*. Here corrected.

deo· ad distructionem munitionum· [5]consilia destruentes,, Et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei

Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium christi [6]et in promptu habentes ulcisci omnem inoboedientiam

Cum inpleta fuerit uestra oboedientiam [7]quae secundum faciem sunt uidete

Si quis confidit sibi christi seruum se esse· hoc cogitet iterum aput se quia sicut ipse christi est ita et nos,,

[8]Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra· quam dedit dominus in aedificationem· et non in destructionem uestram non erubescam [9]ut non existimer tamquam terrere uos per epistulas,, [10]Quoniam quidem epistulae inquiunt graues sunt et fortes praesentia autem corporis infirma· et sermo contemtibilis,, [11]hoc cogitet qui eiusmodi
530 est· quia quales |sumus uerbo per epistulas absentes tales et praesentes in facto,, [12]Non enim audemus inserere aut conparare nos quibusdam qui se ipsos conmendant,, Sed ipsi in nobis nosmet ipsos metientes et conparantes nosmet ipsos nobis,,

[13]Nos autem non in inmensum gloriabimur· sed secundum mensuram regulae quam mensus est nobis deus· mensura pertingendi usque ad uos,, [14]Non enim quasi non pertingentes ad uos superextendimus nos,, Usque ad uos enim peruenimus in euangelio christi,, [15]Non inmensum gloriantes in alienis laboribus,, Spem autem habentes crescentes fidei uestrae in uobis magnificari,, Secundum regulam nostram in abundantiam [16]etiam in illa quae ultra uos sunt euangelizare

Non aliena regula in his quae praeparata sunt gloriari

+ [17]Qui autem gloriatur in domino glorietur,, Non enim LECT· IN NATALE MARTYRIS
531 qui se ipsum conmendat ille probatus est· sed quem |dominus conmendat IN ESAI PROF·

XXIIII· [11, 1]Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae sed et subportate me,, [2]Aemulor enim uos dei aemulatione,, Despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere christo,, + [3]Timeo autem ne sicut serpens euam seduxit

c. X, 4 – XI, 3.

11. [*quam*] *nobis* (punctis notatum)
25. Fort. C *Non*[in]*inmensum*
29. Idem *Non*[in]*aliena*
30—33. Notae marginales in cod. ita scriptae sunt, ut altera iuxta alteram, non sub altera locum habeat, ac quidem ad textum propius accedet biblica, longius recedat liturgica, quae positio in editione impressa exhiberi non potuit.
31. In scripto est *ill'e*. Lineolam vero vides non literam.
34. *sed*[et]*subportate*, quae correctura ipsius scribae esse videtur.

astutia sua· ita corrumpantur sensus uestri et excidant a simplicitate quae est in christo ihesu·

XXV· [4]Nam si his qui uenit alium christum praedicat quem nos non praedicauimus aut alium christum accepistis quem non accepistis aut alium euangelium quod non recepistis recte pateremini,, [5]Existimo enim nihil me minus fecisse uobis ab aliis apostolis,, [6]Sed et si imperitus sermone sed non tam scientia,, In omnibus autem manifestatus sum uobis,, [7]Aut numquid peccatum feci me ipsum humilians ut uos exaltemini quoniam gratis euangelium dei euangelizaui uobis,, [8]alias ecclesias expoliaui |accipiens stipendium ad ministerium uestrum **532**

[9]Et cum essem aput uos et egerem nulli onerosus fui nam quod mihi deerat suppleuerunt fratres qui uenerunt a machedoniam

Et in omnibus sine onere me uobis seruaui et seruabo,, [10]Est ueritas christi in me quoniam haec gloriatio non infringetur in me in regionibus achaiae,, [11]Quare quia non diligo uos deus scit· [12]quod autem facio et faciam ut amputem occansionem eorum qui uolunt occansionem,, Ut in quo gloriantur tales inueniantur sicut et nos

XXVI· [13]Nam eiusmodi· pseudoapostoli operarii subdoli· transfigurantes se in apostolos christi [14]et non mirum cum ipse enim satanas transfigurat se ut angelum lucis,, [15]Non est ergo magnum si ministri eius transfigurarentur uelut ministri iustitiae· quorum finis erit secundum opera ipsorum,, [16]Iterum dico ne quis me existimet insipientem,, alioquin uelut insipientem accipi|te me,, Ut ego modicum quid glorier,, **533** [17]quod loquor non loquor secundum deum,, Sed quasi in insipientia in hac substantia gloriae,, [18]Quoniam multi gloriantur secundum carnem et ego gloriabor

LECT· DE INDUL-GENTIA

[19]Libenter enim suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes,, [20]Sustinetis enim si quis uos in seruitutem redigit,, Si quis deuorat,, Si quis accepit si quis extollitur· Si quis in faciem uos caedit [21]secundum ignobilitatem dico·

Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte in quo quis audet in insipientia dico,, Audeo et ego,, [22]hebraei sunt et ego,, Israhelitae sunt et ego,,

c. XI, 3–22.

13. *machedoniā*, litera *h* ita erasa, ut commode legi possit. Cf. 233, 21.

18. 19. C *gloriantur* (**tales** above). Debebat *tales* in editione omitti.

22. *transfigurarėt* | Inc. *ut* (**in** above)

25. C [*insipientem*,,] *esse*

34. *nos* fort. a C corr. e *non* ut videtur.

Line 15: Ms. has [*haec*] *gloria*Tio Ranke fails to comment and had [*haec*] *gloria*. I have incorporated this edit.
Lines 15 & 16 Ms. has *infrigetur* corrected to *infri***n***getur*, which Ranke accepts without comment.

Semen abrahae sunt et ego,, [23]Ministri christi sunt et ego· Ut minimus sapiens dico plus ego,,

In laboribus plurimis,,

In carceribus abundantius,, In plagis supra modum,, in montibus· Frequenter· [24]a iudaeis quinquies quadragenas una
534 minus accepi,, [25]Ter uirgis caesus sum,, Semel |lapidatus sum,, Ter naufragium feci,, Noctu et die in profundum maris fui [26]in itineribus,, Saepe periculis fluminum

Periculis latronum,, periculis ex genere,, periculis ex gentibus,, periculis in ciuitate,, periculis in solitadine,, periculis in mari,, periculis in falsis fratribus· [27]in labore et erumna· in uigiliis multis· in fame et siti· in ieiuniis multis· in frigore et nuditate· [28]praeter illa quae extrinsecus sunt· instantia mea cotidiana· Sollicitudo omnium ecelesiarum,, [29]Quis infirmatur et ego non infirmor,, Quis scandalizatur et ego non uror,, [30]Si gloriari oportet quae infirmitatis meae sunt gloriabor,, [31]Deus et pater domini nostri ihesu christi scit qui est benedictus in saecula quia non mentior,, +

[32]Damasci praepositus gentis aretae regis· custodiebat ciuitatem damaschenorum ut me conpraeheaderet,, [33]Et per
535 fenestram in sportam |demissus sum per murum et sic effugi manus eius,, [12, 1]Si gloriari oportet non expedit quidem

Ueniam autem ad uisiones et reuelationes domini,,

[2]Scio hominem in christo ante annos quattuordecim· siue in corpore nescio siue extra corpus· nescio· deus scit· raptum huiusmodi usque ad tertium caelum,, [3]Et scio huiusmodi hominem· siue in corpore· siue extra corpus nescio deus scit,, [4]Quoniam raptus est in paradysum,, Et audiuit archana uerba· quae non licet homini loqui,, [5]Pro huiusmodi gloriabor· pro me autem nihil gloriabor· nisi in infirmitatibus meis,, [6]Nam et si uoluero gloriari· non ero insipiens· ueritatem enim dicam,, Parco autem ne quis me existimet supra id quod uidet me· aut audit ex me,, [7]Et ne magnitudo reuelationum extollat me,, Datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae ut me colaphizet,,

536 |[8]Propter quod ter dominum rogaui ut discederet a me,,

c. X1, 22 – XII, 8.

5. Inc. man. *mo*^{r}*ntibus*

17. *Deus et pater* fort. iam a S corr. e *pater*

25. *corpus* fortasse iam ab eodem corr. e *corpore*

33. C vel S *audit*^{aliquid} *ex*

Line 2: There is a Vulgatisaton edit here which Ranke accepts without comment. The edit alters *minimus* to *minus*. There is minimal difference in meaning, so I have restored the original.

[9]Et dixit mihi· sufficit tibi gratia mea· nam uirtus in infirmitate perficitur

Libenter igitur gloriabor in infirmitatabus meis ut inhabitet in me uirtus christi,, [10]Propter quod placeo mihi in infirmitatibus in contumeliis· in necessitatibus· in persecutionibus· in angustiis pro christo,, Cum enim infirmor· tunc potens sum,,

[11]Factus sum insipiens uos me coegistis· Ego enim debui a uobis conmendari

Nihil enim minus fui ab his qui sunt supra modum apostoli,, Tametsi nihil sum [12]signa uero apostoli facta sunt super uos,,

In omni patientia signis et prodigiis et uirtutibus

[13]Quid est enim quod minus habuistis prae ceteris ecclesiis· nisi quod ego ipse non grauaui uos,,

XXVII· Donate mihi hanc iniuriam

[14]Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos et non ero grauis uobis,, Non enim quaero quae uestra sunt sed uos,, Nec enim |debent filii parentibus thesaurizare· sed parentes 537
filiis,, [15]Ego autem libentissime inpendam et superinpendar ipse pro animabus uestris·

Licet plus uos diligens minus diligar [16]sed esto,, Ego ipse uos non grauaui,,

Sed cum essem astutus dolo uos coepi,, [17]Numquid per aliquem eorum quos misi ad uos circumueni uos

[18]Rogaui titum et misi cum illo fratrem· numquid titus uos circumuenit

Nonne eodem spiritu ambulauimus· nonne hisdem uestigiis,, [19]Olim putatis quod excusemus nos aput uos coram deo in christo loquimur,, Omnia autem carissimi propter uestram aedificationem

[20]Timeo enim ne forte cum uenero non quales uolo inueniam uos,, Et ego inueniar a uobis non qualem uultis,, Ne forte contentiones· aemulationes· animositates· dissensiones· detractiones· susurrationes· inflationes· seditiones sint inter uos,,
[21]Ne iterum |cum uenero humiliet me deus aput uos,, Et 538

c. X11, 9–21.

10. C ad marg. [*minus*] *feci* 29. 36. *aput* mut. in *apud*

Line 19: Ms. has *theñsaurizare*· Ranke deletes the *n* without comment.

lugeam multos ex his qui ante peccauerunt· et non egerunt paenitentiam super inmunditiam et fornicationem et inpudicitiam quam gesserunt

[13, 1]Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos,, In ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum,, [2]praedixi et praedico ut praesens bis et nunc absens his qui ante peccauerunt et ceteris omnibus· quoniam· si uenero iterum non parcam

[3]An experimentum quaeritis eius qui in me loquitur christus,, Qui in uos non infirmatur sed potens est in uobis,, [4]Nam etsi crucifixus est ex infirmitate sed uiuit ex uirtute dei

Nam et nos infirmi sumus in illo sed· uiuimus cum eo ex uirtute dei in uobis

[5]Uosmetipsos temptate si estis in fide ipsi uos probate,, An non cognoscitis uos· quia christus ihesus in uobis est· nisi forte reprobi estis,,

539 [6]Spero autem quod cognos|citis quia nos non sumus reprobi,, [7]Oramus autem deum· ut nihil mali faciatis,, Non ut nos probati pareamus· sed ut uos quod bonum est faciatis,, Nos autem ut reprobi simus [8]non enim possumus aliquid· aduersus ueritatem sed pro ueritatem,, [9]Gaudemus enim quando nos infirmi sumus· uos autem potentes estis· hoc et oramus uestram consummationem,, [10]Ideo haec absens scribo· ut non praesens durius agam secundum potestatem· quam dominus dedit mihi in aedificationem et non in distructionem

XXVIII· [11]De cetero fratres gaudete perfecti estote exhortamini idem sapite,, pacem habete et deus pacis et dilectionis erit uobiscum,, [12]Salutate in inuicem in osculo sancto,, Salutant uos sancti omnes,, [13]Gratia domini nostri ihesu christi et caritas dei et communicatio sancti spiritus cum omnibus uobis· AMEN ⁝ **EXPL·**

AD CORINT· II· INC· AD GALATAS

c. XII, 21 – XIII, 13.

10. $\overline{xps}$ iam a scriba in $\overline{xpi}$ mutatum videtur.
15. [*uos*] *i̇ṗṡȯṡ*
18. *autem* **ad** *deum*, correctura incertae manus.
19. *p***a***ereamus*

|Galatae sunt graeci hii uerbum ueritatis primum ab apostolo acceperunt sed post discessum eius temptati sunt a falsis apostolis ut in lege et circumcisione uerterentur hos apostolos reuocat ad fidem ueritatis scribens ab epheso **540**

I· de resurrectione domini
II· de apostolo a circumcisione galatas refrenante et nobas doctrinas anatematezante„
III· de apostolo hominibus displicente
IIII· de apostolo euangelium non ab hominibus sed a deo diuinitus consecuto·
V· de apostolo uitam suam priorem in iudaismo et postea segregationem ad apostolatum et deinceps iter omnem uel cursum ad galatas prosequentem
VI· de falsis fratribus· et de petro in circumcisione paulo uero in gentibus ordinatis
VII· de petro anthiocia cum gentibus conueniente et de paulo hoc in conspectu omnium repraehendente
|VIII· de apostolo legem ueteris testamenti per crucem et passionem domini destruente **541**
VIIII· de apostolo galatarum stultitiam inclamante quod cum ex auditu fidei spiritus accepissent legis et circumcisoni postmodum subiugassent
X· de omnibus qui ex operibus legis sunt quod subiecti sunt maledicto
XI· de his qui in lege sunt quod non iustificentur ad deum
XII· de domino redimente nos a maledicto legis cum pro nobis ipse factus sit maledictum
XIII· de conparatione testamenti hominis ad promissionem dei in semine abrahae quod est dominus christus
XIIII· de lege posita quoadusq· ueniret semen repromissionis
XV· de scribtura concludente omnia sub peccato et legis custodia ut promissio daretur credentibus ex fide domini nostri ihesu christi
XVI· de aequalitate omnium gentium in domino christo |credentium et liberorum ad seruorum **542**
XVII· de credentibus omnibus quod unum semen sint abrahae
XVIII· de conparatione heredis infantis
XVIIII· de iudaeis credentibus sub aelementis mundi seruitio constrictis donec dominus factus ex femina adque sub lege a patre in saeculum mitteretur
XX· de credentibus in dominum quod non sint iam serui sed

2. M[1] [sus] *acceperunt*
3. Fort. V *ue[r]terentur* | M[1] *lege et circumcisione* [re] *uerterentur*
4. M[1] scribens [eis] | M[1] [*epheso*] *per titum*, quae duo verba imprimenda erant.
6. M[1] *no[v]bas*
12. M[1] *omne*, litera *m* obelo traiecta.
16. *anthioc[h]ia*
21. M[1] *sps* [m] | M[1] *circumcisioni* [e]
25. M[1] *ad* [a] *dm* [do]
26. M[2] *a* [ex] *maledicto*
35. M[1] *ad* [q·]

filii· et quod qui secundum legem ueteris testamenti uult uiuere aelementis mundi optat potius seruire quam deo

XXI· de fide in aduentu apostoli et reuerentia galatarum

XXII· de seductorib· galatarum

XXIII· de duob· filiis abrahae et testamentis duob· et monte sina· et hierusalem terrestri adq· caelesti

XXIIII· de circumcidentibus se quod ihesus christus eis nihil proderit sed debitores sint totius legis faciendae

XXV· de circumcisione et praeputio quod nihil sint nihil fides per dilectionem operata

543 **|XXVI·** de cursu primo fidei galatarum et de damnationem male suadentium ac seductorum

XXVII· de circumcisione et crucis scandalo

XXVIII· de inpletione legis in proximi dilectione et periculo liboris adq· certaminis

XXVIIII· de contentione carnis et spiritus

XXX· de contemptu inanis gloriae ac praesentis

XXXI· de sustentatione mutua inter fratres et onere communi uel proprio

XXXII· de humanitate discentium uerbum domini erga doctores

XXXIII· de seminatione carnalium uel spiritalium

XXXIIII· de elemosyna fauenda in omnes sed maxime ad domesticos fidei

XXXV· de circumcisis non seruantibus legem et apostolo in cruce domini gloriante

XXXVI· de circumcisione et praeputio quod nihil sint sed noba creatura pacem habeat sempiternam

XXXVII· de apostolo in corpore suo stagmata domini nostri ihesu christi portantem: AMEN

. . . .

544 |[1,] [1]Paulus apostolus non ab hominibus neque per
hominem· sed per ihesum christum et deum patrem,, Qui
suscitauit eum a mortuis,, [2]Et qui mecum sunt omnes fratres
ecclesiis galatiae,, [3]Gratia uobis et pax a deo patre nostro
et domino ihesu christo· [4]qui dedit semet ipsum pro peccatis
nostris· ut eriperet nos de praesenti saeculo nequam· Secundum
uoluntatem dei et patris nostri· [5]cui est gloria in saecula
saeculorum· amen

c. I, 1–5.

9. M^1 [*sint ni*]*si*, syllaba *hil* obelo perfossa.
11. Inc. *damnatione*, lit. *m* obelo traiecta.
26. M^1 *no$\overset{y}{b}$a*
28. M^1 *st$\overset{i}{ạ}$gmata*
29. M^1 *portante*, lit. *m* obelo deleta.

II· [6]Miror quod sic tam cito transferemini ab eo qui uos uocauit in gratia christi in aliud euangelium,, [7]Quod non est aliud nisi si sunt aliqui qui uos conturbant· et uolunt conuertere euangelium christi,, [8]Sed licet nos· aut angelus de caelo euangelizet uobis· praeterquam quod euangelizauimus uobis,, anathema sit·

[9]Sicut praediximus et nunc iterum dico,, Si quis uobis euangelizauerit praeter id quod accepistis anathema sit

III· [10]Modo enim hominibus suadeo· an deo· aut quaero |hominibus placere,, **545**

LECT· IN QUADRAGESIMA DOMINICA IIII

Si adhuc hominibus placerem· christi seruus non essem

IIII· [11]Notum autem uobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me quia non est secundum hominem,, [12]Neque enim ego ab hominem accepi illud,, Neque didici sed per reuelationem ihesu christi

V· [13]Audistis enim conuersationem meam aliquando in iudaismo,, Quoniam supra modum persequebar ecclesium dei et expugnabam illam,, [14]Et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos in genere meo,, Abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum,,

[15]Cum autem placuit ei qui me segregauit de utero matris meae· et uocauit per gratiam suam [16]ut reuelaret filium suum in me· ut euangelizem illum in gentibus,, Continuo non adquieui carni et sanguini [17]neque ueni hierosolyma ad antecessores meos apostolos,, Sed abii in arabiam· et iterum |reuersus sum damascum **546**

[18]Deinde post annos tres ueni hierosolyma uidere petrum et mansi aput eum diebus XV,, [19]Alium autem apostolorum uidi neminem nisi iacobum fratrem domini,, [20]Quae autem scribo uobis ecce coram deo quia non mentior,, [21]Deinde ueni in partes syriae et ciliciae· [22]eram autem ignotus facie ecclesiis iudaeae quae erant in christo,, [23]Tantum autem auditum habebant· quoniam qui persequebantur nos aliquando nunc euangelizat fidem quam aliquando expugnabat [24]et in me clarificabat deum +

c. I, 6–24.

23. *euangeli*[ar]*zem*

VI· [2,] [1]Deinde post annos XIIII iterum ascendi hierosolyma cum barnaba adsumpto tito,, [2]Ascendi autem secundum reuelationem et contuli cum illis euangelium dei quod praedico in gentibus

Seorsum autem his qui uidebantur aliquid esse

Ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem

[3]Sed neque titus qui mecum erat cum esset gentilis conpulsus est circumcidi

547 |[4]Sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in christo ihesu ut nos in seruitutem redigerent,, [5]Quibus neque ad horam cessimus subiectioni· ut ueritas euangelii permaneat aput uos

[6]Ab his autem qui uidebantur esse aliquid quales aliquando fuerint nihil mea interest,, Deus personam hominis non accepit,, Mihi enim qui uidebantur esse aliquid nihil contulerunt,,

[7]Sed e contrario cum uidissent quod creditum est mihi euangelium praeputii· sicut Petro circumcisionis,, [8]Qui enim operatus est petro in apostolatam circumcisionis operatus est et mihi inter gentes,, [9]Et cum cognouissent gratiam quae data est mihi,, Petrus et iacobus et iohannis qui uidebantur columnae esse dextras derunt mihi et barnabae societatis,, Ut nos in
548 gentes ipsi autem in circum|cisionem,, [10]Tantum ut pauperum memores essemus quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere

VII· [11]Cum autem uenisset petrus anthiocham in faciem ei restiti quia repraehensibilis erat,, [12]Prius enim quam uenirent quidam ab iacobo cum gentibus edebant,, Cum autem uenissent subtrahebat et segregabat se timens eos qui ex circumcisione erant,, [13]Et simulationi eius consenserunt ceteri iudaei ita ut et barnabas duceretur ab eis in illa simulatione,, [14]Sed cum uidissem quod non recte ambularent ad ueritatem euangelii dixi petro coram omnibus,,

Si tu cum iudaeus sis gentiliter et non iudaicae uiuis quomodo gentes cogis iudaizare,, [15]Nos natura iudaei et non ex gentibus peccatores,, [16]Scientes quod non iustificatur homo

c. II, 1–16.

23. Inc. *de*[de]*runt*
26. [*petrus*] *ċėṗħȧṡ*
33. [*petro*] *ċėṗħȧė*
36. C vel S *Scientes* [autem] | C vel S *iustific*$\overset{\text{bi}}{\text{a}}$*tur*

ex operibus legis nisi per fidem ihesu christi,, Et nos in christo ihesu credimus ut iustificemur ex fide christi et non ex operibus legis,, ex ope|ribus enim legis non iustificabitur 549 omnis caro

VIII· [17]Quod si quaerentes iustificari in christo· inuenti sumus et ipsi peccatores

Numquid christus peccati minister est· absit,, [18]Si enim quae destruxi· haec iterum aedifico· praeuaricatorem me instituo,, **+** [19]Ego enim per legem legi mortuus sum ut deo uiuam christo confixus sum Cruci·

LECT· POST INDULGENTIA FERIA II

[20]Uiuo autem iam non ego uiuit uero in me christus·

Quod autem nunc uiuo in carne in fide uiuo fili dei qui dilexit me et tradidit se ipsum pro me,, [21]Non abicio gratiam dei,, si enim per legem iustitia· ergo christus gratis mortuus est

VIIII· [3, 1] O insensati galatae quis uos fascinauit,, ante quorum oculos christus ihesus proscriptus est crucifixus,, [2]hoc solum a uobis uolo discere ex operibus legis spiritam accepistis an ex auditu fidei,, [3]Sic stulti estis ut cum spiritu coeperitis nunc carne consummamini,, [4]Tanta passi estis sine causa· si tamen sine causa,, [5]Qui ergo |tribuit uobis spiritum· 550 et operatur uirtutes in uobis ex operibus legis· an ex auditu fidei,, [6]Sicut scriptum est,, Credidit abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam,, **+** [7]Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt· hii sunt filii abrahae

LECT· POST INDULGENTIA FERIA III

[8]Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus praenuntiauit abrahae,, Quia benedicentur in te omnes gentes

X· [9]Igitur qui ex fide sunt benedicentur cum fideli abraham,, [10]Quicumque enim ex operibus legis sunt sub maledicto sunt

IN DEUTERONOMIO

Scriptum est enim maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quae scripta sunt in libro legis ut faciant ea

XI· [11]Quoniam autem in lege nemo iustificatur aput deum manifestum est,, Quia iustus ex fide uiuit,, [12]Lex autem non est ex fide· sed qui fecerit ea uiuit in illis

IN DEUTERONOMIO

XII· [13]Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum

c. II, 16 – III, 13.

2. Inc. *credi*[di]*mdimus*
3. C [,,] *Propter quod*, correctura scripta super rasura syllabarum *ex ope* | [*ex operibus*] *enim*
13. fort. S. *se*[met] *ipsum*
16. [*est*] *in uobis*. Inc. manus addidit ad marg. *et*
34. Nota marg. uidetur esse Victorina.

551 Quia scriptum est,, Male|dictus omnis qui pependit in ligno [14]ut in gentibus benedictio abrahae fieret in christo ihesu ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem + IN DEUTERONOMIO

XIII· [15]Fratres secundum hominem dico,, Tamen hominis confirmatum testamentum· + nemo spernit aut superordinat,, [16]Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius,, DE ADUENTU DOMINI LECTIO COTIDIANA

Non dicit et seminibus quasi in multis sed quasi in uno et semini tuo qui est christus,, [17]hoc autem dico,,

Testamentum confirmatum a deo quae post CCCC et XXX annos facta est lex

Non irritam facit ad euacuandam promissionem patrum,, [18]Nam si ex lege hereditas iam non ex repromissione,, Abrahae autem· per repromissionem· donauit deus

XIIII· [19]Quid igitur lex propter transgressiones posita est· donec ueniret semen cui repromiserat· ordinata per angelos in manu mediatoris,, [20]Mediator autem unius non est deus autem unus est,,

552 |**XV·** [21]Lex ergo aduersus promissa dei· absit,, Si enim data esset lex quae possit uiuificare,, Uere ex lege esset iustitia· [22]sed conclusit scriptura omnia sub peccato ut repromissio ex fide ihesu christi daretur credentibus,, [23]Prius autem quam ueniret fides sub lege custodiebamur· conclusi in eam fidem quae reuelanda erat,, [24]Itaque lex pedagogus noster erat in christo ihesu ut ex fide iustificemur,, [25]Ad ubi uenit fides iam non sumus sub pedagogo,, [26]Omnes enim filii dei estis per fidem in christo ihesu +

XVI· [27]Quicumque enim in christo baptizati estis christum induistis,, [28]Non est iudaeus neque graecus,, Non est seruus neque liber,, Non est masculus neque femina LECTIO IN EPIFANIA

Omnes enim uos unum estis in christo ihesu

XVII· [29]Si autem uos unum estis in christo ihesu· ergo abrahae semen estis secundum promissionem heredes

XVIII· [4, 1]Dico autem quanto tempore heres paruulus
553 nihil differt a seruo cum sit |dominus omnium· [2]Sed sub totoribus et actoribus est usque ad praefinitum tempus a patre

XVIIII· [3]Ita et nos cum essemus paruuli sub aelementis

c. III, 13–IV, 3.

1. *ṗėpendit.* Retinui codicis lectionem.
5. Quid sibi velit crucicula nescitur.
30. Jubente Victore, cuius ℞ ad marginem est, voc. *unum* additum est quod Scr. omiserat.
36. *aelementis* obelo adhibito in *elementis* mutatum, cf. 254, 11. 12.

huius mundi eramus seruientes„ [4]Ad ubi uenit plenitudo temporis„

Misit deus filium suum„ Natum ex muliere factum sub lege [5]ut eos qui sub lege erant redimeret· ut adoptionem filiorum reciperemus

XX· [6]Quoniam estis fili dei misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem abba pater„ [7]Itaque iam non est seruus sed filius· quodsi filius· quodsi filius et heres per deum„+ [6]Sed tunc quidem ignorantes deum his qui natura non sunt dii seruiebatis„ [9]Nunc autem cum cognoueritis deum· Immo cogniti sitis a deo· quomodo conuertimini iterum· ad infirma et egena elementa quibus denuo seruire uultis„ [10]Dies obseruatis et menses et tempora et annos„ [11]Timeo uos ne forte sine causa· |laborauerim in uobis **554**

[12]Estote sicut et ego quia et ego sicut uos

XXI· Obsecro autem uos fratres nihil me laesistis„ [13]Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui uobis iam pridem

[14]Et temptationem uestram in carne mea non spraeuistis neque respuistis sed sicut angelum dei excepistis me sicut christum ihesum„ [15]Ubi est ergo beatitudo uestra„ Testimonium enim perhibeo uobis quia si fieri possit· oculos uestros eruissetis et dedissetis mihi

[16]Ergo inimicus uobis factus sum uerum dicens uobis„

XXII· [17]Aemulantur uos non bene sed excludere uos uolunt ut illos aemulemini„

[18]Bonum autem aemulamini· in bono semper et non tantum cum praesens sum aput uos·

XXIII· [19]Filioli mei quos iterum parturio donec formetur christus in uobis„ [20]Uellem autem esse aput uos modo et mutarem uocem meam quoniam |confundor in uobis„ **555**

[21]Dicite mihi qui sub lege uultis esse legem non legistis„ [22]Scribtum est enim quoniam abraham duos filios habuit· unum de ancilla· et unum de libera

[23]Sed qui de ancilla secundum carnem natus est· qui autem de libera per repromissionem [24]quae sunt per allegoria

c. IV, 3–24.

11. 12. *ȧegena ȧelementa*

Line 8: The manuscript shows clearly that '*quodsi filius*' is repeated, with growth of phrase, like a poetic magnification. There is no sign that this is an error, nor mark of deletion. It should therefore stand. I have restored what I believe Ranke mistakenly omitted.

dicta,, haec enim sunt duo testamenta,, Unum quidem a monte sina in seruitutem generans quae est agar·

[25]Sina enim mons est in arabia· qui coniunctus est ei quae nunc est hierusalem et seruit cum filiis suis,, [26]Quae sursum est autem hierusalem libera est quae est mater nostra,, sicut [27]scriptum est

Laetare sterelis quae non paris erumpe et exclama quae non parturis IN ESAIA PROF·

Quia multi filii desertae magis quam eius quae habet uirum,, [28]Nos autem fratres secundum isaac promissionis filii sumus

556 [29]Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus |fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum ita et nunc,, [30]Sed quid dicit scriptura· eice ancilla et filium eius,, Non enim heres erit filius ancillae cum filio liberae· [31]Itaque fratres non sumus ancillae filii sed liberae [5, 1]qua libertate nos christus liberauit

State et nolite iterum iugo seruitutis contineri

XXIIII· [2]Ecce ego paulus dico uobis quomam si circumcidamini christus uobis nihil proderit,, [3]Testificor autem rursum omni homini circumcidenti se· quoniam debitor est uniuersae legis faciendae,,

[4]Euacuati estis a christo qui in lege iustificamini a gratia excidistis,, [5]Nos enim spiritum ex fidem spem iustitiae expectamus,,

XXV· [6]Nam in christo ihesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium· sed fides que per caritatem operatur

XXVI· [7]Currebatis bene quis uobis inpediuit ueritati non oboedire,, [8]Persuasio haec non est ex eo qui uocat uos,,
557 [9]Modicum |fermentum tota massam corrumpit,, [10]Ego confido in uobis in domino quod nihil aliud sapietis,, Qui autem conturbat uos portauit iudicium quicumque est ille

XXVII· [11]Ego autem fratres si circumcisionem adhuc praedico· quid adhuc persecutionem patior,, Ergo euacuatum est scandalum crucis [12]utinam abscindantur qui uos conturbant

[13]Uos enim in libertatem uocati estis fratres,, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis· sed per caritatem seruite in inuicem

c. IV, 24 – V, 13.

6. C [*nostra,,*] *scriptum est enim*. Supra erasum *sicut*, quod commode adhuc legitur, litera **k** posita est, de qua cf. not. ad 179, 11; 190, 5. Vide: *commune·* **k** *de periculo*. Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλον*** initium fiat.

18. C [*nihil*] *prodest·* Originale *proderit* a C erasum bene etiam legitur.

21. S *le*^**ge**

33. [*utinam*] *ėṫ abscindantur*, cuius vocabuli prius *n* post erasum est.

LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO TERTIO

XXVIII· [14]Omnis enim lex in uno sermone inpletur,, Diligis proximum tuum sicut te ipsum,, [15]Quodsi in inuicem mordetis et comeditis uidete ne ab inuicem consummamini

XXVIIII· [16]Dico autem spiritu ambulate et desiderium carnis non perficietis,, [17]Caro enim concupiscit aduersus spiritum,, Spiritus autem aduersus carnem,, Haec enim inuicem sibi aduersantur· ut non quaecumque |uultis illa faciatis,, 558
[18]Quodsi spiritu ducimini non estis sub lege,, [19]Manifesta autem sunt opera carnis

Quae sunt· fornicatio· inmunditia luxuria [20]idolorum seruitus· beneficia inimicitiae· contentiones· aemulationes· irae rixae· dissensiones· hereses· [21]inuidiae· homicidia· ebrietates· commissationes,, Et his similia quae praedico uobis sicut praedixi quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur,, [22]Fructus autem spiritus est· caritas gaudium· pax· longanimitas· bonitas· benignitas fides· [23]modestia· continentia aduersus huiusmodi non est lex,, [24]Qui autem christi sunt carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis

XXX· [25]Si uiuimus spiritu· spiritu et ambulemus,, [26]Non efficiamur inanis gloriae cupidi,, Inuicem prouocantes inuicem inuidentes

XXXI· [6, 1]Fratres· et si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto· Uos qui spiri|tale estis huiusmodi instruite 559
in spiritu mansuetudinis,, Considerans te ipsum ne et tu tempteris

[2]Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem christi,, + [3]Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit ipse se seducit,, [4]Opus autem suum probet unusquisque et sic in semet ipso tantum gloriam habebit et non in altero,, [5]Unusquisque enim onus suum portabit

XXXII· [6]Communicet autem· is qui cathecizatur· uerbum ei qui se cathecizat· in omnibus bonis

XXXIII· [7]Nolite errare· deus non inridetur,, [8]Quae enim seminanerit homo haec et metet,, Quoniam qui seminat in carne sua· de carne et metet corruptionem,, Qui autem seminat in spiritu· de spiritu metet uitam aeternam

c. V, 14 – VI, 8.

3. *mordetis* corr. e *morditis*
10. C *fornicatio*[nes]*·* *inmunditia*[e] *luxuria*[e]
15. C *longanimitas* (patientia *supra*)
23. C *spiritale*[s]

[9]Bonum autem facientes non deficiamus· tempore enim suo metemus non deficientes

XXXIIII· [10]Ergo dum tempus habemus operemur
560 bonum ad omnes |maxime autem ad domesticos fidei

XXXV· [11]Uidete qualibus litteris scribsi uobis mea manu·

[12]Quicumque enim placere uolunt in carne hii cogunt uos circumcidi tantum ut in cruce christi persecutionem non patiantur

[13]Neque enim qui circumciduntar legem custodiunt sed uolunt uos circumcidi ut in carne uestra glorientur

XXXVI· [14]Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi

Per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo

[15]In christo enim ihesu neque circumcisio aliquid ualet neque praeputium,, Sed noua creatura,, [16]Et quicumque hanc regulam secuti fuerint· pax super illos misericordia et super israhel dei

XXXVII· [17]de cetero nemo mihi· molestus sit,, Ego enim stigmata ihesu in corpore meo porto,, [18]Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu uestro fratres· AMEN · · · ·

c. VI, 9–18.

EXPL· EPISTULA AD GALATAS
INC· ARGUMENTUM AD EPHESIOS

561 |Ephesi sunt asiani hi accepto uerbo ueritatis persteterunt in fide hos conlaudat apostolus scribens eis ab urbe roma de carcere per tycium diaconum . . . .

EXPL· ARGUMENTUM· INC· BREBIS

I· de sanctis quod ante constitutionem mundi in domino christo electi sunt et de omni sapientia et prudentia sacramenti et renouatione omnium in domino christo quae in caelis sunt et quae in terra

II· de apostolo pro ephesios depraecante et surrectione domini et ascensu et potestate

III· de principe potestatis heris huius spiritus

IIII· de deo per diuitias misericordiae suae sancto cum christo domino conuiuificante et in caelestib· conlocante

26. Lege: *tycium*, quod inc. manu mut. est in *ty*^{thi}*cium*. (Scripsit Ranke: *tythicum*.)

V· de sanctis quod non uirtute sua a domini gratia ueniant sed dono et beniuolentia dei

VI· de praeputio et circumcisione

VII· de domino legem mandatorum in sententiis euacuantem et duos conderet in semet ipso

|VIII· de ciuibus sanctorum et domesticis dei et de aedificatione templi 562

VIIII· de mysterio domini quod ante passione ipsius generationibus aliis non fuerit reuelatum

X· de gloria tribulationis

XI· de omni patria in caelis et in terris· et homine interiore et omni plenitudine scientiae dei

XII· de domino super omnia quam a sanctis petitur abundantius largiente

XIII· de unitate et mutua sustentatione sanctorum

XIIII· de una fide et unum baptisma

XV· de diuersitate gratiae donationis dei et aedificationis corporis domini et uiro perfecto in mensura aetatis plenitudinis eius

XVI· de stultitia gentium et libidine et omni turpi[t o]··dine delictorum

XVII· de exponendo ueterem et induendo nouum hominem· et de mendacio et ueritate

XVIII· de ira sed innocenti et opera manuum

XVIIII· de abstinentia mali sermonis et de non contra|dicendo spiritum sanctum et de mutua sustentatione sanctorum 563

XX· de dilectione et quod sancti debeant deum in omnibus imitari

XXI· de abstinentia scurrilitatis et omnium uitiorum

XXII· de seductorib· et inpudicis

XXIII· de cautionem uiuendi et sapientia

XXIIII· de subiectione mulierum ad maritos

XXV· de uiris ut diligant coniuges suas

XXVI· de obsequio filiorum

XXVII· de parentum erga filios temperamento

XXVIII· de seruorum obsequio

XXVIIII· de temperamento dominorum

XXX· de indumento armorum dei· Et insidiis diaboli et conculcatione aduersus potestates

XXXI· de fidelitate et ministerio tythici

. . . .

EXPL· BREBIS· INC· CORPUS EPISTULAE FELICITER

20. Inc. *turpitodine* cuius vocabuli sub syllaba *to* quid lateat erasum, non assecutus sum.

564 |[1,] [1]Paulus apostolus ihesu christi per uoluntatem dei sanctis omnibus qui sunt ephesi et fidelibus in christo ihesu„

[2] Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo

[3]Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi„ Qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in caelestibus in christo [4]sicut elegit nos in ipso aut e mundi constitutionem

Ut essemus sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate„ [5]Qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum per ihesum christum in ipsum secundum propositum uoluntatis suae„

[6]In laudem gloriae gratiae suae in qua gratificauit nos in dilecto filio suo„

[7]In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum

Secundum diuitias gratiae eius [8]quae superabundauit in nobis· in omni sapientia et prudentia„ [9]Ut notum faceret nobis sacramentum uoluntatis suae„ Secundum bonum placitum eius quod proposuit in eo [10]in dispensationem plenitudinis
565 tem|porum„ Instaurari omnia in christo quae in caelis et quae in terra sunt in ipso„ [11]In quo etiam sorte uocati sumus„ Praedestinati secundum propositum eius„ Qui omnia operatur secundum consilium uoluntatis suae [12]ut simus in laudem gloriae eius qui ante sperauimus in christo„ [13]In quo et uos cum audissetis uerbum ueritatis euangelium salutis uestrae„ In quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto„ [14]Qui est pignus hereditatis nostrae„ In redemptionem adquisitionis in laudem gloriae ipsius

II· [15]Propterea et ego audiens fidem uestram quae est in domino ihesu„ Et dilectionem in omnes sanctos [16]non cesso gratias agens pro uobis· memoriam uestri faciens in orationibus meis· [17]ut deus domini nostri ihesu christi pater gloriae· det uobis spiritum sapientiae et reuelationis in agnitione eius„ [18]Inluminatos oculos cordis uestri

566 Ut sciatis quae sit spes· |uocationis eius„ Quae diuitiae gloriae hereditatis eius in sanctis„ [19]Et quae sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos qui credidimus„ Secundum

c. I, 1–19.

7. C [*ipso*] *ante*. Scriptum est *aut* | *emundi*

operationem potentiae uirtutis eius [20]quam operatus est in
christo,, Suscitans illum a mortuis et constituens ad dexteram
suam in caelestibus,,

[21]Supra omnem principatum et potestatem,, Et uirtutem
et dominationem,,

Et omne nomen quod nominatur,, Non solum in hoc
saeculo sed in futuro

[22]Et omnia subiecit sub pedibus eius,, Et ipsum dedit
caput supra omnia ecclesia [23]quae est corpus ipsius,, Plenitudo
eius qui omnia in omnibus adimpletur,,

III· [2,] [1]Et uos cum essetis mortui delictis et peccatis
uestris,, [2]In quibus aliquando ambulastis secundum saeculum
mundi huius

Secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui
nunc operatur in filios diffidentiae,, [3]In quibus et nos omnes
ali|quando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae,, **567**
Facientes uoluptates carnis et cogitationum,, Et eramus natura
filii irae sicut et ceteri,,

LECT· IN QUARTA FERIA PASCHE **IIII**· [4]Deus autem qui diues est in misericordia,,
Propter nimiam caritatem suam quam dilexit nos· [5]et cum
essemus mortui peccatis conuiuificauit nos christo,, Cuius gratia
estis salbati,, [6]Et conresuscitauit et consedere fecit in caelestibus
in christo ihesu,, [7]Ut ostendere in saeculis superuenientibus
abundantes diuitiae gratiae suae,,

In bonitate super nos in christo ihesu

V· [8]Gratia enim estis saluati per fidem et hoc non
ex uobis dei enim donum est,, [9]Non ex operibus ut ne quis
glorietur,,

[10]Ipsius enim sumus factura,, Creati in christo ihesu in
operibus bonis,, Quae praeparauit deus ut in illis ambulemus,, **+**

VI· [11]Propter quod memores estote quod aliquando
|uos qui eratis gentes in carne qui dicimini praeputium· Ab **568**
ea quae dicitur circumcisio in carne manu facta,, [12]Qui eratis
in illo tempore sine christo

Alienati a conuersatione israhel· et hospites testamentorum
promissionis

c. I, 19 – II, 12,

7. *sed* **etiam** *in*
25. *bonitateṁ*
30. *ambulemus ...*

Line 3: Ranke only has a single punct after ‘caelestibus’. The manuscript clearly has a double comma punct. However, ‘caelestibus’ is abbreviated to ‘caelestib·’, and Ranke may have seen this as justification to reduce the double comma punct to a single punct.

Spem non habentes et sine deo in hunc mundo

LECT· POST INDULGENTIAM FERIA IIII

VII· [13]Nunc autem in christo ihesu uos qui aliquando eratis longe,, Facti estis prope in sanguine christi,, [14]Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum,, Et medium parietem macheriae soluens [15]inimicitia in carne sua,, Legem mandatorum decretis euacuans,, Ut duos conderet in semet ipsum

In unum nouum hominem faciens pacem,, [16]Et reconciliet ambos in uno corpore deo per crucem

Interficiens inimicitia in semet ipso,, [17]Et ueniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis et pacem his qui prope,, [18]Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem

569 **|VIII·** [19]Ergo iam non estis hospites aduenae,, Sed estis ciues sanctorum et domestici dei,,

[20]Superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum,, Ipso summo angulari lapide christo ihesu· [21]in quo omnis aedificatio constructa crescit in templum sanctum in domino

[22]In quo et uos coaedificamini in habitaculum dei in spiritu·

VIIII· [3,] [1]huius rei gratia ego paulus uinctus christi ihesu pro uobis gentibus,, [2]Si tamen audistis dispensationem gratiae dei quae data est mihi in uobis,, [3]Quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramentum sicut supra scribsi in brebi,, [4]Prout potestis legentes intellegere prudentiam meam in mysterio christi,, [5]Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum,, Sicut nunc reuelatum est sanctis apostolis eius et prophetis in spiritu,, [6]Esse gentes coheredes et concorporales et conparticipes promissionis in christo ihesu,,

570 Per euangelium [7]factus sum |ego minister secundum donum gratiae dei· quae data est mihi,, Secundum operationem uirtutis eius

[8]Mihi omnium minimo sanctorum data est gratia haec

In gentibus euangelizare ininuestigabiles diuitias christi [9]et inluminare omnes

Quae sit dispensatio sacramenti,, Absconditis a saeculis in deo qui omnia creauit,, [10]Ut innotiscat principibus et

13. C ad marg. [*hospites*] *et*

29. C *euangelium*[cuius] *factus*

potestatibus in caelestibus per ecelesiam multiformis sapientiae dei,, [11]Secundum praefinitionem saeculorum,, Quam fecit in christo ihesu domino nostro,, + [12]In quo habemus fiduciam et accessum,, In confidentiam per fidem eius

X· [13]Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro uobis,, Quae est gloria uestra

XI· [14]huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri ihesu christi,, [15]Ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur·

[16]Ut det uobis secundum diuitias gloriae suae,,

Uirtutem conroborari |per spiritum eius in interiorem **571**
hominem,, [17]Habitare christum per fidem in cordibus uestris,, [18]In caritate radicati et fundati ut possetis conpraehendere cum omnibus sanctis,, Quae sit latitudo et longitudo

Et sublimitas et profundum,, [19]Scire etiam supereminentem scientiae caritatem christi,, Ut inpleamini in omnem plenitudinem dei

XII· [20]Ei autem qui potens est omnia facere,, Superabundanter quam petimus aut intellegimus

Secundum uirtutem quae operatur in nobis [21]ipsi gloria in ecclesia et in christo ihesu,, In omnes generationes saeculi saeculoram· AMEN

LECT· IN PASCHA AN NOTINUM

XIII· [4, 1]Obsecro itaque uos ego uinctus in domino,, Ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis· [2]cum omni humilitate et mansuetudine,, Cum patientia,, Subportantes inuicem in caritate

[3]Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis,,

[4]Unum corpus et unus spiritus

|Sicut et uocati estis in una spe uocationis uestrae **572**

XIIII· [5]Unus dominus· una fides· unum baptisma· [6]Unus deus et pater omnium qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis

XV· [7]Unicuique autem nostrum data est gratia· secundum mensura donationis christi

IN PSALMO LXVI

[8]Propter quod dicit,, Ascendens in altum· captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus

c. III, 10 – IV, 8.

11. S *in^in^teriorem*
18. *facere,,* *Superabundanter* ^super^ *quam* correctura manus inc.
24. *estis·* **k** *cum* cf. not. ad 179, 11. Vide: *commune·* **k** *de periculo.* Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de periculo* novi ***πεψαλου*** initium fiat.
30. *Unus. dn̄s·*
35. *dicit*;,

Lines 30 & 31: Ranke fails to see the punct after ‘baptisma’, and the ‘u’ of Unus is clearly upper case.

[9]Quod autem ascendit quid est nisi quia et descendit primum in inferiores partes terrae,, [10]Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes caelos· ut inpleret omnia

[11]Et ipse dedit quosdam quidem apostolos,, quosdam autem prophetas,, alios uero euangelistas,, alios autem pastores et doctores [12]ad consummationem sanctorum,, In opus ministerii,, In aedificationem corporis christi,,

[13]Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei,, In uirum perfectum· in mensuram aetatis plenitudinis christi +

573 |[14]Ut iam non simus paruuli fluctuantes,, Et circumferamus omni uerbo doctrinae,, In nequitia hominum,, In astutia ad circumuentionem erroris,, [15]Ueritatem autem facientes,, In caritatem crescamus in illo per omnia qui est caput christus

[16]Ex quo totam corpus conpactum et conexum,,

Per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem

In mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit,, In aedificationem sui in caritate

XVI· [17]Hoc igitur dico et testificor in domino,, Ut iam non ambuletis sicut gentes ambulant in uanitate sensus sui,, [18]Tenebris obscuratum habentes intellectum· alienati a uita dei,, Per ignorantiam quae est in illis,, **LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO IIII·**

Propter caecitatem cordis ipsorum,, [19]Qui desperantes semet ipsos tradiderunt inpudicitiae

In operationem inmunditiae omnis in auaritia

574 |**XVII·** [20]Uos autem non ita didicisti christum,, [21]Si tamen illum audistis et in ipso edocti estis· sicut et ueritas in ihesu,, [22]Deponere uos secundum pristinam conuersationem ueterem hominem,, Qui corrumpitur secundum desideria erroris,, + [23]Renouamini autem spiritum mentis uestrae,, [24]Et inducite nouum hominem **LECT· IN QUADRAGESIMA DOMINICA III**

Qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis,, [25]Propter quod deponentes mendacium,, Loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo,, Quoniam sumus inuicem membra

c. IV, 9–25.

12. *ue(nt)r̶bo* corr. inc manus.
27. C *didicisti*[s]
28. [*ipso*] *et docti* | [*sicut*] *e*[s]*t*
31. *inducite*, quod punctum tenuissimum postquam oculos fugerat, edidi originalem scriptionem. Lege *induite*

Line 15: Double comma clear in manuscript. Here Ranke fails to see it. Error corrected.
Line 27: The ms. shows a required deletion, rather than a suggested addition. The sentence opens ‘Uos autem’, so the plural form is expected. Vulgate has plural.
Line 28: This looks like Vulgatization. The original in both cases makes good sense.

XVIII· [26]Irascimini autem et nolite peccare,, Sol non
occidat super iracundiam uestram,, [27]Nolite locum dare diabolo,,
[28]Qui furabatur iam non furetur

Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum
est,, Ut habeat unde retribuat necessitatem patienti

XVIIII· [29]Omnis sermo malus ex ore uestro non pro-
cedat,, Sed si quis bonus |ad aedificationem opportunitatis fidei 575
ut det gratiam audientibus,, [30]Et nolite contristare spiritum
sanctum dei,, In quo signati estis in die redemptionis,, [31]Omnis
amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur
a uobis cum omni malitia,,

[32]Estote autem inuicem benigni,, Misericordes donantes
inuicem· sicut et deus in christo donauit nobis **+**

XX· [5, 1]Estote ergo imitatores dei sicut filii carissimi
[2]et ambulate in dilectione

Sicut et christus dilexit nos,,

Et tradidit semet ipsum pro nobis,, Oblationem et hostiam
deo in odorem suauitatis,,

LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO V

XXI· [3]Fornicatio autem et omnis inmunditia aut
auaritia,, Nec nominetur in uobis sicut decet sanctos

[4]Aut turpitudo· aut stultiloquium,, Aut scurrilitas quae
ad rem non pertinet,, Sed magis gratiarum actio,, [5]Hoc enim
scitote intellegentes

Quod omnis fornicator aut inmundus aut auarus· quod
est idolorum |seruitus,, Non habet hereditatem in regno christi 576
et dei **+**

XXII· [6]Nemo uos seducat inanibus uerbis,, Propter
haec enim uenit ira dei in filios diffidentiae,, [7]Nolite ergo
effici participes eoram,, [8]Eratis enim aliquando tenebrae,, nunc
autem lux in domino·

Ut filii lucis ambulate· [9]fructus enim lucis est in omni
bonitate et iustitia et ueritate,, [10]Probantes quid sit bene-
placitum deo

[11]Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum,,
Magis autem et redarguite,,

[12]Quae enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est et dicere

c. IV, 26 – V, 12.

7. *fidei.* Retiui lectionem. 13. Inc. manus *uobis*

[13]Omnia autem quae arguuntur a lumine manifestantur

Omne enim quod manifestatur lumen est,, [14]Propter quod dicit,, Surge quid dormis et exurge a mortuis et inluminabit tibi christus

XXIII· [15]Uidite itaque fratres quomodo caute ambuletis

Non quasi insipientes sed ut sapientes,, [16]Redimentes
577 tempus quoniam |dies mali sunt,, [17]Propterea nolite fieri inprudentes· Sed intellegentes quae sit uoluntas domini

[18]Et nolite inebriari uino in quo est luxuria,, Sed inplemini spiritu [19]loquentes uobismet ipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus,, Cantantes et psallentes in cordibus uestris domino [20]gratias agentes semper· pro omnibus in nomine domini nostri ihesu christi

Deo et patri [21]subiecti inuicem in timore christi

XXIIII· [22]Mulieres uiris suis sub ditae sint sicut domino,,

[23]Quoniam uir caput est mulieris,, Sicut et christus caput est ecclesiae,, Ipse saluator corporis,, [24]Sicut ecclesia subiecta est christo· ita et mulieres uiris suis in omnibus

XXV· [25]Uiri similiter diligite uxores uestras· sicut et christus dilexit ecclesiam,, Et semet ipsum tradidit pro ea [26]ut illam sanctificaret

Mundans labacro aquae in uerbo· [27]ut exhiberet ipse sibi
578 gloriosam ecclesiam,, Non habentem maculam aut rugam |aut aliquid eiusmodi,,

Sed ut sit sancta et inmaculata· [28]ita et uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua,, Qui suam uxorem diligit se ipsum diligit,, [29]Nemo enim umquam carnem suam odio habuit sed nutrit et fobet eam sicut et christus ecclesiam

[30]Quia membra sumus corporis eius,, de carne eius et de ossibus eius,,

[31]Propter hoc relinquid homo patrem suum et matrem GEN·
suam et adherebit uxori suae· et erunt duo in carne una,, [32]Sacramentum hoc magnum est,,

Ego autem dico in christo et in ecclesia,, [33]Uerumtamen et uos singuli,, Unusquisque suam uxorem sicut se ipsum diligat,, Uxor autem ut timeat uirum

c. V, 13–33.

14. [*subiecti*] *i̇ṅ inuicem*
22. C *mundans* (eam) *labacro* (Ranke had *labore*)
31. nota marg. Victorina.

Line 34: Ranke wrongly splits *Uerumtamen* into *Uerum tamen.*

XXVI· [6, 1]Fili oboedite parentibus uestris in domino,, Hoc enim est iustum,, [2]Honora patrem tuum et matrem

Quod est mandatum primum in promissionem,, [3]Ut bene sit tibi et sit longeuus super terram,,

XXVII· [4]Et patres nolite ad iracundiam prouocare |filios uestros,, Sed educate illos in disciplina et correptione domini **579**

XXVIII· [5]Serui oboedite dominis carnalibus cum timore et tremore,, In simplicitatem cordis uestri sicut christo,, [6]Non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes

Sed ut serui christi,, Facientes uoluntate dei ex animo [7]cum bona uoluntate

Seruientes sicut domino et non hominibus,, [8]Scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc percipiet a domino

Siue seruus siue liber

XXVIIII· [9]Et uos domini eadem facite illis remittentes minas

Scientes quia et illorum et uester dominus est in caelis

Et personarum acceptio non est aput deum

LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIUM VI·

XXX· [10]De cetero fratres confortamini in domino et in potentia uirtatis eius,,

[11]Et induite uos arma dei· ut possetis stare aduersus insidias diaboli,, [12]Quia non est nobis conluctatio aduersus carnem et sanguinem,, Sed aduersus principes et potestates

|Aduersus mundi rectores tenebrarum harum,, **580**

Contra spiritalia nequitia in caelestibus,, [13]Propterea accepite armatura dei,, Ut possitis resistere in die malo,, Et in omnibus perfecti stare

[14]State ergo succincti lumbos uestros in ueritate

Et induiti luricam iustitiae

[15]et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis

IN ISAIA

[16]In omnibus sumentes scutum fidei,, In quo possetis omnia tela nequissimi ignea extinguere [17]et galeam salutis adsumete,,

Et gladium spiritus quod est uerbum dei,, + [18]Per omnem orationem et obsecrationem

c. VI, 1–18.

33. Verba **IN ISAIA** eiusdem. (nota marg. Victorina.)

Line 1: Ranke's book here omits this heading number. Here inserted.

Orantes omni tempore in spiritu,, Et in ipso uigilantes in omni stantia et obsecrationem pro omnibus sanctis,, [19]Et pro me ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiduciam notum facere mysterium euangelii,, [20]Pro quo legationem fungor in catena,,

Ita ut in ipso audeam prout oportet me loqui

581 **XXXI**· [21]Ut autem et uos |sciatis quae circa me sunt
quid agam,, Omnia nota faciet uobis tychicus carissimas frater et fidelis minister in domino,, [22]Quem misi ad uos in hoc ipsum

Ut cognoscatis quae circa nos sunt,, Ut consuletur corda nostra,, [23]Pax fratribus et caritas cum fide a deo patre nostro et domino ihesu christo,, [24]Gratia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum ihesum christum in incorruptionem AMEN

c. V4 18-24.

. . . .

EXPL· AD EPHESIOS· INCP AD PHILIPPENSES
INC· ARG· AD PHILIPPENSES

. . . .

Philippenses sunt machedones hii accepto uerbo ueritatis perste-terunt in fide. nec receperant falsos apostolos· hos apostolus conlaudat scribens eis a roma de carcere per epafroditum

. . . .

EXPL· ARGUMENTUM
INC· BREBIS

582 **|I.** de presbyteris quod ipsi fuerint aliquando episcopi
II. de apostolo pro philippensibus depraecantem
III. de manifestatione uinculorum apostoli in uniuerso praetorio
IIII. de uarietate praedicantium deum et de apostolo paratum ad uiuendum adque moriendum· et de constantia passionis et persequentium in interitum patientium uero gloria et salutem
V. de domino quod cum in forma dei esset formam serui accipiet humiliauit se ipsum factas oboediens usq· ad mortem crucis

8. *tychicus* fort. iam a scriba mut. in *tythicus*
10. 11. C. *corda nostra* (ue superscr.)
20. Argumentum et Brevis uncialibus paulo minoribus, quam quibus textus scriptus est, exarata. | *machedones*, (n superscr.) correctura incertae manus sensu carens.

VI. de sanctis quod in bonis operibus non debeant murmurare
VII. de fidelitate timothei et negentibus ac magis sua quam domini ihesu christi quaerent
VIII. de phaephrodito animam suam ad mortem propter opus domini fideliter offerente
VIIII. de apostolo philippenses in omnib· consolantem
X. de seductorib· et circumcisione spiritali et quae carnali
XI. de perfectis
|**XII.** de apostolo admonente sanctos· ut ipsum et qui secundum furmulam ipsius ambulauerint imitentur et de seductorib· populorum **583**
XIII. de apostolo sanctos hortante ad concordiam et modestiam et seueritatem et oratione spiritaliter conponente
XIIII. de ueritate et castitate adque iustitia et omnib· laudib· sempiternae gloriae adq· uirtutis
XV. de sacramento apostoli saturitatis ac famis et rerum omnium temperamento
XVI. de apostolo machedonia proficiscente quod nulla ei ecclesia communicauerit in ratione dandi aut accipiendi nisi tantummodo philippenses
XVII. de desiderio sanctorum in gloria domini
XVIII. de apostolo sanctos omnes in domino salutante
XVIIII. de caesaris domo quod habuerit sanctos

. . . .

EXPL· BREBIS·

. . . .

|[1,] [1]Paulus et timotheus serui ihesu christi,, Omnibus **584**
sanctis in christo ihesu· qui sunt philippis cum episcopis et
diaconibus
[2]Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu
christo,,
II· [3]Gratias ago deo meo in omni memoriam uestri
[4]semper in cunctis orationibus meis
Pro omnibus uobis cum gaudio depraecationem faciens,,
[5]Super communicationem uestram in euangelio prima die
usque nunc
[6]Confidens hoc ipsum,, Quia qui coepit in uobis in opus
bonum,, Perficiet usque in diem christi ihesu,, [7]Sicut est mihi

c. I, 1–7.

35. *uestram̀* Sed obelus literam transfodiens quum erasus sit, apparet, correctum non approbatam esse.
35. Inc man. *euqngelio*[a]*prima*
37. ... *confidens*[in]*hoc*

dignum hoc sentire pro omnibus uobis,, Eo quod habeam uos in corde et in uinculis meis et in defensione et confirmatione euangelii,, Socios gaudii mei omnes uos esse,, [8]Testis enim mihi est deus quomodo cupiam omnes uos in uisceribus christi ihesu

[9]Et hoc oro ut caritas uestra magis ac magis abundet in scientia et omni sensu

[10]Ut probetis potiora ut sitis sinceres et sine offensione
585 in diem christi,, [11]Repleti fructu iustitiae per christum |ihesum in gloriam et laudem dei

III· [12]Scire autem uos uolo fratres,, Quia quae circa me sunt magis ad profectum uenerunt euangelii

[13]Ita ut uincula mea manifesta fierent in christo,,

In omni praetorio et in ceteris omnibus

IIII· [14]Et plures fratribus in domino

Confidentes in uinculis meis abundantius audere sine timore uerbum dei loqui,, [15]Quidam quidem propter inuidiam et contentionem,, Quidam autem et propter bonam uoluntatem christum praedicant,, [16]Quidam ex caritate scientes quoniam in defensionem euangelii positus sum,,

[17]Quidam autem ex contentione christum adnuntiant non sincere,, Existimantes praessuram resuscitare uinculis meis [18]quid enim dum omni modo

Siue per occansionem siue per ueritatem christus adnuntietur,, Et in hoc gaudeo sed et gaudebo,, [19]Scio enim quia hoc mihi proueniet in salutem per uestram orationem,,
586 Et submi|nistrationem spiritus ihesu christi

[20]Secundum spectationem et spem meam,, Quia in nullo confundar,, Sed in omni fiducia sicut semper,, Et nunc magnificabitur christus in corpore meo

Siue per uitam siue per mortem,, [21]Mihi enim uiuere christus est et mori lucrum,, [22]Quod si uiuere in carne hic mihi fructus est et quid eligam ignoro,, [23]Coartor autem me duobus desiderium habens dissolui et cum christo esse,, Multo magis melius,, [24]Permanere autem in carne necessarium est propter uos

c. I, 7–24.

9. C *fructu*[s]
19. [*Quidam*] *u̇ėṙȯ*
33. C [*fructus*] *operis*, raso loco, in quo scriptum erat *tus*

Line 30: [*corpore*] *meo* Ranke includes editor’s correction without comment.

[25]Et hoc confidens scio quia manebo et permanebo in omnibus uobis,, Ad profectum uestrum et gaudium fidei,, [26]Ut gratulatio uestra abundet in christo ihesu in me,, Per meum aduentum iterum ad uos

[27]Tantum digne in euangelio christi conuersamini,, Ut siue cum uenero et uidero uos,, Siue absens audiam de uobis,, Quia statis in uno spiritu unianimes conlaborantes fide euan-
|gelii,, [28]Et in nullo terreamini ab aduersariis,, **587**

Quae est illis causa perditionis,, Uobis autem salutem et hoc a deo,, [29]Quia uobis donatum est pro christo,, Non solum ut in eum credatis sed ut etiam pro illo patiamini,, [30]Eundem certamen habentes qualem et uidistis in me et nunc audistis de me

V· [2,] [1]Si qua ergo consolatio in christo,, Si quod solacium caritatis,, Si qua societas spiritus,, Si quid uiscera miserationes,, [2]Implete gaudium meum ut idem sapiatis,, Eandem caritatem habentes unianimes,, Id ipsum sentientes [3]nihil per contentione neque per inanem gloriam,, Sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes,, [4]Non quae sua

LECT· IN SEXTA FERIA ANTE NOCTU SANCTA

sunt singuli considerantes,, Sed et ea quae aliorum,, **+** [5]Hoc enim sentite in uobis quod et in christo ihesu· [6]qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est,, Esse se aequalem
deo,, [7]Sed semet ipsum exinaniuit |formam serui accipiens in **588**
similitudinem hominum factus,, Et habitu inuentus ut homo,, [8]humiliauit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem,, Mortem autem crucis,, [9]Propter quod et deus illum exaltauit,, Et donauit illi nomen quod est super omnem nomen,, [10]Ut in nomine ihesu omne genu flectatur,, Caelestium terrestrium et infernorum

[11]Et omnis lingua confiteatur· quia dominus ihesus christus in gloria est dei patris **+**

VI· [12]Itaque carissimi mei sicut semper oboedistis

Non ut praesentia mei tantum sed multo magis nunc in absentia mea cum metu et tremore uestram salutem operamini,, [13]Deus est enim qui operatur in uobis,,

Et uelle et perficere pro bona uoluntate,, [14]Omnia autem

c. I, 25 – II, 14.

9. C *salutem* [is] | C mut. *dō* in *dn̄o*

facite sine marmurationibus et haesitationibus,, [15]Ut sitis sine quaerella et simplices filii dei sine repraehensione,, In medio
589 |nationis prauae et peruersae,, Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,, [16]Uerbum uitae continentes ad gloriam meam in die christi,, Quia non in uacuum cucurri neque in uacuum laboraui

VII· [17]Sed et si inmolor supra sacrificium,, In obsequium fidei uestrae,, Gaudeo et congratulor omnibus uobis,, [18]Id ipsum autem et uos gaudete et congratulamini mihi,, [19]Spero autem in domino ihesu christo timotheum cito me mittere ad uos,, Ut ego bono animo sim cognitis quae circa uos sunt,, [20]Neminem enim habeo tam unianimem qui sincera affectione pro uobis sollicitus sit,, [21]Omnes enim quae sua sunt quaerunt· non quae sunt christi ihesu,, [22]Experimentum autem eius cognoscite

Quoniam sicut patri filius mecum seruiuit in euangelium,, [23]Hunc igitur spero me mittere mox ut uidero quae circa me sunt [24]confido autem in domino

590 Quoniam et ipse ueniam |ad uos cito

VIII· [25]Necessarium autem existimaui epaphroditum fratrem et cooperatorem et conmilitonem meum

Uestrum autem apostolum et ministrum necessitatis meae mittere ad uos

[26]Quoniam quidem omnes uos desiderabat et maestus erat,, Propterea quod audieratis ilium infirmatum [27]nam infirmatus est usque ad mortem,, Sed deus misertus est eius non solum autem eius uerum etiam et mei,, Ne tristitiam super tristitiam haberem,, [28]Festinantius ergo misi illum,, Ut uiso eo iterum gaudeatis

Et ego sine tristitiam sim

[29]excipite itaque illum cum omni gaudio in domino,, Et eiusmodi cum honore habetote,, [30]Quoniam propter opus christi usque ad mortem adcessit,,

Tradens animam suam,, Ut inpleret id quod ex uobis deerat erga meum obsequium

VIIII· [3,] [1]De cetero fratres mei gaudite in domino,, Eadem uobis scribere mihi quidem non pigrum uobis autem necessarium·

LECT· IN NOCTU SANCTA MANE ET PRIDIE NATALE DOMINI

c. II, 14 – III, 1.

10. *christo* Retinui lectionem.
10. 11. C *Ut*[et] *ego*
11. *cognitis* radendo corr. e —*tus*
24. C *audieratis* (i supra a)

Line 7: [VII·] Manuscript omits to insert this index number, referred to in the brevis.

|**X**· [2]Uidite canes uidite malos operarios,, Uidite con- **591**
cisionem [3]nos enim sumus circumcisio qui spiritu deo seruimus,,
Et gloriamur in christo ihesu,, Et non in carne fiduciam habentes
[4]Quamquam ego habeam confidentiam et in carnem
XI· Si quis autem alius uidetur confidere in carne
ego magis,, [5]Circumcisus octaua die ex genere israhel et de
tribu beniamin hebraeus ex hebraeis,, Secundum legem pharisaeus
[6]Secundum aemulationem persequens ecclesiam dei,, Secun-
dum iustitiam quae in lege est conuersatus sine quaerella
[7]Sed quae mihi fuerunt lucra,, haec arbitratus sum propter
christum detrimenta,, [8]Uerumtamen existimo omnia detrimentum
esse,, Propter eminentem scientiam ihesu christi domini mei,,
Propter quem omnia detrimentum feci,, Et arbitror ut stercora,,
ut christum lucri faciam [9]et inueniar |in illo non habens meam **592**
iustitiam quae ex lege est
Sed illam quae ex fide est christi quae ex deo est iustitia
in fide· [10]ad agnoscendum illum,, Et uirtutem resurrectionis
eius,, Et societatem passionum illius configuratus morti eius,,
[11]Si quo modo occurram ad resurrectionem quae est ex mortuis
[12]Non quod iam acceperim aut iam perfectus sim
Sequor autem si conpraehendam in quo et conpraehensus
sum a christo ihesu,,
[13]Fratres ego me non arbitror conpraehendisse adhuc,,
Unum autem quae quidem retro sunt obliuiscens ad ea uero
quae sunt priora extendens me [14]ad destinatum
Persequor ad brauium supernae uocationis dei in christo
ihesu,, [15]Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus et
si quid aliud sentitis,, Et hoc uobis deus reuelauit,, [16]Uerum-
tamen ad quod peruenimus ut idem sapiamus,, Et in eadem
permaneamus regula
|**XII**· [17]Imitatores mei estote fratres,, Et obseruate **593**
eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram
[18]Multi enim ambulant quos saepe dicebam uobis nunc
autem et flens dico,, Inimicos crucis christi [19]quorum finis
interitus,, Quorum deus uenter est,, Et gloria in confusione
ipsorum,, Qui terrena sapiunt,, [20]Nostra autem conuersatio in

c. III, 2–20.

1. *canes* obelo adhibito corr. e *carnes*
6. *gene*[re] correctura ut vdtr scribae.
16. C [*est*] *ihesu* [*christi*]
20. [*aut*] *ėtiam*
24. *ea* obelo adhib. corr. ex *eam*
28. Erasis vocc. *aliud sentitis* C superscripsit *aliter sapitis*
29. C *ad*[id] *quod*

caelis est· unde etiam saluatorem spectamus dominum nostrum ihesum christum,, [21]Qui reformauit corpus humilitatis nostrae,, Configuratum corpori claritatis suae,, Secundum operationem suam qua possit etiam subicere sibi omnia,, [4, 1]Itaque fratres mei carissimi et desiderantissimi,, Gaudium meum et corona mea sic state in domino carissimi

[2]Euuodiam rogo et sinthicen depraecor id ipsum sapere in domino,, [3]Etiam rogo et te germane conpar adiuua illas
594 quae mecum laborauerunt in euangelio,, Cum clemente |et ceteris adiutoribus meis quorum nomina sunt in libro uitae

XIII· [4]Gaudite in domino semper· iterum dico gaudete,, [5]Modestia uestra nota sit omnibus hominibus,, Dominus prope est· [6]nihil solliciti sitis· sed in omni oratione et obsecratione,, Cum gratiarum actione,, Petitiones uestrae innotescant aput deum,, [7]Et pax dei quae exuperat omnem sensum,, Custodiat corda uestra et intellegentias uestras in christo ihesu

XIIII· [8]De cetero fratres quaecumque sunt uera· quaecumque pudica,, Quaecumque iusta,, Quaecumque sancta,, Quaecumque amabilia,, Quaecumque bonae famae,, Si qua uirtus
si qua laus disciplinae,, haec cogitate [9]quae et didicistis,, Et **PRIDIE NATALE DOMINI· ET IN NOCTU SANCTA**
accepistis et audistis et uidistis in me haec agite et deus pacis erit uobiscum,, +

XV· [10]Gauisus sum autem in domino uehementer,, Quoniam tandem aliquando refloruistis,, Pro me sentire sicut et sentiebatis,,

595 |Occupati autem eratis [11]non quasi propter paenuriam dico,, Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse,, [12]Scio et humiliari· scio et abundare

Ubique et in omnibus institutus sum,, Et satiari et esurire,, Et abundare et paenuriam pati

[13]Omnia possum in eo qui me confortat,, Uerumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meae

XVI· [15]Scitis autem et uos philippenses,, Quod in principio euangelii quando profectus sum a machedonia nulla mihi ecclesia,, Communicauit in rationem dati et accepti nisi uos soli,, [16]Quia et tessallonicam semel et bis in usum mihi misistis

3. 4. [*operationem*] *ṡůȧṁ*. Retinenda videbatur lectio.

13. 15. Z cruciculas aliquas margini insculpsit.

[17]Non quia quaero datum·

Sed requiro fructum abundantem in rationem uestram

XVII· [18]habeo autem omnia et abundo„ Repletus sum
acceptis ab ephaphrodito· quae misistis in odorem suauitatis„
hostiam acceptam placentem |deo„ [19]Deus autem meus impleat 596
omnem desiderium uestrum„ Secundum diuitias suas in gloriam
in christo ihesu„ [20]Deo autem et patri nostro gloria in saecula
saeculorum· amen·

[21]Salutate omnem sanctum in christo ihesu„ [22]Salutant
uos qui mecum sunt fratres

Salutant uos omnes sancti maxime autem qui de caesaris
domo sunt„ [23]Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu
uestro„ amen·

c. IV, 17–23.

. . . .

EXPL· AD PHILIPPENSES
INC· ARG· AD THESSALL·

Thessallonicenses sunt machedones in christo ihesu qui accepto uerbo ueritatis persteterunt in fide etiam in persecutione ciuium suorum praeterea nec receperunt ea quae a falsis apostolis dicebantur· hos conlaudat apostolus scribens eis ab athenis per timotheum diaconum · . . . .

EXPL· ARGUM· INC· BREBIS

|**I·** pro tessallonicensib· semper orantibus 597

II· de fide tessallonicensium singulari et quod exemplum ceteris gentibus fuerint de credendum

III· de passionibus apostolorum et contumeliis in philippis

IIII· de sinceritate apostoli et quod non hominibus placendum sit sed domino deo

V· de apostolo cum possit oneri esse tamquam domini christi apostolos tamen adolatione et auaritiam et gloriam ab hominibus abnuente

VI· de apostolo ne quem grauaret diebus ac noctib· manibus operantem

VII· de ira dei super iudaeos eo quod interficerint dominum et prophetas et apostolos fuerint semper persecuti

VIII· de apostoli desiderio ueniendi ad thessallonicenses et diaboli inpedimento

3. Idem ad marg. complures literas non satis perspicuas incidit.
5. 9. 11. Idem iuxta apposuit numeros XVII. XVIII. XVIIII.
6. Extrema litera vocabuli *omnem* obelo admodum tenui perfossa est, qui non Victoris esse videbatur.
24. Z in spatium vacuum inscripsit sive impressit *d h ⁊ siluano et timotheo·* Scripturae notas istas quae lineolis quibusdam exornatae sunt, legendas puto *de hoc et* i.e. *de Paulo et* cf. v. 31, et cod. Am. qui habet *de apostolo et silvano et timotheo·*

Note: *Paulo et* cf v. 31, Ranke had v. 21.

VIIII· de sanctis quod in tribulationibus moueri non debeant sed potius prouocari temptatore
598 |X· de temptatore
XI· de thessallonicensibus apostolum uidere cupientibus
XII· de apostolo gaudentem pro thessallonicensib· et ad deum praeces et gratiae referentes
XIII· de apostolo orantem pro thessallonicensibus ut secundum traditionem ipsius ambularent
XIIII· de abstinentia fornicationis et fraudis et de possessione coniugii proprii
XV· de amore fraternitatis
XVI· de sanctis ut quieti sint· et unusquisq· agat suum negotium et ut nullius egeant manib· operantur
XVII· de resurrectione et raptus sanctorum in nubibus ad occurrendum in aere domino christo ihesu
XVIII· de fidelium ac male operantium interitu repentino
XVIIII· de filios lucis ac diei et filiis noctis ac tenebrarum
XX· de somno communi et somno perfidiae et spiritalibus munimentis
599 XXI· de reuerentia in ministerio laborantium |adque doctorum
XXII· de non extinguendo spiritum nec et spernenda prophetia et omnium examinationem
XXIII· de apostolo praedicantem ut tessallonicensium integer spiritus et anima et corpus in aduentum domini ihesu christi seruetur
XXIIII· de apostolo petente ut pro eo thessallonicenses in orationibus postularent
XXV· de apostolo thessallonicenses adiurantes per deum ut omnibus fratribus epistula legeretur

. . . .

EXPL· BREBIS· INC· EPIST· AD THESSALLONICENSES

. . . .

600 |1, 1 Paulus et siluanus et timotheus· ecclesiae thessallonicensium in deo patre et domino ihesu christo

Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo

2 Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione·

3 Memores operis fidei uestrae et laboris et caritatis

35. C *dn̄o* $^{\text{n}}$ *ihū*

Line 7: Ranke omits *pro*, which is clear in the manuscript original hand, and not marked for deletion. Here restored.

Et sustinentiae spei domini nostri ihesu christi ante deum et patrem nostrum,,

II· [4]Scientes fratres dilecti a deo electionem uestram

[5]Quia euangelium nostrum non fuit ad uos in sermone tantum,, Sed in uirtutem et in spiritu sancto· et in plenitudine multa,, Sicut scitis quales fuerimus in uobis propter uos· [6]et uos imitatores nostri facti estis et domini,, Excipientes uerbum in tribulationem multa cum gaudio spiritus sancti,, [7]Ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in machedonia et in achaia,, [8]A uobis enim diffamatus est sermo domini,, Non solum in machedoniam et in achaia

|Sed in omni loco fides uestra quae est ad deum profecta **601**
est,, Ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui,, [9]Ipsi enim de nobis adnuntiant,, Qualem introitum habuerimus ad uos,, Et quomodo conuersi estis ad deum a simulacris,, Seruire deo uiuo et uero,, [10]Et expectare filium eius de caelis

Quem suscitauit ex mortuis ihesum qui eripuit nos ab ira uentura

III· [2,] [1]Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad uos,, quia non inanis fuit,, [2]Sed ante passi et contumeliis affecti sicut scitis in philippis,,

Fiduciam habuimus in domino nostro,, Loqui ad uos euangelium dei in multa sollicitudine

IIII· [3]Exortatio enim nostra non de errore neque de inmunditia neque in dolo

[4]Sed sicut probati sumus a deo,, Ut crederetur nobis euangelium,, Ita loquimur non quasi hominibus placentes sed deo qui probat corda nostra

|**V**· [5]Neque enim aliquando fuimus in sermone ad- **602**
ultionis sicut scitis,, Nec in occasione auaritiae deus testis est,, [6]Nec quaerentes ab hominibus gloriam,, Neque a uobis neque ab aliis cum possumus in gratia esse ut christi apostoli,, [7]Sed facti sumus paruuli in medio uestrum,, Tamquam si nutrix foueat filios suos· [8]ita desiderantes uos cupimus communicare uobiscum,, Non solum euangelium dei sed etiam animas nostras

Quoniam carissimi nobis facti estis

c. I, 3 – II, 8.

29. 30. Z *adul[a]tionis*   32. C ad marg. [*possumus*] *oneri*

Line 13: Ranke had *non sit uobis* here, but clearly the ms. has *non sit nobis*. Here corrected.

VI· [9]Memores enim estis fratres laborem nostrum et fatigationem,, Nocte et die operantes ne quem uestrum grauaremus,, Praedicauimus in uobis euangelium dei

[10]Uos testes estis et deus· quam sanctae· et iuste et sine quaerella uobis qui credidistis fuimus,, [11]Sicut scitis qualiter unumquemque uestrum,, Tamquam pater filios suos depraecantes
603 uos et consolantes |[12]testificati sumus ut ambularetis digne deo

Qui uocauit uos in suum regnum et gloriam [13]ideo et nos gratias agimus deo sine intermissione

Quoniam cum accepissetis a nobis uerbum auditus dei,, Accepistis non ut uerbum hominum,,

Sed sicut est uere uerbum dei· qui operatur in uobis qui credidistis

VII· [14]Uos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum dei quae sunt in iudaea in christo ihesu,, Quia eadem passi estis et uos a contribulibus uestris sicut et ipsi a iudaeis

[15]Qui et dominum occiderunt ihesum et prophetas et nos persecuti sunt,, Et deo non placent,, Et omnibus hominibus aduersantur

[16]Prohibentes nos gentibus loqui ut saluae fiant

Ut impleant peccata sua semper,, Praeuenit enim ira dei super illos usque in finem

VIII· [17]Nos autem fratres desolati a uobis ad tempus hore aspectu non corde

604 Abundantius |festinauimus faciem uestram uidere cum multo desiderio

[18]Quoniam uoluimus uenire ad uos,, Ego quidem paulus· et semel et iterum

Sed inpediuit nos satanas [19]Quae est enim nostra spes aut gaudium aut coronam gloriae,, Nonne uos ante dominum nostrum ihesum christum estis in aduentum eius,, [20]Uos enim estis gloria nostra et gaudium

VIIII· [3, 1]Propter quod non sustinentes amplius,, Placuit nobis remanere athenis solis,, [2]Et misimus timotheum fratrem nostrum et ministrum domini in euangelio christi,, Ad confortandos uos et exhortandos pro fide uestra

c. II, 9 – III, 2.

4. Z literam posteriorem *a* in *sanctae* obelo perfodit.

5. Idem prius *a* in *quaerella*

31. *ċħr̀ìs̀tùṁ*· Retinui lectionem.

[3]Ut nemo moueatur in tribulationibus istis,, Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus,, [4]Nam et cum aput uos essemus praedicabamus uobis passuros nos tribulationes,, Sicut et factum est et scitis

X· [5]Propterea et ego amplius non sustinens,, Misi
ad cognoscendam fidem uestram,, Ne forte |temptauerit uos 605
his qui temptat,, Et inanis fiat labor noster

XI· [6]Nunc autem ueniente timotheo ad nos a uobis· et adnuntiante nobis fidem et caritatem uestram

Et quia memoriam nostri habetis bonam semper desiderantes nos uidere sicut nos quoque uos,,

[7]Ideo consolati sumus fratres in uobis in omni necessitate et tribulatione nostra per fidem uestram

[8]Quoniam nunc uiuimus si uos statis in domino

XII· [9]Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro uobis in omni gaudio quo gaudemus propter uos ante deum nostrum,, [10]Nocte et die abundantius orantes ut uideamus faciem uestram

Et conpleamus ea quae desunt fidei uestrae,, [11]Ipse autem deus et pater noster et dominus ihesus christus dirigat uiam nostram ad uos,,

[12]Uos autem dominus multiplicat et abundare faciat caritatem in inuicem et in omnes,, Quemadmodum et nos in uobis
|[13]ad confirmanda corda uestra sine quaerella in sanctitate ante 606
deum et patrem nostrum,, In aduentum domini nostri ihesu christi in omnibus sanctis eius

LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO VII·

XIII· [4,] [1]De cetero ergo fratres rogamus uos et obsecramus in domino ihesu· ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo uos oporteat ambulare et placere deo,,

Sicut et ambulatis· ut abundetis magis,, [2]Scitis enim quae praecepta dederimus uobis per dominum ihesum

XIIII· [3]Haec est enim uoluntas dei sanctificatio uestra ut abstineatis uos a fornicatione· [4]Ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione et honore,, [5]Non in passione desiderii sicut et gentes quae ignorant deum [6]ut ne

c. III, 3 – IV, 6.

26. Inc. man. post *eius* fusco atramento utens addidit **AMEN**
29. *oportet* [a] correctio ut videtur a scriba statim post scriptionem superscripta.

quis supergrediatur,, Neque circumueniat in negotio fratrem
suum quoniam uindex est dominus de his omnibus

Sicut praediximus uobis et testificati sumus

[7]Non enim uocauit nos deus in inmunditia· sed in sancti-
607 ficatione,, [8]Itaque· |qui haec spernit non hominem spernet sed
deum qui etiam dedit spiritum suum sanctum in uobis

XV· [9]De caritate autem fraternitatis non necesse
habemus scribere uobis

ipsi enim uos a deo didicistis ut diligatis in inuicem +
[10]etenim facitis illud in omnes fratres in uniuersa machedonia

XVI· Rogamus autem uos fratres ut abundetis magis
[11]et operam detis ut quieti sitis,, Et ut uestrum negotium
agatis,, Et operemini manibus uestris sicut praecepimus uobis,,
[12]Et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt,, Et nullius
aliquid desideretis

XVII· [13]Nolumus autem ignorare uos fratres de dor- LECT· DE AGENDIS
mientibus,, Ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non
habent,, [14]Si enim credimus quod ihesus mortuus est et re-
surrexit,, Ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducit
cum eo,, [15]Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini,, Quia nos
608 |qui uiuimus qui residui sumus in aduentum domini non prae-
ueniemus eos qui dormierunt,, [16]Quoniam ipse dominus in iussu
et in uoce archangeli· et in tuba dei descendit de caelo

Et mortui qui in christo sunt resurgunt primi,, [17]Deinde
nos qui uiuimus qui relinquimur,, Simul rapiemur cum illis in
nubibus obuiam domino in aera

Et sic semper cum domino erimus,, + [18]Itaque consolamini
in inuicem in his uerbis

XVIII· [5, 1]De temporibus autem et momentis fratres
non indigetis ut scribam uobis,, [2]Ipsi enim diligenter scitis·
quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet

[3]Cum enim dixerint pax· et securitas,, Tunc repentinus eis
superueniet interitus,, Sicut dolor in utero habenti et non effugient,,

XVIIII· [4]Uos autem fratres non estis in tenebris ut
uos illa dies tamquam fur conprachendat,, [5]Omnes enim uos
609 filii lucis estis et filii dei· et non estis |noctis neque tenebrarum

c. IV, 6 – V, 5.

24. 25. *deinde*[nos]*qui*, eusdem generis.
25. C voc. *relinquimur* mutavit in *reliqui sumus*
26. *a·era*, quod punctum ad recte legendum inservit.

Line 14: beginning: Verse break 12 not in modern vulgate, which has verses 13-18, here, numbered 12-17.

XX· [6]Igitur non dormiamus sicut et ceteri,, Sed uigilemus et sobrii sumus,, [7]Qui enim dormiunt nocte dormiunt· et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt,,

[8]Nos autem qui diei sumus sobrii sumus· induti luricam fidei et caritatis et galeam spem salutis,,

[9]Quoniam non posuit nos deus in iram sed in adquisitionem salutis per dominum nostrum ihesum christum,, [10]Qui mortuus est pro nobis ut siue uigilemus· siue dormiamus simul cum illo uiuamus

[11]Propter quod consolamini inuicem,, Et aedificate alterutrum sicut et facitis

XXI· [12]Rogamus autem uos fratres ut noueritis eos
qui laborant inter uos,, Et praesunt uobis in domino et mo-
nent uos [13]ut habeatis illos abundantius in caritate,, Propter
DE ADUENTU DOMINI opus illorum pacem habete cum eis,, + [14]Rogamus autem uos
fratres corripite inquietos,, Consolamini pusillianimes,, Suscepite
infirmos· patientes |estote ad omnes,, [15]Uidete ne quis malum **610**
pro malo alicui reddat,, Sed semper quod bonum est sectamini,,
Et in inuicem et in omnes [16]semper gaudete,, [17]Sine inter-
missione orate,,

[18]In omnibus gratias agite

haec enim uoluntas dei est in christo ihesu in omnibus uobis

XXII· [19]Spiritum· nolite extinguere [20]prophetiam nolite spernere,, [21]Omnia autem probate quod bonum est tenete,, [22]Ab omni specie mala uos abstinete

XXIII· [23]Ipse autem deus pacis· sanctificet uos per omnia· ut integer spiritus uester· et anima et corpus sine quaerella in aduentum domini ihesu christi seruetur,, + [24]Fidelis est qui uocauit uos qui etiam faciet

XXIIII· [25]Fratres orate pro nobis [26]salutate fratres omnes in osculo sancto

XXV· [27]Adiuro uos per dominum ut legatur epistula haec omnibus sanctis fratribus,, [28]Gratia domini nostri ihesu christi uobiscum amen · · · · · · · · · · · · · ·

c. V, 6–28.

EXPL· AD THESSALL· I· INC· AD EOSDEM II ARGUMENTUM·

19. *Et in[in]uicem* eiusdem generis ut 278, 29.

611 |Ad thessallonicenses secunda· scribit et notum fecit eis de temporibus nouissimis et de aduersarii detectione scribit· ab athenis

EXPL· ARG· INC· BREBIS

I· de persecutione quod exemplum sit iusti iudicii dei et persecutorum supplicio sempiterno
II· de dissensione et antechristo
III· de sanctis quod a deo domino eligantur
IIII· de apostolica traditione
V· de apostolo praedicante quod non est omnium fides
VI· de sanctis quod ex omnibus malis a domino liberentur
VII· de separatione sanctorum ab eis qui contra uiuunt et quod paulus ac suis semper manubus fuerint operati et dixerint qui non operantur nec manducent
VIII· de non operantibus et curiose agentibus
VIIII· de separatione inoboedientium ut reuereantur

EXP· BREB· INC· CORPUS EPIST·

612 |[1,] [1]Paulus et siluanus et timotheus ecclesiae thessallonicensium in deo patre nostro et domino ihesu christo,,
[2]Gratia uobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo,,
[3]Gratias agere debemus deo semper pro uobis fratres
Ita ut dignum est quoniam supercrescit fides uestra
Et abundat caritas uniuscuiusque omnium uestrum in inuicem,, [4]Ita ut et nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesiis dei,, Pro patientia uestra et fide in omnibus persecutionibus uestris et tribulationibus quas sustinetis [5]in exemplum iusti iudicii dei,, Ut digni habemini in regno dei pro quo et patimini [6]si tamen iustum est aput deum,,
Retribuere tribulationem his qui uos tribulant· [7]et uobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelationem domini ihesu de caelo cum angelis uirtutis eius
[8]In flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum,, Et qui non oboediunt euangelio domini nostri ihesu
613 [9]qui poenas dabunt in interitu aeternas a facie domini |et ISAIAS
gloria uirtutis eius· [10]cum uenerit glorificari in sanctis suis,, Et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt,, Quia creditum

c. I, 1–10.

1. Argumentum minutioribus literis scriptum, quam reliqua.
27. Inc. man, *habe[a]mini*
33. Inc. man. [*ihesu*] *christi*
34. Nota marg. Victorina.
34. 35. Inc. man. *et* [a] *gloria*

est testimonium nostrum super uos in die illo„ [11]In quo etiam oramus semper pro uobis„

Ut dignetur uos uocatione sua deus noster· et impleat omnem uoluntatem bonitatis et opus fidei in uirtute„ [12]Ut clarificetur nomen domini nostri ihesu christi in uobis et uos in illo secundum gratiam dei nostri et domini ihesu christi

II· [2, 1]Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri ihesu christi„ Et nostrae congregationis in ipsum„ [2]Ut non cito moueamini a sensu uestro· neque terreamini„ Neque per spiritum neque per sermonem neque per epistulam„ Tamquam a nobis missam„

Quasi instet dies domini [3]ne quis uos seducat ullo modo quoniam nisi uenerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis„ [4]Qui aduersatur et extollitur

|Supra omnem quod dicitur deus aut quod colitur· ita ut **614** in templo sedeat· Ostendens se tamquam sit deus· [5]non retinetis quod cum essemus adhuc apud uos haec dicebamus uobis„

[6]Et nunc quid detineat scitis ut reueletur in suo tempore„ [7]Nam mysterium iam operatur iniquitatis

Tantum ut qui nunc tenet teneat donec de medio fiat· [8]et tunc reuelabitur ille iniquus„ Quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui

Et destruet inlustratione aduentus sui [9]eum cuius est aduentus secundum operationem satanae·

In omni uirtute et signis et prodigiis mendacibus

[10]Et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt„ eo quod caritatem ueritatis non receperunt ut salui fierent„ [11]Ideo mittit illis deus operationem erroris ut credant mendacio„ [12]Ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati„ Sed consenserunt iniquitati

III· [13]Nos autem gratias debemus agere deo semper |pro uobis fratres dilecti a deo„ Quod elegerit nos deus primitias in salutem **615**

In sanctificatione spiritus et fide ueritatis„ [14]In qua et uocauit uos per euangelium nostrum· In adquisitionem gloriae domini nostri ihesu christi

c. I, 10 – II, 14.

9. [*sensu*] *uestro·* Lectio retinenda videbatur.
10. *spm̄* non certum, quum in rasura positum sit literarum, quae non amplius legi queunt
14. *extollitur* incerta manu, quae non Victoris videbantur, mutatum in *extolletur*
17. *essemus* ... *dicebamus·* Sed lectio fuit, non error. *apud* corr. ex *aput*
20. *nun*^{c} *tenent teneant*
21. *reuelabitur* praeunte Victore a C corr. ex —*bit*, ut vidtur.

IIII· [15]Itaque fratres state et tenete traditiones quas didicistis,, Siue per sermonem siue per epistulam nostram,, [16]Ipse autem dominus noster ihesus christus et deus et pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem aeternam· et spem bonam in gratiam,, [17]Et exhortetur corda uestra,, Et confirmet in omni opere et sermone bono

V· [3, 1]De cetero fratres orate pro nobis,, Ut sermo domini currat et clarificetur sicut et aput uos,,

[2]Et ut liberemur ab inportunis et malis hominibus

Non enim omnium est fides

VI· [3]Fidelis autem deus qui confirmauit uos et custodiet a malo,, **+** [4]Confidimus autem de uobis in domino **LECT· IN QUADRAGESIMA IEIUNIO· VIII**

Quoniam quae praecepimus et facitis et facietis

616 [5]Dominus autem dirigat corda |uestra in caritate dei et patientia christi

VII· [6]Denuntiamus autem uobis fratres,, In nomine domini nostri ihesu christi ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inquiete· Et non secundum traditionem quam accepistis a nobis,, [7]Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat uos imitari nos,, Quoniam non inquieti fuimus inter uos

[8]Neque gratis panem manducauimus ab aliquo,,

Sed in labore et fatigatione

Nocte et die operantes ne quem uestrum grauaremus,, [9]Non quasi non habuerimus potestatem,,

Sed ut nosmet ipsos formam daremus uobis ad imitandum nos,, [10]Nam et cum essemus aput uos,, Quoniam si quis non uult operari nec manducet

VIII· [11]Audiuimus enim inter uos quosdam ambulare inquiete,, Nihil operantes sed curiosae agentes,,

[12]His autem qui eiusmodi sunt denuntiamus et obsecramus in domino ihesu christo,, Ut cum silentio operantes suum panem manducent

617 |**VIIII·** [13]Uos autem fratres nolite deficere bene facientes

[14]Quod si quis non abaudit uerbo nostro per epistulam

Hunc notate et non commisceamini cum illo ut confundatur,, [15]Et nolite quasi inimicum existimare,,

c. II, 15 – III, 15.

5. C ad marg. [*gratiam,, Et*] *consoletur*
11. *$\overline{ds}$*[est] *qui* correcto fort. scribae.
26. C ad marg. inf. adhibitis siglis $\overline{hd}$ et $\overline{hs}$ supplevit *hoc denuntiabamus uobis*
34. C *aba[oc]udit*

Line 26: Ranke omits to mention ‘*uobis*’, here made good.

Sed corripite ut fratrem
[16]ipse autem dominus pacis det uobis pacem sempiternam
in omni loco„ Dominus cum omnibus uobis„ + [17]Salutatio mea
manu pauli·
Quod est signum in omni epistulam ita scribo„
[18]Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus uobis

c. III, 15–18.

. . . .

EXP· AD THESSALL· II· INC· AD COLOSSENSES ARGUMENTUM

. . . .

Colossenses et hii· Sicut laodicienses sunt asiani· Et ipsi preuenti erant a pseudoapostolis nec ad hos accessit ipse apostolus· Sed et hos per epistula recorrigit· audierant enim uerbum ab archippo qui et ministerium in eos accepit· Ergo apostolus iam legatus scribit eis ab epheso

. . . .

EXP· ARG· INC· BREBIS

|I· de spe reposita sanctis in caelis **618**
II· de omni sapientia et intellectu spiritali et de domino quod imago sit dei inuisibilis primogenitus totius creaturae et quod in ipso et per ipsum creata sint uniuersa et omnia illi constent
III· de errore credentium primo et postea sanctitate
IIII· de domino christo quod in eo sint omnes thensauri sapientiae ac scientiae conlocati
V· de seducentium subtilitate uerborum
VI· de traditione apostolica quod a neminem debeat immutari
VII· de philosophia et seductionib·
VIII· de domino conuiuificante eum sanctos ex gentibus delecto decreti chirografo crucique adfixo uniuersa omnia pecamina demittente
VIIII· de sanctis ex gentibus quod obseruationem temporum et escarum testamenti ueteris non debeant custodire
X· de seductoribus
XI· de sanctis quod non terrena sapere debeant et quae|rere· sed superna **619**

12. Argumentum minutioribus characteribus exaratum, quam reliqua.
25. Fort. M¹ *theṇsauri* quibus punctis accendit duplex obelus.
28. Ead. man. *neminem* obelo adhibito mut. in *nemine*
30. Eadem *delecto* in *deleto*
31. Eadem, nisi forte V, *ȯṁṅi̇ȧ*

XII· de mortificatione membrorum terrestrium· id est omnium abstinentium uitiorum
XIII· de expoliatione ueteris hominis cum omnibus uitiis et indomento noui cum renouatione
XIIII· de uirtutibus spiritalib·
XV· de sanctis quod omnia dictu factuque in nomine domini christi agentes gratias deo patri per ipsum semper debeant operari
XVI· de subiectione mulierum ad maritos
XVII· de uirorum delictione ad coniuges et temperantia disciplinae
XVIII· de filiorum obsequio ad parentes
XVIIII· de patrum erga filios temperamento
XX· de seruorum obsequio
XXI· de dominis erga seruos
XXII· de instantia· et uigilantia orationis
XXIII· de sermones et sales et gratiae condimento
XXIIII· de tychico· et onesimo
XXV· de aristharco concaptiuo apostoli et marco consobrino
620 barnabae et ihesu iusto ex circumcisione |adiutoribus regni
XXVI· de sollicitudine epaphrae in oratione pro colossensibus et laodicensibus et hieropolitanis
XXVII· de luca medico· et deman
XXVIII· de nymfa· et domestica eius ecclesia
XXVIIII· de apostolo mandante et colossensium epistulam laodicenses legerentur et laodicensium colossenses
XXX· de arcippo ut ministerium suum impleat
XXXI· de salutatione pauli et uinculorum eius

. . . .

EXP· BREBIS COLOSSENSIUM
INC· CORPUS EPISTULAE

. . . .

[1,] [1]Paulus apostolus christi ihesu per uoluntatem dei et timotheus frater [2]his qui sunt colossis sanctis et fidelibus fratribus in christo ihesu·

[3]Gratias agimus deo et patri domino nostro ihesu christo,, Semper pro uobis orantes [4]audientes fidem uestram in christo
621 ihesu,, Et dilectionem |quam habetis in omnes sanctos,, [5]Propter

c. I, 1–5.

15. Eadem (Fort. M[1]) interpunxit *dominis· erga*

35. C siglis $\overline{hd}$ et $\overline{hs}$ usus ad marginem inferiorem supplevit verba: *Gratia uobis et pax a deo patre nostro*

Line 15 footnote: Ranke writes ‘*ergo*’ for ‘*erga*’. Here corrected. Also omission of (Fort. M[1]) corrected.

spem quam reposita est in caelis,, Quam audistis in uerbo ueritatis euangelii [6]quod peruenit ad uos

Sicut et in uniuerso mundo est,, Et fructificat et crescit,, Sicut et nobis ex ea die qua audistis et cognouistis gratiam dei in ueritate,, [7]Sicut didicistis ab ephafra carissimo conseruo nostro

Qui est fidelis pro uobis minister christi ihesu,, [8]Qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu

IN IEIUNIO EPIFANIORUM

II· [9]Ideo et nos ex qua die audiuimus,, Non cessamus pro uobis orantes et postulantes ut inpleamini agnitione uoluntatis eius,,

In omni sapientia et intellectu spiritali,, [10]Ut ambuletis
in dilectione digne deo per omnia placentes in omni opere
bono,, Fructificantes et crescentes in scientia dei,, [11]In omni
uirtute confortati,, Secundum potentiam claritatis eius,, In omni
patientia et longanimitate |cum gaudio,, [12]Gratias agentes deo 622
patri qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine,,

[13]Qui eripuit nos de potestate tenebraram,, Et transtulit in regnum fili dilectionis suae,, [14]In quo habemus redemptionem

Remissionem peccatorum

[15]Qui est imago dei inuisibilis

Primogenitus omni creaturae,, [16]Quia in ipso condita sunt uniuersa· in caelis et in terra· uisibilia et inuisibilia,, Siue throni· siue dominationes

Siue principatus· siue potestates,, Omnia per ipsum et in ipso creata sunt

[17]et ipse est ante omnes et omnia in ipso constant

[18]Et ipse est caput corporis ecclesiae,, Qui est principium primogenitus ex mortuis,, Ut sit ipse in omnibus primatum tenens,, [19]Quia in ipso conplacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare **+** corporaliter

[20]Et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per
sanguinem crucis eius,, Siue quae |in caelis· Siue quae in 623
terris sunt

III· [21]Et uos cum essetis aliquando alienati et inimici sensus in operibus malis,, [22]Nunc autem reconciliauit in cor-

c. I, 5–32.

5. C [ab] *ephafrodito*
6. Literae *ruo* in rasura aliarum quarundam positae sunt, quae cognosci nequeunt.
10. *pro* qui ductus calami super *r* positus otiosus esse uidetur.
16. Siglum ∴ in margine inferiore appositum quid sibi uelit nescitur.
31. Crucicula nitide picta admirationis signum qua haec lecta sunt. Cf. stellulas in pp. 97. 99. cet. margini appositas et quae ad 124, 15 notavimus

Line 10 footnote: The mark is actually a Tyronian '&' sign: '⁊'.
Line 31 footnote: The printer has set p. 97. 99, but this makes no sense.
Possibly pp. 97. 99, i.e. p.97 & p.99 was required. 124, 15, i.e. p.24. 15 makes good sense.

pore carnis eius per mortem exhibere uos sanctos et inmacu-
latos et inrepraehensibiles coram ipso

[23]Si tamen permanetis in fide fundati et stabiles et in-
mobiles ab spe euangelii quod audistis

Quod praedicatum est in uniuersa creatura quae sub caelo
est,, Cuius factus sum ego paulus minister,, [24]Qui nunc gaudeo
in passionibus pro uobis· Et adinpleo ea quae desunt passionum
christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia,,
[25]Cuius factus sum minister ego secundum dispensationem dei
quae data est in uos,, Ut inpleam uerbum dei,, [26]Mysterium
quod absconditum fuit· in saeculis in generationibus,, Nunc
624 autem manifestatum est |sanctis eius· [27]quibus uoluit deus notas
facere diuitias gloriae sacramenti huius in gentibus,, Quod est
christus in uobis spes gloriae [28]quem nos adnuntiamus,, Corri-
pientes omnem hominem,, Et docentes in omni sapientia

Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in christo
ihesu,, [29]In quo et laboro certando,, Secundum operationem
eius quam operatur in me et uirtutem

IIII· [2, 1]Uolo enim uos scire qualem sollicitudinem LECTIO IN QUADRAGESIMA DOMINICA V
habeam pro uobis· Et pro his qui sunt laodiciae,, Et quicum-
que non uiderunt faciem meam in carne

[2]Ut consolentur corda ipsorum instructi in caritate,, Et
in omnes diuitias plenitudinis intellectus,, In agnitione mysterii
dei patris christi ihesu· [3]In quo sunt omnes thensauri sapientiae
et scientiae absconditi

V· [4]Hoc autem dico ut nemo uos decipiat in subtilitate
sermonum,, [5]Nam etsi corpore absens sum· sed spiritu uobis-
cum sum,,

625 |Gaudens et uidens ordinem uestrum,, Et firmamentum
eius· quae in christo est fidei uestrae

VI· [6]Sicut ergo accepistis ihesum christum dominum
in ipso ambulate [7]radicati et superaedificati in ipso et comfir-
mati fide,, Sicut et didicistis abundantes in gratiarum actionem

VII· [8]Uidete ne quis uos decipiat per philosophiam
et inanem fallaciam· Secundum traditionem hominum,, Secundum
elementa mundi et non secundum christum,, [9]Quia in ipso

2. *inrepraehensibilis* a V muta-
tum in —*les*

habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter,, [10]Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis,, + [11]In quo et circumcisi estis· circumcisione non manu facta,, In expoliatione corporis carnis,, In circumcisione christi [12]consepulti ei in baptismo,, In quo et resurrexistis per fidem operationis dei,,

Qui suscitauit illum a mortuis

VIII· [13]Et uos cum essetis mortui |in delictis et praeputio carnis uestrae· Cumuiuificauit cum illo,, Donans uobis omnia delicta· [14]delens quod aduersus nos erat chirografum decreti,, Quod erat contrarium nobis,, Et ipsum tulit de medio adfigens illut cruci,, [15]Expolians principatus et potestkates,, Traduxit confidentem palam triumphans illos in semet ipso **626**

VIIII· [16]Nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu,, Aut in parte diei festi aut neomeniae· aut sabbatorum,, [17]Quae sunt umbra futurorum corpus autem christi·

X· [18]Nemo uos seducat· uolens in humilitatem et religione angelorum,, Quae non uidens ambulans frustra inflatus sensu carnis suae,, [19]Et non tenens caput· ex quo totum corpus per nexu et coniunctionis subministratum et constructum crescit in augmentum dei,, [20]Si mortui estis cum christo ab aelementis huius mundi,, Quid adhuc |tamquam uiuentes in hoc mundo decernitis **627**

[21]Ne tetigeritis· neque gustaueritis· neque contractaueritis [22]quae sunt omnia in interitu ipso usu,, Secundum praecepta et doctrinas hominum,, [23]Quae sunt rationem quidem habentia sapientiae· in superstitione et humilitate,,

Et ad non parcendum corpori,, Non in honore aliquo ad saturitatem carnis,,

LECT· IN SANCTUM PASCHA DOMINICO

XI· [3,] [1]Igitur si conresurrexistis cum christo,, Quae sursum sunt quaerite ubi christus est in dextera dei sedens,, [2]Quae sursum sunt sapite· non quae super terram,,

[3]Mortui enim estis· et uita uestra abscondita est cum christo in deo,, [4]Cum christus apparuerit uita uestra,, Tunc uos apparebitis cum ipso in gloria,,

XII· [5]Mortificate ergo membra uestra quae sunt

c. II, 9 – III, 5.

1. *habitat* a V vel scriba in *inhabitat* correctum. Lectionem originalem retiuimus.
4. *expoliationem* et puncto et obelo corr. in *—ne*
5. Supra spatiolum quo separantur vocc. *resurrexistis* et *per* positum est **k**, nisi fallimur siglum correctoris, quo indicavit novum versum esse inchoandum. Cf. quae ad 179, 11 notavimus. Vide p. 295.
12. fort. V^{s} *illud·*
13. Eadem manus correxisse videtur *confidenter* punctoque instruxisse sequens
15. *dieì* nec minus, quod mox sequitur,
17. *humilitatem̀*, cuius verbi litera ultima eiusdem atramenti obelo iugulata est. Porro eadem manus
20. vocabulo *nexu* uncialem literam S superscripsit et in facienda divisione verbi *constru-***c***tum* illud *c* addidit adhibitoque puncto et obelo vocabulum.
21. *aelementis* mutavit in *elementis*.
30. *conr̊esurrexistis·* Lectionem retinendam putavimus.
32. *supra* a V in *super* mutatum.

628 super terram,, fornicationem· inmunditiam,, libidinem |concupiscentiam malam

Et auaritiam quae est simulacrorum seruitus,,

[6]Propter quae uenit ira dei in filios diffidentiae,,

[7]In quibus et uos ambulastis aliquando cum uiueretis in illis

XIII· [8]Nunc autem deponite et uos omnia iram indignationem,, Malitiam blasphemiam· turpem sermonem de ore uestro

[9]Nolite mentire inuicem

expoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius

[10]Induentes nouum,, Eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum,,

[11]Ubi non est gentilis et iudaeus· circumcisio et praeputium,, Barbarus et scytha,, Seruus et liber,, sed omnia· et in omnibus christus **+**

XIIII· [12]Induite uos ergo· Sicut electi dei sancti et dilecti,, Uiscera misericardiae,,

Benignitatem· humilitatem,, Modestiam· patientiam,, [13]Subportantes inuicem,, Et donantes uobismet ipsis,, Si quis ad-
629 uersus aliquem,, |habet quaerellam,, Sicut et dominus donauit uobis ita et uos·

XV· [14]Super omnia haec caritatem autem habentes quod est uinculum perfectionis,, [15]Et pax christi exultet in cordibus uestris,,

In qua et uocati estis in uno corpore,, Et grati estote,, [16]Uerbum christi habitetin uobis abundanter,,

In omni sapientia docentes et commonentes uosmet ipsos,, Psalmis· hymnis canticis spiritalibus,, In gratia cantantes in cordibus uestris deo,,

[17]Omne quodcumque facitis in uerbo aut in opere

Omnia in nomine domini ihesu christi,, Gratias agentes deo et patri per ipsum

XVI· [18]Mulieres subditae estote uiris sicut oportet in domino

XVII· [19]Uiri diligite uxores et nolite amari esse ad illas

8. fort. S [*uestro*] *non procedat*
22. fort. V vel S [*omnia*] *autem haec caritatum habentes* et quod sequitur
28. [*hymnis*] *et canticis*
35. *Uiris* puncto et obelo adhibito in *Uiri* mutatum.

XVIII· [20]Fili oboedite parentibus per omnia· hoc enim placitum est in domino

XVIIII· [21]Patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros ut non pusillo animo |fiant 630

XX· [22]Serui oboedite per omnia dominis carnalibus,,

Non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes,, Sed in simplicitate cordis timentes dominum

[23]Quodcumque facitis ex animo opermini,, Sicuti domino et non hominibus,,

[24]Scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis,, Domino christo seruite,, [25]Qui enim iniuriam facit recipiet id quod inique gessit,,

Et non est personarum acceptio aput deum

XXI· [4, 1]Domini quod iustum est et aequum seruis praestate

Scientes quoniam et uos domium habetis in caelis

XXII· [2]Orationi instate uigilantes in ea in gratiarum actione

[3]Orantes simul et pro nobis ut deus aperiat nobis ostium uerbi ad loquendum mysterium christi,, Propter quod etiam uinctus sum [4]ut manifestem illum ita ut oportet me loqui

XXIII· [5]In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt tempus redimentes,, [6]Sermo uester semper in |gratia sale sit 631
conditus

Ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere

XXIIII· [7]Quae circa me sunt omnia uobis nota faciet Tychicus carissimus frater

Et fidelis minister et in domino [8]quem misi ad uos hoc ipsum ut cognoscat quae circa uos sunt,, Et consoletur corda uestra· [9]cum onesimo carissimo et fideli fratre qui est ex uobis,, Omnia quae hic agunt nota facient uobis

XXV· [10]Salutat uos aristharcus concaptiuus meus· et marcus consobrinus barnabae,, De quo accepistis mandata,,

Si uenerit ad nos suscipite illum· [11]et ihesus qui dicitur iustus qui sunt ex circumcisione,, Hi soli sunt adiutores mei in regno dei qui mihi fuerunt solacio

c. III, 20 – IV, 11.

14. *Dominis* obelo adhibito mut. in *Domini*
16. *caelis* mut. in *caelo*· Lectionem retinui.
17. *uigilantes* **in ea** *in* (V)
29. *cognoscant*
35. *mei* lectio, non error.

XXVI· [12]Salutat uos ephaphras qui ex uobis est
seruus christi ihesu,, Semper sollicitus pro uobis in orationibus,,
632 Ut stetis perfecti et pleni in omni |uoluntate dei,, [13]Testimonium
enim illi perhibeo quod habet multum laborem pro uobis,,
Et pro his qui sunt laodiciae et qui hierapoli,,

XXVII· [14]Salutat uos lucas medicus carissimus et demas,,

XXVIII· [15]Salutate fratres qui sunt laodiciae et nympham et quae in domo eius est ecclesia,,

XVIIII· [16]Et cum lecta fuerit aput uos epistula· facite ut et in laodicensium ecclesia legatur,, Et eam quae laodicensium est ad uos legatur

XXX· [17]Et dicite archippo uide ministerium quod accepisti in domino ut illud inpleas

XXXI· [18]Salutatio mea manu pauli memores estote uinculorum meorum,, Gratia domini nostri uobiscum· amen

c. IV, 12–18.

. . . .

EXP· AD COLOSSENSES
INC· AD LAODICENSES

. . . .

Timotheam instituit et docet de ordinatione episcopatus et diaconii· et omnis ecclesiasticae disciplinae

633 |[1]Paulus apostolus non ab hominibus,, Neque per hominem sed per ihesum christum,,

Fratribus qui sunt laodiciae,, [2]Gratia uobis et pax a deo
patre et domino ihesu christo,, [3]Gratias ago christo per
omnem orationem meam

Quod permanentes estis in eo et perseuerantes in operibus
eius promissum expectantes in diem iudicii,, [4]Neque destituant
uos quorundam uaniloquia insinuantium,,

Ut uos euertant a ueritate euangelii quod a me prae-
dicatur,, [5]Et nunc faciet deus ut qui sunt ex me ad profectum
ueritatis euangelii deseruientes,,

1–5.

5. *hier*^{a}*opoli*
11. C [*quae*] *est laodicensium·* Ad sequens vocabulum *est* animum corrector non admovit.

Et facientes benignitatem operumque salutis uitae aeternae

II· [6]Et nunc palam sunt uincula mea quae patior in christo,, Quibus laetor et gaudeo,, [7]Et hoc mihi est ad salutem perpetuam quod ipsum factum orationibus uestris· et administrantem spiritum sanctum [8]siue per uitam siue per mortem· Est enim mihi uere uita in christo |et mori gaudium,, [9]Et in 634
ipsum in uobis faciet misericordiam suam,, Ut eandem dilectionem habeatis· et sitis unianimes

III· [10]Ergo dilectissimi ut audistis praesentia mei· ita retinete et facite in timore dei et erit uobis uita in aeternum,, [11]Est enim deus qui operatur in uos· [12]et facite sine retractu· quaecumque facitis [13]et quod est dilectissimi gaudete in christo

IIII· Et praecauete sordidos in lucro [14]omnes sint petitiones uestrae palam aput deum· et estote firmi in sensu christi [15]et quae integra et uera et pudica· et iusta et amabilia facite [16]et quae audistis· et accepistis· in corde retinete et erit uobis pax

V· [18]Salutant uos sancti· [19]Gratia domini ihesu cum spiritu uestro· [20]Et facite legi colosensium uobis · · · · ·

6–20.

EXP·AD LAODICENSES
INC· AD TIMOTHEUM I·
ARGUMENTUM

|Timotheus instruet· et docet de ordinatione episcopatus et de 635
diaconii. Et omnis ecclesiasticae disciplinae scribens de laodicia·

EXP· ARG· INC· BREBIS

I· de fabulis et genealogiis et doctoribus uanis· ac peruersa doctrina· et plenitudine sanae doctrinae

II· de lege quod iustis· et omnibus sceleratis et de apostoli uita pristina et de misericordia dei super ignorantiam pro gratiam

III· de domino quod saluare peccatores in saeculum uenerit et de apostolo ad exemplum credentium misericordiam consecuto

IIII· de hymineo et alexandro traditis satanae

V· de orationib· pro hominib· et universis· et quod omnes homines uelit saluos fieri deus

VI· de deo quod unus est et de domino quod mediator dei et hominum unus est homo christus ihesus

636 **|VII·** de libertatem uirorum ac mulierum orandi in omni loco et habitu feminarum

VIII· de episcoporum et coniugum formulam idem episcopi qui et presbyteri dicebantur

VIIII· de mysterio pietatis

X· de spiritu sancto nouissima tempora· et simulatores et infidelium perfidiam per apostolum praedicantem

XI· de profanis et animalib· fabulis et corporali exercitio pietatis

XII· de labore sanctorum

XIII· de doctore quod se ipsum discipulis formulam bonis operib· in omnib· debeant exhibere

XIIII· de doctore quod nihil aliud quam doctrinam et iustitias domini semper debeant meditari

XV· de senioribus non increpandis

XVI· de ueris uiduis· et de uiduis filios habentibus

XVII· de uiduis adulescentiorib·

XVIII· de fidelibus uiduas filios habentibus

637 **XVIIII·** de praesbyteris praecedentibus maxime labo|rantibus doctrina

XX· de accusationem aduersus maiorem natum

XXI· de peccantibus publice corripientibus

XXII· de traditione apostolica non transeunda

XXIII· de manibus non temere inponendis et abstinentia peccaminum alienorum et quod infirmib· etsi ante abstinuerint ut uino modico liceat

XXIIII· de peccatis quorundam manifestis uel subsequentib· similiter et operibus bonis

XXV· de seruis

XXVI· de ductorib· ac ductorib· falsis et ab eis separatione sanctorum

XXVII· de sufficientia· et auaritia

XXVIII· de iustitia et omnib· uirtutib· sanctitatis et martyrio domini et aduentu et quod deum patrem nemo uidit hominum nec uidere potest

XXVIIII· de diuitibus istius saeculi

XXX· de profanis nouitatibus uocum

EXP· BREBIS· INC· CORPUS EPISTULAE

20. XVI.

|[1,] [1]Paulus apostolus christi ihesu secundum imperium **638** dei saluatoris nostri christi ihesu spei nostrae,, [2]Timotheo dilecto filio in fide,,

Gratia misericordia pax a deo patre· et christo ihesu domino nostro

[3]Sicut rogaui te ut remaneris ephesi· cum irem in machedoniam,, Ut denuntiarem quibusdam ne aliter docerent,, [4]Neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis,, Quae quaestiones praestant magis quam aedificationem dei· quae est in fide,, [5]Finis enim praecepti est,, Caritas de corde puro· et conscientia bona· et fide non ficta,, [6]A quibus quidam aberrantes· conuersi sunt in uaniloquium,,

[7]Uolentes esse legis doctores,, Non intellegentes· neque quae locuntur neque de quibus adfirmant

II· [8]Scimus autem quia bona est lex· si quis ei ligetime utatur,, [9]Sciens hoc quia iusto non est lex posita

Sed iniustis et non subditis
Impiis et peccatoribus
Sceleratis et contaminatis
|patricidis et matricidis **639**
homicidis· [10]fornicariis

Masculorum concubitoribus plagiariis· mendacibus periuriis,, Et si quid aliut sanae doctrinae aduersatur,, [11]Quae est secundum euangelium gloriae beati dei quod creditum est mihi,, [12]Gratias ago ei qui me confortauit christo ihesu· domino nostro·

Quia fidelem me existimauit· ponens in ministerio,, [13]Qui primus fui blasphemus et persecutor· et contumeliosus· Sed misericordiam dei consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate,, [14]Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione quae est in christo ihesu

III· [15]Fidelis sermo et omni acceptione dignus· quia christus ihesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere,, Quorum primus ego sum,,

[16]Sed ideo misericordiam consecutus sum ut in me primum ostenderet christus ihesus omnem |patientiam,, Ad exemplum **640**

c. I, 1–16.

4. Inc. [*mis.*] *et pax*
15. Inc. [*quis*] *ea legetime*
22. *mendacibus*· Punctum otiosum.

Line 8: I expect, and I believe I see a little tail on the 'e' of 'Que', which makes it in fact, 'Quae'
Line 25: There is a clear raised dot following ihesu. It may have been for the contraction used ih̄u, or it might be for a comma.

eoram qui credituri sunt illi in uitam aeternam,, [17]Regi autem saeculorum inmortali inuisibili,, Soli deo honor et gloria· in saecula saeculorum,, AMEN

IIII· [18]hoc praeceptum commendo tibi fili timotheae·

Secundum praecedentes in te prophetias,, Ut milites in illis bonam militiam [19]habens fidem et bonam conscientiam,, Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt,, [20]Ex quibus est hymineus et alexander

Quos tradidi satanae ut discant non blasphemare

V· [2,] [1]Obsecro igitur primo omnium fieri,, Obsecrationes orationes· postulationes,, Gratiarum actiones,, pro omnibus hominibus [2]pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt,, Ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate et castitate,, [3]Hoc enim bonum est et acceptum coram salatori· nostro deo

641 [4]Qui omnes homines uult· |saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire·

VI· [5]Unus enim deus· unus et mediator dei et hominum·

Homo christus ihesus· [6]qui dedit redemptionem semetipsum pro multis,, Testimonium temporibus suis

[7]In quo positus sum ego praedicator et apostolus,,

Ueritatem dico· non mentior,, Doctor gentium in fide et ueritate

VII· [8]Uolo ergo uiros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira et disceptatione,, [9]Similiter et mulieres in habitu ornato,, Cum uerecundia et sobrietate,,

Ornantes se· non in tortis crinibus· aut auro aut margaritis,, Uel ueste praetiosa,, [10]Sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bonam conuersationem,,

[11]Mulier in silentio discat· cum omni subiectione

[12]Docere autem mulierem non permitto,, Neque dominari in uirum sed esse in silentio,, [13]Adam enim primus formatus
642 est,, Deinde euua [14]et adam |non est seductus,, Mulier autem seducta in preuaricatione fuit,, [15]Saluabitur autem per filiorum regenerationem

c. I. 16 – II, 15.

7. *circā*· Lineola sensu carens.
12. [*hominib*· [k]*pro*] **k** novam versus inchoationem lectio videtur, cf. not. 179, 10. Vide: *commune*· [k]*de periculo*. Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλου*** initium fiat.
16. Inc. [*et*] *in* [ad]
30. *pietatem* puncto otioso distinctum.
36. *ṙẹgenerationem* lectio, non error.

Si permanserit in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate

VIII· [3, 1]Fidelis sermo,, Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat,,

[2]Oportet ergo episcopum inrepraehensibilem esse,, Unius uxoris uirum,, Sobrium prudentem,, hornatum hospitalem doctorem

[3]Non uinolentum non percussorem,, Sed modestum,, Non litigiosum non cupidum,, [4]Suae domui bene praepositum

Filios habentem subditos cum omni castitate,,

[5]Si quis autem domui suae praeesse nescit· quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit,, [6]Non neophitum· ne in superbia elatus in iudicium incidat diaboli,, [7]Oportet autem illum et testimonium habere bonum ab his qui foris sunt,,

Ut non in opprobrium |incidat et laqueum diaboli 643

LECT· DE ORDINATIONIB·

[8]Diacones similiter pudicos,, Non bilingues non multo uino deditos

Non turpe lucrum sectantes,, [9]Habentes mysterium fidei in conscientia pura,, [10]Et hii autem probentur primum et sic ministrent,, Nullum crimen habentes,,

[11]Mulieres similiter pudicas· non detrahentes

Sobrias fideles in omnibus

[12]Diacones sint unius uxoris uiri,, Qui filiis suis bene praesunt et suis domibus,, [13]Qui enim bene ministrauerint gradum bonum sibi adquirunt

VIIII· [14]haec tibi scribo sperans me uenire ad te cito,,

[15]Si autem tardauero ut scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari·

Quae est ecclesia dei uiui

LECTIO IN SEXAGESIMA

Columna et firmamentum ueritatis,, **+** [16]Et manifeste magnum est pietatis sacramentum

Quod manifestatum est in carne· Iustificatum est in spiritu,, Apparuit angelis praedicatum est gentibus,, Creditum |··· 644

X· [4, 1]Spiritus autem manifeste dicit

quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide

attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum

c. II, 15 – IV, 1.

6. Fort. S. [*prudentem*] *pudicum*
13. *superbia. elatus*
25. Incertum, an S verba [*adquirunt*] *et multa fiduciam in fide quae est in christo ihesu* spatio quod est inter cap. IX et VIII intulerit.
33. Fort. S [*Creditum*] est *in mundo adsumptum est in gloria*. Haec verba partim in margine, partim in rasura aliorum quorundam scripta sunt, quae non amplius legi possunt. See below.

Line 33: On the new page, line 1 has been erased, and the old text replaced by '*adsumptum est in gloria*'. Traces indicate the the original text was the last three words crudely added to the previous page after '*Creditum*'. These three words: '*est in mundo*' it seems, is where the original paragraph ended. This looks like Vulgatisation.

[2]In hypochrisi loquentium mendacium· Et cauteriatam habentium suam conscientiam„ [3]Prohibentium nubere„ Abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum· cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognouerunt ueritatem„ [4]Quia omnis creatura dei bona„ Et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur„ [5]Sanctificatur enim per uerbum dei et orationem

[6]Haec proponens fratribus bonus eris minister christi ihesu· enutritus uerbis fidei· et bonae doctrinae quam adsecutus es„

XI· [7]Ineptas autem et aniles fabulas deuita„ Exerce te ipsum ad pietatem„

[8]Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est

Pietas autem ad omnia utilis est promissionem habens uitae quae nunc est et futura„ **+**

645 |**XII·** [9]Fidelis sermo et omni acceptione dignus [10]In hoc enim laboramus et maledicimur quia sperauimus in deum uiuum„ Qui est saluator omnium hominum maxime fidelium — **LECT· DE ORDINATIONIB·**

XIII· [11]praecipe et doce [12]nemo adulesecentiam tuam contemnat„ Sed exemplum esto fidelium· in uerbo· in conuersatione„ In caritate· in fide· in castitate

[13]Dum uenio attende lectioni· et exhortationi doctrinae· [14]noli neglegere gratiam quae in te est„ Quae data est tibi per prophetiam cum inpositione manum praesbyterii„

XIIII· [15]haec meditare· in his esto ut profectus tuus manifestus sit omnibus·

[16]Attende tibi et doctrinae insta in illis hoc enim faciens· et te ipsum saluum facies et qui te audiuunt„ **+**

XV· [5, 1]Seniorem ne increpaueris sed obsecra ut patrem

Iuuenes ut fratres· [2]anus ut matres„ Iuuenculas ut sorores in omni castitate

XVI· [3]Uiduas honora quae uere uiduae sunt· [4]si qua
646 autem |uidua filios aut nepotes habet· discat primum domum suam regere„ Et mutuam uicem reddere parentibus· hoc enim acceptum est coram deo„ [5]Quae autem uere uidua est et

19. Fort. S [*et*] *haec*
27. 28. Membrana hic non integra.
28. *facies* fortasse e *faciens* rasura ortum. Verisimile, Victorem tum supplevisse [*et*] *eos* tum obelis iugulasse alterum istud *u* verbi *audiunt*. Lectionem tamen retinui, quia huius verbi forma non tam in errore posita est, quam in irregularitate scriptionis. *Audiuunt* enim idem valet, quod *audibunt*, et *audibunt* idem, quod *audient*

desolata· Sperauit in deum· et instat obsecrationibus et orationibus nocte et die

[6]Nam quae in diliciis est uiuens mortua est„ [7]Et hoc praecipe ut inrepraehensibiles sint„ [8]Si quis autem suorum· et maxime domesticorum curam non habet· fidem negauit et est infideli deterior„

[9]Uidua elegatur· non minus LX annorum quae fuerit unius uiri uxor· [10]In operibus bonis testimonium habens„ Si filios educauit· si hospitio recepit

Si sanctorum pedes lauit· si tribulationem patientibus subministrauit„

Si omnem opus bonum subsecuta est

XVII· [11]Adulescentiores autem uiduas deuita„ Cum enim luxuriatae fuerint in christo nubere uolunt„

[12]Habentes damnationem quia prima fidem inritam |fecerunt· 647
[13]Simul autem et otiosae discunt circuire domos„ Non solum otiosae· sed et uerbosae curiosae loquentes quae non oportet„ [14]Uolo ergo iuueniores nubere filios procreare„ Matres familias esse· nullam occansionem dare aduersario maledicti gratia

[15]Iam enim quaedam· conuersae sunt retro satanan·

XVIII· [16]Si quis fidelis· uel si qua fidelis habet uiduas subministret illis et non grauetur ecclesia„ Ut his quae uerae uiduae sunt sufficiat

XVIIII· [17]Qui bene praesunt praesbyteri duplici honore digni habeantur· maxime qui laborant in uerbo et doctrina„

IN DEUTERONOMIO [18]Dicit enim scriptura· non infrenabis· os· boui trituranti„ Et dignus est operarius mercedem suam·

XX· [19]Aduersus praesbyterum accusationem noli recipere„ Nisi duobus et tribus testibus„

XXI· [20]Peccantes coram omnibus argue ut ceteri
timorem |habeant 648

XXII· [21]Testor coram deo et christo ihesu et electis angelis„ Ut haec custodias sine praeiudicio„ Nihil faciens in aliam partem declinando

XXIII· [22]Manus cito nemini inposueris„ Neque communicaueris peccatis alienis

c. V, 5–22.

7. *Uidua· elegatur*
9. *hospitiu* mut, in *—tio*
17. C [*uerbosae*] *et*
25. *hôṅore*. Par punctum inutilium.
30. C [*ut*] *et*
33. C [*angelis*] *eius* | [*Nihil*] *facias*

Line 35: Ranke numbered this paragraph incorrectly as ‘XXIIII’. Here corrected.

Te ipsum castum custodi,,

[23]Noli adhuc aquam bibere sed uino modico utere propter sthomacum tuum et frequentes tuas infirmitates,,

XXIIII· [24]Quorundam hominum peccata manifesta sunt praecidentia ad iudicium,, Quosdam autem et subsequuntur

[25]Similiter et facta bona manifesta sunt· et quae aliter se habent abscondi non possunt,,

XXV· [6, 1]Quicumque sunt sub iugo serui,, Dominos suos omni honore dignos arbitrentur,, Ne nomen domini et doctrina blasphemetur

[2]Qui autem fideles habent dominos non contemnat quia fratres sunt

Sed magis seruiant quia fideles sunt et dilecti,,

Qui beneficii participes sunt,,

649 |**XXVI·** Haec doce et exhortare [3]Si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri ihesu christi,, Et ei qui secundum pietatem est doctrinae,, [4]Superbus nihil sciens sed languens circa quaestiones et pugnas uerborum· ex quibus· uriuntur,, Inuidiae· contentiones· blasphemiae suspiciones **LECTIO COTIDIANA**
malae,, [5]Conflictationes hominum mente corruptorum· et quia ueritate priuati sunt

Existimantium quaestum esse pietatem

XXVII· [6]Est autem quaetus magnus,, Pietas cum sufficientia,, + [7]Nihil enim intulimus in hunc mundum aut dubium· uerum· tamen nec auferre quid possumus,, [8]habentes autem alimenta· et quibus tegamur· his contenti sumus,, [9]Nam qui uolunt diuites fieri incidunt in temptationem et laqueum diaboli,,

Et desideria multa· inutilia et nociua· quae mergunt homines in interitum et perditionem,,

650 [10]Radix enim omnium malorum |est auaritia,, Quam quidam adpetentes errauerunt a fide· et inseruerunt se doloribus multis

XXVIII· [11]Tu autem homo dei haec fuge

Sectare uero iustitiam pietatem· fidem· caritatem,, Patientiam· mansuetudinem,, [12]Certa bonum certamen fidei,,

adpraehende uitam aeternam in qua uocatus es,,

c. V, 22 – VI, 12.

4. *Quorum* statim ut vdtr. post scriptionem a scriba mut. in *Quorundam*

23. Inc. [*autem*] *quaestus*

Et confessus es· bonam confessionem coram multis testi-
bus,, [13]Praecipio tibi coram deo qui uiuificat omnia,, Et christo
ihesu· qui testimonium reddidit sub pontio pilato bonam con-
fessionem,,

[14]Ut serues mandatum sine macula inrepraehensibilem
usque in aduentum domini nostri ihesu christi,, [15]Quem suis
temporibus ostendit,, Beatus et solus potens,, Rex regum et
dominus dominantium,, [16]Qui solus habet inmortalitatem

Et lucem inhabitans inaccessibilem,, Quem uidit nullus
hominum· Sed nec uidere potest· Cui honor et imperium
sempiternum· amen,, +

|**XXVIIII**· [17]Diuitibus huius saeculi praecipe non 651
sublime sapere neque sperare in incerto diuitiarum

Sed in deo qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum,,
[18]Bene agere diuites fieri in operibus bonis· facile tribuere
communicare,, [19]Thensaurizare sibi fundamentum bonum in
futurum,, Ut adpraehendant ueram uitam,,

XXX· [20]O timotheae· depositum custodi· uitans· pro-
fanas uocum nouitates

Et obpositiones falsi nominis scientiae [21]quam quidam
promittentes circa fidem exciderunt· gratia tecum· AMEN,,

c. VI, 12-21.

EXP· AD TIMOTHEUM I·
INC· ARG· AD EIUSDEM II

Item timotheo scribit de exhortatione martyrii· et de omnes regulas ueritatis et quid futurum sit temporibus nouissimis et de sua passione scribit ei ab urbe roma · · · · · · · · · · · · · · ·

EXPL· ARG· INC· BREBIS

· ·

|**I**· de eunice adq· loide matre auiam timothei et quod sancti non spiritum timoris acciperint· Sed uirtutis et caritatis 652

II· de domino deo non secundum opera nostra sed secundum suum propositum ante tempora aeterna sanctos suos ad gratiam prouocante·

6. *Qui* mut. in *Quem*
10. C [*Cui*] *est gloria*
14. C [*deo*] *uiuo*
18. C [*custodi·*] *deuitans*
25. Scriptum est *timotheu* quod imprimendum erat. Nam in his versibus non tam Victor, cuius calamus minus acutus est, quam M[1] erronea correxit videtur, reponens *timotheo* et *de omni regula*

III· de formula sanae doctrinae· et de asianoram perfidia· ex quibus erant phyletus et hermogenis· et de fide onesifori ac sollicitudine

IIII· de tradenda doctrina fidelibus qui idonei erunt aliquos erudire

V· de dei milite expedito et athelete conparatione

VI· de fructu laborantis agriculae

VII· de resurrectione domini ex mortuis

VIII· de sanctis et commorientib· domino et conuiuentibus ac tolerantibus pariter adque regnantibus

VIIII· de contentiones et subuersiones uerborum

X· de seductoribus

XI· de magna domu· uasa diuersis generib· continente

653 **|XII·** de caritate ac prae cum sanctis

XIII· de quaestionib· stultis

XIIII· de apostolo nouissima tempora et seductores iniquitates omnes et scelera praedicantem

XV· de uirtutib· sanctis et persecutionibus pauli et omnium semper tribulationem sanctorum

XVI· de timotheo ab infantia sacris litteris instituto

XVII· de scriptura diuinitus inspirata

XVIII· de apostolo testificantem timotheum ut oportunae insistere ad docendum

XVIIII· de apostolo praedicante tempus quo sanam doctrinam homines refutarent

XX· de apostolo martyrium suum et liberationi de saeculo praedicante

XXI· de timotheo et dema crescente tito· luca· marco tychico· et carpo et de afferenda paenulam et libris maxime uero membranis

XXII· de alexandro erario apostolum persequente

XXIII· de prima apostoli defensione

654 **XXIIII·** de priscilla· et aquila· et onesifori domo et erasto |et trofimo

XXV· de eubulo et pudente· et lino et claudia et fratribus uniuersis · · · · · · · · · · · · · · · · ·

EXPL· BREB· INC· CORPUS· EPIST

· ·

37. Punctum quod post *CORPUS* positum vides, in codice quidem cernitur, sed in editione secundum rationes nostras delendum erat.

Line 14: Ranke, and others missed this: The manuscript has ‘*claritate*’ :: ‘*clarity*’. This makes no sense wrt the text referred to by the heading, which concerns ‘*charity*’ :: ‘*caritate*’. Clearly, this is a scribal error, and has here been corrected.

[1,] [1]Paulus apostolus christi ihesu· per uoluntatem dei,, Secundum promissionem uitae quae est in christo ihesu

[2]Timotheo carissimo filio

Gratia misericordia pax a deo patre et christo ihesu domino nostro

[3]Gratias ago deo meo cui seruio a progenitoribus in conscientia pura,, Quam sine intermissionem habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die [4]desiderans te uidere,, Memor lacrimarum tuarum ut gaudii inplear,, [5]Recordationem· accipiens eius fidei quae est in te non ficta

Quae et habitauit primum in auia tua loide· et matre tua eunuce,, Certus sum autem quod et in te,, [6]Propter quam causam admoneo te,, Ut resuscites gratiam dei quae est in te per inpositionem manum |mearum,, [7]Non enim dedit nobis **655** deus spiritum timoris,, Sed uirtutis et dilectionis et sobrietatis

II· [8]Noli itaque erubiscere testimonium domini nostri neque me uinctum eius,, Sed conlabora euangelium secundum uirtutem· dei [9]qui nos liberauit,, Et uocauit uocatione sua sancta·

Non secundum opera nostra· sed secundum propositum suum,, Et gratiam quae data est nobis in christo ihesu· ante tempora saecularia,, [10]Manifestata est autem nunc per inluminationem saluatoris nostri ihesu christi,, Qui destruxit quidem mortem

Inluminauit autem uitam et incorruptionem per euangelium [11]in quo positus sum· ego praedicator· et apostolus· et magister gentium,, [12]Ob quam causam haec patior· sed non confundor,, Scio enim cui credidi,, Et certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem

III· [13]Formam habe sanorum uerborum quae a me |audisti,, In fide et dilectione in christo ihesu,, [14]Bonum depo- **656** situm custodi per spiritum sanctum qui habitat in uobis,,

[15]Scis hoc quod auersi sunt a me omnes qui in asia sunt ex quibus est phygelus et hermogenis,, [16]Det misericordiam dominus onesifori domui,, Quia saepe me refrigerauit,, Et catenam· meam non erubuit,, [17]Sed cum romam uenisset sollicite me quaesiit· et inuenit,, [18]Det illi dominus inuenire miseri-

c. I, 1–17.

4. C [*miseric·*] *et*
11. Inc. *eunice*
18. Punctum quod in codice super *dī* apparet, macula.
25. Super *quo* irregularis ductus calami qui literam *d* repraesentare videtur.
26. C addendo et radendo ante *haec* particulam *etiam* intrusit.
31. V vel S [*in*] *nobis*· Lectionem originalem edidi.
36. Inc. *quaesiuit*

cordiam a domino in illa die,, Et quanta ephesi ministrauit tu melius nosti

IIII· [2,] [1]Tu ergo fili mihi confortare in gratia quae est in christo ihesu,, [2]Et quae audistis a me per multos testes

Haec commenda fidelibus hominibus· qui idonei erunt et alios docere,,

[3]Labora sicut bonus miles christi ihesu

V· [4]Nemo militans deo inplicat se negotiis saecularibus ut ei placeat cui se probabit,, [5]Nam et qui certat in agonem· non coronatur nisi legitime certauerit,, **LECT· IN IEIUNIO SANCTI ANDREAE**

657 |**VI·** [6]Laborantem agricolam· Oportet primum de fructibus accipere,, [7]Intellege quae dico,, Dabit enim tibi dominus intellectum in omnibus

VII· [8]Memor esto dominum ihesum christum resurrexisse a mortuis

Ex semine dauid secundum euangelium meum,, [9]In quo labor usque ad uincula quasi male operans·

Sed uerbum dei non est allegatum,, [10]Ideo omnia sustineo· propter electos ut ipsi salutem consequantur,, Quae est in christo ihesu**+** cum gloria caelesti

VIII· [11]Fidelis sermo· nam si conmortui sumus et conuiuemus,, [12]Si sustinebimus et conregnabimus,, Si negauerimus et ille negauit nos,, [13]Si non credimus ille fidelis permanet,, Negare seipsum non potest,, [14]Haec conmone testificans coram domino,, Noli uerbis contendere in nihil utile est· nisi ad subuersione audientium,,

658 [15]Sollicite cura te ipsum probabile exhibere deo,, |Operarium inconfusibilem,, Recte tractantem uerbum ueritatis

VIIII· [16]Profana autem inaniloquia deuita· multum enim proficient ad impietatem,,

[17]Et sermo eorum ut cancer serpit,, Ex quibus est hymineus· et phyletus· [18]qui a ueritate exciderunt,, Dicentes resurrectionem iam esse factam,, Et subuertunt quorundam fidem,,

X· [19]Sed firmum fundamentum dei stetit habens signaculum hoc,, Cognouit dominus qui sunt eius,, Et discedat ab iniquitate· Omnis qui nominat nomen domini·

c. I, 17 – II, 19.

5. *hominibus.* **k***qui* cf. adnotata 179, 11. Vide: *commune·* **k***de periculo*. Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλου*** initium fiat.
7. *milės·* Punctum inutile.
9. *q̇ui*. Itidem puncta otiosa.
12. *intellegeṙė* Error ex infinitivo antecedente ortus.
22. *negauėrimus* | 23. *ṗėṙmanet* | 25. [*utile*] *ėṡt*. Scriptio originalis lectiones continent, non errores.
28. C ad marg. [*Operarium*] *inreprehensibilem*

Line 24 Ranke splits *seipsum* into *se ipsum*. I have corrected according to the Vulgate.

XI· [20]In magna autem domo,,

Non solum sunt uasa aurea et argentea,, Sed et lignea et fictilia· Et quaedam autem in contumelia

[21]Si quis ergo emundauerit se ab istis,, Erit uas in honorem sanctificatum et utile deo,, Ad omnem opus bonum paratum

XII· [22]Iuuenilia autem desideria fuge,, Sectare uero iustitiam fidem caritatem pacem· cum his qui inuocant dominum de corde puro

|**XIII**· [23]Stultas autem et sine disciplina quaestiones 659
euita sciens quia generant lites·

[24]Seruum autem domini non,, oportet litigare sed mansuetum ease ad omnes,,

Docibilem Patientem,,

[25]Cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati

Ne quando det illis deus paenitentiam ad ignoscendam ueritatem,, [26]Et resipiscant· a diaboli laqueis,,

A quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem,,

XIIII· [3, 1]Hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa,, [2]Et erunt homines se ipsos amantes,, Cupidi elati· superbi· blasphemi,, parentibus inoboedientes ingrati scelest,, [3]Sine affectione sine pace

Criminatores· incontinentes inmites sine benignitate,, [4]Proditores· proterbi· tumidi,, Uoluptatium· amatores magis quam dei [5]habentes speciem quidem pietatis,,

Uirtutem autem eius abnegantes et hos diuita,, [6]Ex his
enim sunt qui petrant domos et captiuas ducunt |mulierculas 660
oneratas peccatis quae ducuntur uariis desideriis,, [7]Semper
discentes· et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes,,
[8]Quemadmodum autem iannes et mambres· restituerunt moysi·
ita et hii resistunt ueritati,, Homines corrupti mente,, Reprobi
circa fidem,, [9]Sed ultra non proficient,, Insipientia enim eorum
manifesta erit omnibus,, Sicut et illorum fuit,,

XV· [10]Tu autem adsecutus es doctrinam meam,, Institutionem propositum fidem longanimitatem,, Dilectionem· Patientiam· [11]Persecutiones· passiones,,

c, II, 20 - III, 11.

1. Post *domo* tria cernitur puncta ...
3. C siglis $\overline{hd}$ et $\overline{hs}$ adhibitis margini inferiori verba intulit [*fictilia*] *et quaedam quidem in honore* simulque particulum sequentuem *Et* obelis iugavit.
11. fort. V *deuita*
16. Medela textus nisi fallor in duplicanda litera *d* data erat, ut legeretur *ad dignoscendam*. Sed inc. manus fort. Victoris correxit *cognoscendam* litera *i* male praetermissa.
21. fort. S correxit *non oboed*.
24. Inc. manus: *Uoluptatum*
26. Inc. *penetrant* | [k]*et* cfr annotata ad 179, 11. Vide: *commune*· [k]*de periculo*. Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλον*** initium fiat.
30. Inc. *iamnes* | Item inc. manus, fort. scribae, vocabulum *restituerunt* false correxit in *ressisterunt*
36. *persecutiones* qui ductus calami otiosus est.

Line 4: Ranke fails to notice *mundauerit* modified to *emundauerit*. Cleanse here changed to purify.

Qualia mihi facta sunt antiochiae iconio lystris quales persecutiones sustenui,, Et ex omnibus me eripuit dominus [12]et omnes qui uolunt pie uiuere in christo ihesu persecutionem patientur,, [13]Mali autem homines et seductores proficient in peius,, Errantes et in errore mittentes,,

661 **XVI·** [14]Tu uero permane in his |quae didicisti· et credita sunt tibi,, Sciens a quo didiceris· [15]et quia ab infantia sacras litteras nosti

Quae te possent instruere ad salutem per fidem quae est in christo ihesu,,

XVII· [16]Omnis scriptura diuinitus instituta,, Et utilis ad docendum,, ad arguendum ad corrigendum,, Ad erudiendum in iustitia,, [17]Ut perfectus sit homo dei,, Ad omnem opus bonum instructus,, IN NATALE SANCTI IOHANNIS·

XVIII· [4, 1]Testificor coram deo et christo ihesu,, Qui iudicaturus est uiuos ac mortuos,,

Et aduentum ipsius et regnum eius,, [2]Praedica uerbum insta oportune inportune,, Argue obsecra· increpa· In omni patientia· et doctrina

XVIIII· [3]Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt,, Sed secundum sua desideria coacerbabunt sibi magistros,, Prurientes auribus,, [4]Et a ueritate quidem auditum auertent,, Ad fabulas autem conuertentur,,

XX· [5]Tu uero uigila in omnibus labora· opus fac
662 euange|listae,, Ministerium tuum imple· Sobrius esto,, [6]Ego enim iam delibor

Et tempus meae resolutionis instat,, [7]Bonam certaui certamen,, Cursum consummaui· fidem seruaui,, [8]In reliquo reposita est mihi corona iustitiae

Quam reddet mihi dominus in illo die iustus iudex,, Non solum autem mihi,, Sed et his qui diligunt aduentum eius,, **+**

XXI· [9]Festina uenire ad me cito

[10]demas enim me dereliquit

diligens hoc saeculum· et abiit thessallonicam,,

Crescens in galatia,, Titus in dalmatia,, [11]Lucas est mecum solus,, Marcum adsume et adduc tecum est mihi utilis in

1. Inc. *iconii*, litera o acutissimo obelo iugulata.
5. *Irrantes* mut. in *Err—*.
36. Inc. fort. S [*est*] *enim*

ministerio,, [12]Tychicum autem misi ephesum [13]pannulam quam reliqui throade aput carpum,, Ueniens adfers tecum· et libros maxime autem membranas

XXII· [14]Alexander aerarius multa mala mihi ostendit,, reddat ei dominus secundum opera eius,, [15]Quem et tu deuita· ualde enim resti|tit uerbis nostris 663

LECT· IN IEIUNIO SANCTI LAURENTI

XXIII· [16]In prima mea defensione nemo mihi adfuit· Sed omnes me dereliquerunt

Non illis reputetur,, [17]Dominus autem mihi adstitit· et confortauit me,, Ut per me praedicatio inpleatur,, Et audiant omnes gentes,, Et liberatus sum de ore leonis,, [18]Liberauit me dominus ab omni opere malo,, Et saluum faciet in regno suo caeleste,, Cui gloria in saecula saeculorum,, **+**

XXIIII· [19]Saluta priscillam et aquilam,, Et onesifori domum,, [20]Erastus remansit corinthi,, Throphemum autem reliqui infirmum mileti,, [21]Festina ante hiemen· uenire·

XXV· Salutat te eubolus et pudens· et linus et claudia

Et fratres omnes· [22]Dominus ihesus christus cum spiritu tuo· gratiam nobiscum· amen· **+**

c. IV, 12-22.

· ·

EXP· AD TIMOTHEUM II·
INC· AD TITUM ARGUMENTUM

· ·

|Titum communefacit et instruit de constitutione praesbyterii· et 664
de spiritali conuersatione· et hereticis uitandis· qui in scripturis iudaicis credunt scribit a nicopoli · · · · · · · · · · · ·

EXP· ARG· INC· BREBIS

I· de domino patre quod ante aeterna tempora dominum filium nobis promiserit· quem postea suis temporib· declarauit

II· de episcopi formula· et quod idem quondam episcopi fuerint qui et praesbyteri dicebantur· et de seductoribus ecelesiarum

1. Inc., atramento nigerrimo usus, *tythicum* | item inc. *paenulam*

25. Inc. *commůnefacit*

Footnote 1: Ranke has written *tythicus* where the ms. clearly has *tythicum*. Here corrected.

III· de senibus et iuuenibus et quod doctor in omnib· bonis exemplum debeat esse discipulis
IIII· de seruis et quod omnib· gratia dei inluxerit salutaris·
V· de imperio docentium et subiectione principib· ac potestatib· ad omnem opus bonum et de uirtutibus omnibus et quo non secundum opera hominum sed secundum uoluntatem suam· cui uoluerit dominus miseretur
VI· de credentibus deo ut praeesse curent operib· bonis
665 **|VII·** de quaestionibus et genealogiis legis contentionibus deuitandis
VIII· de heretico homine cum semel correptus fuerit euitando
VIIII· de tito et artima et tychico et zena legis perito et apollo· de apostolo doctrinam suis a bona opera ne infructuosi fierent et usos necessarios pollicente
X· de apostolo diligentes eum per epistulas salutante

. . . .

EXP· BREB· INC· CORPUS EPIST·

[1, 1]Paulus seruus dei apostolus autem christi ihesu· Secundum fidem electorum dei

Et agnitionem ueritatis quae secundum pietatem est [2]in spem uitae aeternae

Quam promisit qui non mentitur deus ante tempora saecularia,, [3]Manifestauit autem temporibus suis uerbum suum

In praedicatione quae credita est mihi,, Secundum praeceptum saluatoris nostri,, [4]Tito dilecto filio secundum com-
666 munem fidem,, Gratia· |et pax a deo patre et christo ihesu saluatore nostro

II· [5]Huius rei gratia· reliqui te cretae ut ea quae desunt corrigas,, Et constituas per ciuitates praesbyteros sicut et ego tibi disposui,, [6]Si quis sine crimine est,, Unius uxoris uir· filios habens fideles,, Non in accusatione luxuriae aut non subditos,, [7]Oportet enim episcopum sine crimine esse· Sicut dei dispensatorem,, Non superbum· non iracundum,, Non uinolentum non percussorem,, Non turpilucri cupidum,, [8]Sed hospitalem· benignum sobrium· iustum· sanctum continentem,, [9]Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem ser-

5. Fort. M[1] *omnem*. Dubium an litera *m* puncto etiam supra scripto instructa sit. | *quo* a manu incerta, quae Victorinam indolem non habet, mutatum in *quod*
7. M[1] *miserebitur*
9. M[1] [*genealogiis*] *et*, et quidem signo adhibito ⁊
13. M[1] [*suis*] *ad*
14. M[1] *fuerint et usus*
15. M[1] marg. inscripsit ***LITTERIS***.
25. Inc., fort. S [*nostri*] *dei*
35. Supra primam literam vocabuli *hospitalem* punctum duplex apparet, cuius vestigium sequenti paginae impressum est, quod quid sibi velit incertum.

Footnote 13: Ranke wrongly has written 12. Here corrected.

monem,, Ut potens sit et exhortari in doctrina sana,, Et eos qui contradicunt arguere

[10]Sunt enim multi etiam inoboedientes uaniloqui et seductores,, Maxime qui de circumcisione sunt,, [11]Quos oportet
redargui,, Qui uni|uersas domos subuertent,, Docentes quae non 667
oportent turpilucri gratia,, [12]Dixit quidam ex illis· proprius ipsorum propheta,,

Cretensis· semper mendaces,, Malae bestiae uentris pigri,, [13]Testimonium hoc uerum est,,

Quam ob causam increpa illos dure,, Ut sani sint in fide,, [14]Non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum auersantium se a ueritate

[15]Omnia munda mundis·

coinquinatis autem et infidelibus nihil mundum

Sed inquinatae sunt eorum· et mens et conscientia,, [16]Et confitentur se nosse deum,, Factis autem negant cum sunt abominati et incredibiles,, Et ad omnem opus bonum reprobi,,

III· [2,] [1]Tu autem loquere quae decet sanam doctrinam

[2]Senes ut sobrii sint· pudici· prudentes,, Sani in fide· in dilectione· in patientia,, [3]Anus similiter in habitu sancto,, Non
criminatices· non uino |multo deditos· Bene docentes· [4]Ut pru- 668
dentiam doceant,, Adulescentulas ut uiros suos diligant filios ament· [5]prudentes sobrias· castas,, Domus curam habentes· benignas subditas uiris suis ut non blasphemetur uerbum dei,, [6]Iuuenes similiter hortare ut sobrii [7]in omnibus,, Te ipsum praebe exemplum bonorum operum in doctrina in integritate,, In grauitate [8]in uerbum sanum·

Inrepraehensibilem,, Ut is qui est aduerso est uereatur,, Nihil habens dicere malum de nobis

IIII· [9]Seruos dominis suis subditos esse in omnibus· placentes non contradicentes· [10]non fraudantes,,

Sed in omnibus fidem bonam ostendentes,, Ut doctrinam
LECTIO IN EPIFANIA salutaris nostri dei ornent in omnibus,, + [11]Apparuit enim gratia dei saluatoris nostri in omnibus hominibus [12]erudiens nos· ut abnegantes impietatem et saecularia desideria,, Sobrie
et iuste· et pie· uiuamus |in hoc saeculo,, [13]Spectantes beatam 669

c. I, 9 – II, 13.

1. [*sit*]*et* lectio, non error.
3. *etiam*. Lectionem retinui.
5. Inc. *subuertunt*
8. *Cretensis*. Punctum inutile.
12. *se*. Lectio est, quae servanda videbatur
18. *autem*] Punctum nullius momenti.
20. Inc. *Unus* corr. in *Anus*
21. Inc. *criminatrices* | *deditas*.
24. Inc. *sudditas*· Quas tres correctiones versum 20. 21 et 24. imprimi iussissem, si Victoris manui adscribendas esse plane mihi persuasum fuisset.
26. 27, Inter vocc. *integritate* et *In* fort. S instrusit *in castitate* | *in* [*uerbum*] lectio singularis, non erronea scriptio | fort. S [*sanum*·] *Et*
32. Supra syllabam *bo* aliqui ductus calami cernuntur, quorum significatio intelligi non potuit.

spem et aduentam gloriae magni dei et saluatoris nostri ihesu christi,,

[14]Qui dedit semet ipsum pro nobis· Ut nos redemeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem,, Sectatorem bonorum operum

V· [15]Haec loquere et haec exhortare· et argue cum omni imperio,, Nemo te contemnat,, [3, 1]admone illos principibus et potestatibus subditos esse,, Dicto oboedire· ad omne opus bonum paratos esse

[2]Neminem blasphemare

Non litigiosos esse sed modestos,, Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines,, [3]Eramus ergo et nos aliquando insipientes· et increduli errantes,, Seruientes desideriis et uoluptatibus uariis,, In malitia et inuidia agentes,,

Odibiles odientes inuicem

[4]Cum autem benignitas et humanitas apparuit saluatoris dei nostri,, [5]Non ex operibus iustitiae quae fecimus nos,, Sed
670 secundum |suam misericordiam saluos nos fecit,, Per labacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti,, [6]Quem infudit in nos abunde per ihesum christum saluatorem nostrum· + [7]Ut iustificati in gratia ipsius heredes simus,, Secundum spem uitae aeternae

VI· [8]Fidelis sermo est· et de his uolo te confirmare,, Ut curam habeant bonis operibus praeesse qui credunt in deo,, Haec sunt bona et utilia hominibus

VII· [9]Stultas autem quaestiones et genealogias,, Et contentiones· Et pugnas legis deuita,, Sunt enim inutiles et uanae

VIII· [10]hereticum hominem post unam et secundam correctionem deuita,, [11]Sciens quia subuersus est qui eiusmodi est et delinquit cum sit proprio indicio condemnatus,,

VIIII· [12]Cum misero ad te arteman uel tythicum,, Festina ad me uenire nicopoli

Ibi enim statui hiemare,,

[13]Zenam legis peritum· et apollo sollicite praemitte,,

671 Ut nihil illis desit,, [14]Discant |autem et nostris bonis operibus praeesse ad usus necessarios,, Ut non sint infructuosi

c. II, 13 – III, 14.

6. ħȧėċ· Lectio esse videbatur, non error
11. penes priorem literam *n* verbi *ostendentes* miniscula litera *d* superflue addita in margine
20. C [*in*] *nobis*
32. *u̇ėnire*] puncta otiosa.

X. [15]Salutant te qui mecum sunt omnes,, Saluta qui nos amant in fide,, Gratia dei cum omnibus uobis,,

c. III, 15.

. . . .

EXPL· AD TITUM
INC· AD PHILEMONEM ARG·

Philemoni familiares. Litteras facit. pro onesimo seruo eius. scibit autem ei a roma de carcere . . . .

EXP. ARG. INC. BREBIS

I· de philemone et appia et archippo et domestica eius ecclesia

II· de philemone et apostolo pro eo in orationibus eius semper memoriam facientem

III· de apostolo sene et uincto philemoni imperantem eundemque pariter obsecrante pro onesimo seruo ipsius et parari sibi hospitium commendante

IIII· de epapha concaptiuo |apostoli. et marco et aristharco et 672
dema et luca adiutoribus pauli . . . .

EXP· BREB· INC· EPISTULA·

[1]Paulus uinctus ihesu christi et timotheus frater,, Philemoni dilecto et adiutori nostro,, [2]Et appiae sorori carissimae,, Et archippo conmilitoni nostro,, Et ecclesiae quae est in domo tua,, [3]Gratia uobis et pax a deo patre· nostro et domino ihesu christo,,

II· [4]Gratias ago deo meo semper promemoriam tui faciens in orationibus meis,,

[5]Audiens caritatem tuam et fidem quam habes in domino ihesu et in omnes sanctos

[6]Ut communicatio fidei tuae euidens fiat in agnitione omnis operis boni· quod in nobis est in christo ihesu,,

I–6.

8. fort. C [*carcere*] *per eundem onesimo*⁼
25. Prima syllaba vocabuli *promemoriam* obelo transfixa.
27. [*Audiens*] *fidem et* (puncta superposita)

[7]Gaudium enim magnum habuimas· et consolationem in caritatem tuam·

Quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater

III· [8]Propter quod multam fiduciam habentes in christo
673 ihesu· imperandi tibi quod ad rem pertinet· [9]propter |caritatem magis obsecro

Cum es talis ut paulus senex,, Nunc autem et uinctus ihesu christo,, [10]Obsecro te pro meo filio,, Quem genui in uinculis,, [11]Onesimo qui tibi aliquando inutilis fuit,, Nunc autem et tibi et mihi utilis,, [12]Quem remisi· tu autem illum id est· ut uiscera mea suscipe,, [13]Quem ego uolueram mecum retinere,, Ut pro te mihi ministraret in uinculis euangelii,, [14]Sine consilio autem tuo nihil uolui facere,, Uti ne uelut ex necessitatem bonum tuum esset,, Sed uoluntarium,, [15]Forsitam enim ideo secessit ad horam a te ut aeternum illum reciperes,, [16]Iam non sicut seruum· Sed pro seruo carissimum fratrem,, Maxime mihi quanto autem magis tibi in caritate et in domino,,

[17]Si ergo habes me socium suscipe illum sicut me

[18]Si autem aliquid nocuit tibi aut debet hoc mihi inputa

674 [19]Ego paulus scribsi mea manu,, Ego reddam |ut non dicam tibi quod et te ipsum mihi debes,, [20]Itaque frater ego te fuar in domino

Refice uiscera mea in christo

[21]Confidens oboedientiae tuae scribsi tibi,, Sciens quoniam et super id quod dico facies,, [22]Simul autem et para mihi hospitium

Nam spero per orationes uestras donari me uobis

IIII· [23]Salutat te epaphras concaptiuus meus in christo ihesu [24]marcus aristharcus demas et lucas adiutores mei,,

[25]Gratia domini nostri ihesu christi cum spiritu uestro· AMEN

7–25.

EXP· AD PHILEMONEM·
INC· AD HEBRAEOS CAPIT·

. . . .

4. *habentės* secundum Lachmannum aliorum quoque codicum lectio.
7. C [*cum*] *sis*
17. fort. S [*tibi*] *et in ca*[ne]*ritatė* quod- voc. sec. Lachmannum in aliis quoque codd. invenitur.
22. Inc. *fruar*
24. fort. V *in oboedientia tua*

I· Narratio deitatis christi in gloria patris et potestatis omnium cum purificatione eorum qui super terra sunt postquam ascendit in caelestem gloriam quoniam gloria christi non est angelica sed deitatis

II· Et opifex propter quod non in praesenti saeculo in quo sunt ministri sed futura dispensatione

III· Quoniam incorporatus est |secundum adiunctionem quae **675**
ad nos est ad salutem hominum propter quod ei adiungimur

IIII· Quoniam credendum est christo sicut et mosi crediderunt· Sublimiorem tamen quasi deum et hominem sciendum esse et timendam antiquorum defluxinem,,

V· Exhortatio destinationis ad manifestissimam requiem

VI· De terribili iudicio ac uerbo futuro per omnibus et de suauitate gratiae sacerdotalis ab eo qui similiter pro nobis passus est ut homo,,

VII· Obiurgatio quasi adhuc egeant introductionem et exhortatio ad perfectionem et obsecratio in laudem

VIII· Quia firma est dei repromissio et hoc cum dei sacramento

VIIII· De melcisedech qui forma est christi secundum nomen et ciuitatem et uitam et sacerdotium et quia praehonoratus est abrahae

X· Quoniam cessauit sacerdotium aaron quod super |terram **676**
et stabit uerbum caeleste quod est christi ex alio genere non secundum carnem nec secundum legem carnalem,,

XI· Eminentia secundi testamenti ad prioris in propitiationem et sanctificationem

XII· De sanguine christi in quo nouum est testamentum quia in ipso est certissima purificatio in perpetuo

Non ea quae in sanguine animalium quae in terra offeruntur . . . .

EXP· CAPITULA· INC·
CORPUS EPISTULAE

. . . .

24. Siglum Victorinum R hic elegantius quam alibi exaratum effecit, ut scriba quod scriperat *uerum* mutaret in *uerbum*

Lines 26 and 28: Heading numbers missing. Here corrected.

*I *[1,] [1]Multifariam et multis modis olim deus loquens patribus in prophetis,, Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio [2]quem constituit heredem uniuersorum,, Per quem fecit et saecula,, [3]Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae eius IN NATALE DOMINI

Portans quoque omnia uerbo uirtutis suae purgationem
677 peccatorum faciens,, Sedet ad dexteram |maiestatis in excelsis,, Ranke had: *sed et*

[4]Tanto melior angelis effectus,, Quanto differentius prae illis nomen hereditauit,,

II· [5]Cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie genui te,, Et rursus ego ero illi in patre et ipse erit mihi in filium

[6]Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae dicit· Et adorent eum omnes angeli dei,, [7]Et ad angelos quidem dicit

Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam „ignis,, [8]Ad filium autem,, Thronus tuus deus in saeculum „saeculi,, Uirga aequitatis uirga regni tui,, [9]Dilexisti iustitiam „et odisti iniquitatem· propterea unxit te deus deus tuus· oleo „laetitiae prae participibus tuis,,

, [10]Et tu in principio domine terram fundasti,, Et opera ,manum tuarum sunt caeli· [11]ipsi peribunt tu autem perma-,nebis· Et omnia ut uestimentum ueterescent [12]et uelut amictum ,inuolues eos· ut uestimentum et mutabuntur,,
678 |, Tu autem idem est· et anni tui non deficient,,

*II *[*II*·] **III·** [13]Ad quem autem angelorum dixit aliquando,, ,Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabillum ,pedum tuorum

IIII· [14]Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi· propter eos qui hereditatem capiunt salutis· [2,] [1]propterea abundantius oportet obseruare nos· ea quae audiuimus,, Ne forte pereffluamus,, [2]Si enim qui per angelos dictus sermo· factus est firmus

Et omnis praeuaricatio et inoboedientia accepit iustam mercedis retributionem,, [3]Quomodo nos effugiemus· Si tantam neglexerimus salutem

c. I, 1 – II, 3.

1. Inc. fort V [*Multifariam*] *multisque*

10. Capp. epist a scriba tum numeris tum rubra primi versus scriptione distincta sunt. Postea alia epistolae dispartitio effecta est, cuius primum vestigium [*II*] a nobis obliqua numerorum forma insignitum vides in versu huius paginae 26, tertium 314, 17; quartum 316, 1; quintum 316, 28; sextum 317, 6; septimum ib. 31; octavum 318, 22; nonum 319, 11; decimum 320, 2; undecimum 321, 17; duodecimum 322, 28, inde a quo ulterior aliquis eiusdem generis numerus per totam epistolam non invenitur. Denique tertia aliqua epistolae in capita (XXXIX) distinctio sero tempore ad marginem fortasse a correctore M¹ adnotata est, hac ratione, ut cap. III (alterius enim non videtur vestigium adesse) [*See lines 1 & 26: my interpolation, based on traces I think I see.*] inchoetur 314,5; IVinchoari videatur 314, 19;
V .... 315, 1.
VI .... 315, 21.
VII.............. 316, 3.
VIII .... 316, 28.
IX .... 317, 6.
X .... 317, 24.
XI .... 318, 4.
XII.............. 318, 22.
XIII .... 319, 11.
XIV ....319, 34.
XV...........320, 16.
XVI ....321, 2.
XVII........321, 21.
XVIII.......322, 5.
XIX ....322, 19.
XX...........322, 28.
XX1.........323, 8.
XXII........323, 19.
XXIII ....323, 34.
XXIV ....324, 21.
XXV ....324, 32.
XXVI ....325, 13.
XXVII ....325, 30.
XXVIII ....326, 6.
XXIX ....326, 31.
XXX ....328, 20.
XXXI ....328, 36.
XXXII..... 329, 12.
XXXIII ... 329, 22.
XXXIV ... 330, 4.
XXXV .... 330, 20.
XXXVI ... 330, 32.
XXXVII.. 331, 13.
XXXVIII 331, 20.
XXXIX ... 331, 25.
quae capita quam diversum inter se habeant ambitum elucet e cap. XXIX cum reliquis comparato. My '*' marks the indexed point in the text.

25. C. [autem] *ipse es*, litera *t* obelo caesa.

V· Quae cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt· In nobis confirmata est

[4]Contestante deo signis et portentis et uariis uirtutibus et spiritus sancti distributionibus secundum suam uoluntatem,,
*III *[5]Non enim angelis subiecit orbem terrae futurum |de quo lo- 679
quimur,, [6]Testatus est autem· in quodam loco dicens·

, **VI**· Quid est homo quod memor es eius aut filius ,hominis quoniam uisitas eum

[7]Minorasti eum paulo minus ab angelis gloriam et honorem coronasti eum· et constituisti eum super opera manum tuarum,, [8]Omnia subiecisti sub pedibus eius

VII· In eo enim quod ei omnia subiecit,, Nihil demisit non subiectum ei,, Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei

VIII· [9]Eum autem qui modico quam angelis minoratus est,, Uidemus ihesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum,, Ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem,,

[***III***·] **VIIII**· [10]Decebat enim eum propter quem omnia
et per quem omnia,, Qui multos filios in gloriam adduxerat
*IV auctorem salutis eorum per passiones consummare,, *[11]Propter
quam causam non confunditur fratres eos |uocare [12]dicens,, 680

,, **X**· Nuntiabo nomen tuum fratribus meis· In medio ,,ecclesiae laudabo te,,

[13]Et iterum· ego ero fidens in eum,, Et iterum·

,, Ecce ego et pueri mei quos mihi dedit deus,, [14]Quia ergo pueri communicauerunt sanguini et carni,, Et ipse similiter participauit hisdem,,

XI· Ut per mortem destrueret eam qui habebat mortis imperium id est diabolum

[15]Ut liberaret eos· qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti,,

XII· [16]Nusquam enim angelos adprehendit,, Sed semen abrahae adpraehendit,, [17]Unde debuit per omnia fratribus similare,, Ut misericors fieret· et fidelis pontifex ad deum,, Ut repropitiaret delicta populi,,

[18]In eo enim in quo passus est ipse temptatus,, Potens est eis qui temptantur auxiliari,,

c. II, 3–18.

15. *gloriaṁ et honoreṁ*
17. *pro*-**p***ter*
29. *liberare* V superscripto *t* in *liberaret* mutavit.
31. *adpràehendit*
32. *adpraehendit* mut. in *app*—.

*V ***XIII·** [3,] [1]Unde fratres sancti· uocationis caelestis par- LECT· IN DEDICATIONE
681 ticipes,, Considerate apos|tolum et pontificem confessionis nostrae
ihesum,, [2]Qui fidelis est ei qui fecit ilium
Sicut et moyses in omni domo illius,, [3]Amplioris enim
gloriae iste prae moyse dignus habitus est,, Quantum am-
pliorem honorem habet domus qui fabricauit illum,,
XIIII· [4]Omnis namque domus fabricatur ab aliquo,,
Qui autem omnia creauit deus
XV· [5]Et moyses quidem fidelis erat in tota domo eius,,
Tamquam famulus in testimonium eorum quae dicenda
erant,, [6]Christus uero tamquam filius in domo sua,, Quae do-
mus sumus nos si fiduciam· et gloriam spei· usque ad finem·
firmam retineamus,, **+**
„ **XVI·** [7]Qua propter· sicut dicit spiritus sanctus· hodie
„si uocem eius audieritis [8]nolite obdurare corda uestra· sicut
„in exaceruatione secundum diem temptationis in deserto· [9]ubi
„temptauerunt me patres uestri,, Probauerunt· et uiderunt opera
682 „mea,, XL annos [10]propter quod |offensus fui generationi huic·
„et dixi semper errant corde,, Ipsi autem non cognoverunt uias
„meas,, [11]Sicut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam,,
*VI ***XVII·** [12]Uidete fratres ne forte sit in aliquo uestrum
cor malum incredulitatis discendi a deo uiuo,, [13]Sed adhorta-
mini uosmet ipsos· per singulos dies donec hodie cognominatur,,
Ut non obduretur qui ex uobis fallacia peccati,, [14]Participes
enim christi effecti sumus,, Si tamen initium substantiae eius
usque ad finem firmum retineamus,,
„ **XVIII·** [15]Dum dicitur hodie si uocem eius audieritis
„nolite obdurare corda uestra,,
„ Quemadmodum in illa exaceruatione
XVIIII· [16]Quidam enim audientes exacerbauerunt,,
Sed non uniuersi qui profecti sunt ab aegypto per moysen,,
[17]Quibus autem infensus est quadraginta annos nonne illis qui
peccauerunt,, Quorum cadauera prostrata sunt in deserto,,
683 [18]Quibus autem |iurauit non introire in requiem ipsius nisi illi
qui increduli fuerunt,, [19]Et uidemus qui non potuerunt introire
in requiem ipsius propter incredulitatem

c. III, 1–19.

2. *pontifice*[m]
6. C [*est*] *Quanto magis* | V *habeṅt* | C *ill*$\overset{a}{u}$*m*
17. *tem*-**p***tauerunt* | *ue*-**s***tri*
21. *Uidite* mut. in *Uidete*
24. C *Qui*[s]
25. *ėiu̇ṡ*· Puncta minutissima. Lectio, non sphalma.
30. *exacerbauerunt* rasura mutatum in *exaceruauerunt*
31. *profe*-**c***ti*
34. C [*nisi*] *illis*

Line 9: Manuscript clearly has ‘tota’, not ‘toto’.
Line 23: Manuscript clearly closes this line with a double comma. Ranke sees only a single central dot.

[*IIII*·] [4,] [1]Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius· existimetur allqui ex uobis deesse,,

*VII ***XX·** [2]Etenim et nobis nuntiatum est quemadmodum et illis,,

Sed non profuit illis sermo auditus· non admixtis fidei ex his quae audierunt,, [3]Ingrediemur enim in requiem qui credidimus

Quemadmodum dixit,,

,, **XXI·** Sicut iuraui in ira mea si introibunt in re- ,,quiem meam,,

XXII· Et quidem operibus ab institutione mundi per- ,,fectis,, [4]Dixit enim quodam loco de die septima sic·

,, Et requieuit deus die septima ab operibus suis,,

,, **XXIII·** [5]Et in isto rursum,,

,, Si introibunt in requiem meam

XXIIII· [6]Quoniam ergo superest quosdam introire in illam

Et hii quibus prioribus adnuntiatum est non introierunt propter incredulitatem

|**XXV·** [7]Iterum terminat diem quendam,, Hodie in **684**
dauid dicendo· Sic post tantum temporis supra dictum est,,

XXVI· Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra

XXVII· [8]Nam si eis ihesus requiem praestitisset,, Numquam de alio loqueretur posthac

XXVIII· [9]Itaque relinquitur sabbatismus populo dei,, [10]Qui enim ingressus est in requiem eius,, Etiam ipse requieuit ab operibus suis sicut a suis deus

*VIII *[*V*·] **XXVIIII·** [11]Festinemus ergo ingredi in illam requiem,, Ut ne in id ipsum quis incidat incredulitatis exemplum,,

XXX· [12]Uiuus enim est dei sermo et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti

Et pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus,,

Conpagum quoque et medullarum,, Et discretor cogitationum et intentionum cordis,, [13]Et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius,, Omnia enim nuda et aperta sunt oculis eius,, Ad quem nobis sermo,,

c. IV, 1–13.

3. *Etenim*^et^*nobis* statim ut uidetur post scriptionem minio emendatum.
10. XXII erasum
11. Fort. V [*enim*] *in*
13. XXIII radendo mut. in XXII, et sic porro usque ad XXXI | *sto* mut. in *isto*
19. Incertum an V *quandam*
20. *Sic* lectio, non lapsus calami. | C [*temporis*] *sicut*
24. Inc. an V *alia* | fort. S [*posthac*] *die*
35. *O*-**m***nia*

Line 2: After '*eius*', Ranke places a double comma, whereas the manuscript clearly has a central point. Douay here uses a comma, not a period, or colon, commonly used where the Latin has a double comma here.
Line 7: Ranke fails to see this double comma in the manuscript.

685 **XXXI·** [14]Habentes ergo · · · tificem |magnum qui penetrauit caelos ihesum filium dei· Teneamus et confessionem eius„ [15]Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris„ Temptatum autem per omnia pro similitudine absque peccato

*IX *[*VI·*] [16]Adeamus ergo cum fiducia ad tronum gratiae· Ut misericordiam consequamur

Et gratiam inueniamus in auxilio oportuno„

XXXII· [5, 1]Omnis namque pontifex ex hominibus adsumptus

Pro hominibus constituitur in his quae sunt ad deum„

Ut offerat dona et sacrificia pro peccatis„ [2]Qui condolere possit his qui ignorant et errant„ Quoniam et ipse circumdatus est infirmitate„ [3]Et propterea debet quemadmodum et pro populo· ita etiam pro semet ipso offerre pro peccatis„ [4]Nec quisquam sumit sibi honorem sed qui uocatur a deo tamquam· aaron· [5]ita et christus non semet ipsum clarificauit ut pontifex fieret„
686 ‚Sed qui locutus est ad eum„ Filius meus es tu |ego hodie genui te

‚ **XXXIII·** [6]Quemadmodum et in alio loco dicit„ Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melcisedech

[7]Qui in diebus carnis suae praeces supplicationesque ad eum qui possit illum saluum a morte facere„ Cum clamore ualido et lacrimis offerens· et exauditus pro sua reuerentia„

*X ***XXXIIII·** [8]Et quidem cum esset filius dei· Didicit ex his quae passus est oboedientiam

[9]Et consummatus factus est omnibus· obtemperantibus sibi causa salutis aeternae„ [10]Appellatus a deo pontifex iuxta ordinem melcisedech

[11]De quo grandis nobis sermo et ininterpraetabilis ad dicendum· quoniam inbecilles facti estis ad audiendum„

[*VII·*] **XXXV·** [12]Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus rursus indigetis ut uos doceamini· quae sint elementa exordii sermonum dei„ Et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo„

687 |[13]Omnis enim qui lactis est particeps expers est sermonis iustitiae paruulus enim est„

c. IV, 14 – V, 13.

1. Inc. [*ergo*] *pon*, atramento, non minio usus intulit erasis aliquot literis, quae legi non possunt.
3. *conpati* mut. in *compati*
6. Inc. [*tronum*] *gloriae*
14. *pro*-**p***terea*
17. Inc. fort. S [*aaron·*] *sic*
18. Literae *od* in *hodie* sine causa obelo perfossae.
23. *offerens· ėt*. Lectionem retinui.
27. *causaṁ* | *iusta* mut. in *iuxta*
29. *interpraetabilis* mut. in *ininterpr—*.
35. *exparsa* mut. in *expers*

XXXVI· [14]Perfectorum autem est solidus cibus,, Eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali,,

*XI ***XXXVII·** [6, 1]Quapropter intermittentes inchoationis christi sermonem ad perfectionem feramur,, Non rursum iacientes fundamentum paenitentiae ab operibus mortuis

Et fide ad deum [2]baptismatum doctrinae,, Impositionis quoque manuum ac resurrectionis mortuorum et iudicii aeterni

[3]Et hoc faciemus si quidem permiserit deus,,

XXXVIII· [4]Inpossibile est enim eos qui semel sunt inluminati,, Gustauerunt etiam donum caelestem

Et participes sunt facti spiritus sancti,, [5]Gustauerunt nihilominus bonum dei uerbum,, Uirtutisque saeculi uenturi,, [6]Et prolapsi sunt renouari rursus ad paenitentiam

|Rursum crucifigentes sibimet ipsi filium dei· et ostentui **688** habentes,,

XXXVIIII· [7]Terra enim saepe uenientem super se· bibens imbrem et generans herbam oportunam· illis a quibus colitur accipit benedictionem a deo,, [8]Proferens autem spinas ac tribulos reproba· est et maledicto proxima· cuius consummatio in combustionem

LECT· COTTIDIANA *XII *[*VIII·*] **XL·** [9]Confidimus autem de uobis dilectissimi meliora· et uiciniora saluti,, Tametsi ita loquimur· [10]non enim iniustus deus· ut obliuiscatur operis uestri et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius,,

Qui ministrastis sanctis et ministratis,,

XLI· [11]Cupimus autem unumquemque uestrum eandem ostentare· sollicitudinem ad expletionem spei usque in finem,, [12]Ut non segnes efficiamini,, Uerum imitatores eorum qui fide et patientia hereditabunt promissiones

XLII· [13]Abrahae namque promittens deus,, Quoniam neminem habuit per quem |iuraret maiorem,, **689**

XLIII· Iurauit per semet ipsum [14]dicens,, Nisi bene- „dicens benedicam te,, Et multiplicans multiplicabo te,, [15]Et sic longanimiter ferens adeptus est repromissionem +

XLIIII· [16]Homines enim per maiorem sui iurant,, Et

5. *sermone*ᵐ ... *feramus*ʳ | Vocabulum *iacientes* absque dubitatione rectam versionem graeci **χαταβαλλόμενος** praebet, sed dubito an hic recte sit editum. Scriba habet *facientes* et ad marg. Victor notavit *iacentes*, quod si per se staret recte editum fuisset. Sed praemissum est siglum *a*, quod quum pridem mihi aliquos ductus calami otiosos continere videbatur, a Lachmanno autem iusto artificiosius explicatum est per *alibi*, nunc mihi videtur legendum esse *alii*. Quod si rectum est, edere debebam *facientes*.
7. *Inpositionis* mut. in *Imp*—.
14. *prolabsi* mut. in *prolapsi*
15. *ho-stentui*
19. *accepit* | *benedi*-**c***tionem*
23. fort. V *salutis*
26. *et ministratibus*
30. *fidem* | *promissionis* mut. in —*nes*
36. *sui* mut. in *sibi*. Lectio, non error calami.

omnis controuersiae eorum finis ad confirmationem est iuramentum,, [17]In quo abundantius· uolens deus ostendere pollicitationes heredibus inmobilitatem consilii sui· interposuit iusiurandum

[18]Ut per duas res immobiles quibus inpossibile est mentiri deum,, Fortissimum solacium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem· [19]quam sicut· anchoram habeamus animae tutam ac firmam,, Et incedentem usque in interiora uelaminis,, [20]Ubi praecursor pro nobis introiit ihesus· secundum ordinem melcisedech pontifex factus in aeternum

*XIII *[*VIIII·*] **XLV·** [7, 1]Hic enim melchisedech rex salem
690 sacerdos dei |summi,, Qui obuiauit abrahae regresso a caede regum· et benedixit ei· [2]cui decimas omnium diuisit abraham,, Primum quidem qui interpraetatur· rex iustitiae

Deinde autem et rex salem quod est rex pacis,, [3]Sine patre sine matre *sine ut alia*,, Sine genealogia

Neque initium dierum neque finem uitae habens,,

XLVI· Adsimilatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum,, [4]Intuemini autem quantus sit hic cui decimas dedit· de praecipuis abraham patriarcha,, [5]Et quidem de filiis leui sacerdotium accipientes· mandatum habent decimas sumere a populo· secundum legem

Id est a fratribus suis,,

quamquam et ipsi exierint de lumbis abrahae,,

XLVII· [6]Cuius autem generatio non adnumeratur in eis· decimas sumpsit abraham

Et hunc qui habebat repromissiones benedixit,,

[7]Sine ulla autem contradictione,, Quod minus est a meliore benedicitur

691 |**XLVIII·** [8]Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt,, Ibi autem contestatus quia uiuit,, [9]Et ut ita dictum sit· per abraham et leui qui decimas accepit decimatus est,, [10]Adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei melchisedech,,

*XIV ***XLVIIII·** [11]Si ergo consummatio per sacerdotium leuiticum erat,, Populus enim sub ipso legem accepit,, Quid adhuc necessarium secundum ordinem melchisedech·

c. V1, 16 – VII, 11.

1. *omnes* (i suprascr.) | *iuramenti* mut. in —*tum*
3. Adscriptum siglum ℞ corrigi iubet errorem in *pollicitationes* situm.
7. *positam* fere erasum est et correctum per *missionis·* Illam lectionem retinui. | *habeamus* lectio singularis.
14. *quia*
16. Vocabula *sine matre*, per errorem repetita, erasa sunt. See below.
19. C [*cui*] *et*
31. *conte*-**s***tatos* (u suprascr.)
33. *ei·melchisedech*

Line 16: There is clearly an omission here. In the manuscript, there is an erasure, which is difficult to reconstruct. however, I believe the missing text is "*sine ut alia*". I have inserted this text in italics.

Alium surgere sacerdotem et non secundum ordinem aaron dici,, [*X*·] [12]Translato enim sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat

[13]In quo enim haec dicuntur de alia tribu est· de qua nullus altario praesto fuit

[14]Manifestum est enim quod ex iuda ortus sit dominus noster

In qua tribu nihil· de sacerdotibus moyses locutus est,, [15]Et amplius adhuc manifestum est,, Si secundum similitudinem melcisedech exurget alius sacerdos· [16]qui non secundum legem mandati |carnalis factus est,, 692

Sed secundum uirtutem uitae insolubilis·

L· [17]Contestatur enim quoniam tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem melcisedech,,

LI· [18]Reprobatio quidem fit praecidentis mandati· propter infirmitatem eius et inutilitatem,,

*XV *[19]Nihil enim ad perfectum adduxit lex,, Introductio uero melioris spei per quam proximamus ad deum,, [20]Et quantum est non sine iureiurando· alli quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt·

LII· [21]Hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum

, Iurauit domius et non paenetebit eum· tu es sacerdos ,in aeternum,,

LIII· [22]In tantum melioris testamenti sponsor factus est ihesus [23]et alii quidem plures facti sunt sacerdotes· idcirco quod morte prohiberentur permanere,, [24]Hic autem eo quod maneat in aeternum,,

Sempiternum habet sacerdotium,, [25]Unde et saluare in perpetuo potest |accedentes per semet ipsum ad deum semper 693 uiuens ad interpellandum pro eis,, [26]Talis enim decebat ut nobis esset pontifex,,

Sanctus innocens inpollutus segregatus a peccatoribus

Et excelsior caelis factus

[27]qui non habet cotidie necessitatem,, Quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro populi,, Hoc enim fecit semel se offerendo,,

c. VII, 11–27.

2. Numerus [X] in codice ad marginem positus apparet, adhibito signo ⌐ ante vocab. *translato*, quod capitis initium indicat.
3. *lex*[gis]
4. *ala tribus* mut. addito *i* et obelo per literam *s* misso in *alia tribu*
9. *melcisedech· exurget*. Punctum supra *s* otiosum.
16. ∵ *Introdu*-**c***tio*· Huic siglo ∵ aliud respondet in margine positum, quo numerus XV insignitur, cf. quae adnotavimus ad 313, 10.
30. [k]*Talis*, cf. adnotata ad 179, 11. Vide: *commune*· [k]*de periculo*. Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλου*** initium fiat.
36. *populi* mut. in *populo*, quod singularem aliquam lectionem constituit

Footnote line 2: Ranke incorrectly copies as *translata*, whereas it should be *translato*. Here corrected.

[28]Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem
*XVI habentes· *sermo autem iurisiurandi qui post legem est· filium in aeternum perfectum·

LIIII· [8, 1]Capitulum autem super ea quae dicuntur„ Talem habemus pontificem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in caelis [2]sanctorum minister et tabernaculi ueri„

Quod fixit dominus et non homo

LV· [3]Omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias constituitur

Unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat„
694 [4]Si ergo esset super |terram nec esset sacerdos cum essent qui offerent secundum legem munera„

LVI· [5]Qui exemplari et umbrae deseruiunt caelestium

Sicut responsum est moysi cum consummaret tabernaculum„

LVII· Uide inquit omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte„ [***XI·***] [6]Nunc autem melius sortitus est ministerium„

LVIII· Quanto et melioris testamenti mediator est quod in melioribus repromissionibus sanctum est„

*XVII ***LVIIII·** [7]Nam si illud prius culpa uacasset„ Non utique secundi locus inquireretur

LX· [8]Uituperans enim eos dicit

„ Ecce dies ueniunt· dicit dominus
„ et consummabo super domum israhel„ Et super domum
„iuda· testamentum nouum [9]non secundum· testamentum quod
„feci patribus eorum in die qua adpraehendi manum illorum·
„ut educerem illos de terra aegypti·
695 „ Quoniam ipsi non permanserunt in testa|mento meo„ Et
„ego neglexi eos dicit dominus„ [10]Quia hoc est testamentum
„quod disponam domui israhel post dies illos dicit dominus„
„Dando leges meas in mente eorum et in corde eorum super-
„scribam eas et ero eis in deum· et ipsi erunt mihi in popu-
„lum„ [11]Et non docebit unusquisque proximum suum et unus-
„quisque patrem suum dicens·
„ Cognosce dominum quoniam omnes scient me· a minore

c. VII, 28 – VIII, 11.

2. Super vocab. *sermo* siglum ∸ cernitur, quod initium capitis XVI indicat, qui numerus ad marginem adscriptus est.
10. *ut* puncto et superscriptione, ut videtur Victoris, mut, in *et*
13. *eximplari* mut. in *exempl—*.
16. *inquid* et 17 *quid* fort. a V correcta in *inquit* et *quod* | *monteṁ* | Numerus [XI] in codice ad marginem positus est. Cuius locus in textu indicatur siglo ⌿, cf. adnotata ad 320, 2.
27. *fecit ... adpraehendiṫ*
32. *menteṁ*
34. *suum* [et]
36. *minoreṁ*

Line 27: Ranke missed dot at end of line here.

„usque ad maiorem eorum„ [12]Quia propitius ero iniquitatibus „eorum et peccata illorum iam non memorabor

LXI· [13]Dicendo autem nouum ueterabit prius quod autem antiquatur et senescit· prope interitum est·

*XVIII ***LXII·** [9, 1]Habuit quidem et prius iustificationes culturae et sanctum saeculare„

[2]Tabernaculum enim factum est primum in quo inerant candelabra· et mensa et propositio panum quae dicitur sancta„ [3]Post uelamentum autem secundum tabernaculum quod dicitur |sancta sanctorum· [4]aureum habens turibolum· et arca testa- **696** menti circumtectam ex omni parte auro

In qua urna aurea· habens manna„ Et uirga aaron quae fronduerat et tabulae testamenti„ [5]Superque eam cherubin gloriae obumbrantia„ Propitiatorium de quibus non est modo dicendum per singula

LXIII· [6]His uero ita conpositis in priori quidem tabernaculo· semper introibant sacerdotes sacrificiorum officia consummantes

*XIX *[7]In secundo autem semel in anno solus pontifex non sine sanguine quem offert pro sua et pro populi ignorantia„ [8]Hoc significante spiritu sancto· nondum propalatam esse sanctorum uiam„ Adhuc priore tabernaculo habente statum· [9]quae parabola est temporis instantis

Iuxta quam munera et hostiae offeruntur„ Quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem„ [10]Solummodo in cibis· et in potibus et uariis baptismis· et ius|titiis carnis usque ad tempus correctionis inpositis **697**

*XX *[***XII·***] **LXIIII·** [11]Christus autem adsistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius

Tabernaculum non manu factum„ Id est non huius creationis„

LXV· [12]Neque per sanguinem hircoram et uitulorum

Sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta

Aeterna redemptione inuenta„ [13]Si enim sanguis hircorum· et taurorum et cinis uitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis„

[14]Quanto magis sanguis christi qui per spiritum sanctum

c. VIII, 11 – XI, 14.

5. *iustficationes* mut. in —*is*. Lectionem originalem retinui.
6. *saecularem̈*
11. *circumte*-**c***tam*
17. *priore·tabernaculo*

semet ipsum obtulit immaculatum deo,, Et mundauit conscien-
tiam uestram ab operibus mortuis ad seruiendum deo uiuenti

LXVI· [15]Et ideo noui testamenti mediator est· Ut
morte intercedente in redemptionem earum praeuaricationum
quae erant sub priore testamento

Repromissionem accipiat qui uocati sunt aeternae here-
ditatis,,

698 *XXI ***LXVII·** [16]Ubi enim testamentum |mors necesse est in-
tercedat testatoris· [17]testamentum enim in mortuis confirmatum
est,, Alioquin nondum ualet dum uiuit qui testatus est· [18]unde
ne primum quidem sine sanguine dedicatum est,,

LXVIII· [19]Lecto enim omni mandato legis a moysen
uniuerso populo accipiens sanguinem uitulorum et hircorum
cum aqua· et lana coccinea et hysopo,, Ipsum quoque librum
et omnem populum aspersit [20]dicens

,, Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos deus,, [21]Etiam
tabernaculum et omnia uasa ministerii· sanguine similiter aspersit,,

[22]Et omnia paene in sane mundantur secundum legem

*XXII Et sine sanguinis fusione non fuit remissio· *[23]necesse est
ergo exemplaria quidem caelestium his mundari,, Ipsa autem
caelestia melioribus hostiis quam istis

LXVIIII· [24]Non enim in manu factis sanctis ihesus
introiit· exemplaria uerborum sed in ipsum caelum· ut appareat
nunc uultui dei pro nobis,,

699 |[25]Neque ut saepe offerat semet ipsum,, Quemadmodum
pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno·
[26]alioquin oportebat eum frequenter pati· ab origine mundi,,
Nunc autem semel in consummatione saeculorum,, ad distitu-
tionem peccati· per hostiam suam apparuit,,

[27]Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori

Post hoc autem iudicium [28]sic et christus semel oblatus
ad multorum exhaurienda peccata· secundo sine peccato· appa-
ruit expectantibus in salutem

*XXIII ***LXX·** [10, 1]Umbra enim habens lex bonorum futurorum
non ipsam imaginem rerum per singulos annos isdem ipsis
hostiis quas offerunt indesinenter

c. IX, 14 – X, 1.

21*

2. *urienti* calamo acutissimo mut. in *uiuenti*
6. *accipiat* correcto imperfecta.
16. *Hic*, maiore quam fieri solet initiali scriptum.
18. *sane* male sane scriptum pro *sanguine*
19. *si*[ne] emendatum ab ipso ut videtur scriba. | Ante *necesse* siglum ∸ quod indicat capitis XXII initium, cf. adnotata ad 313, 10.
35. Voculae *per* prima litera obelis male iugulata.

Numquam potest accidentes perfectos facere

[2]Alioquin non cessassent offerri,, Ideo quod nullam haberent ultra conscientiam· peccati cultores semel mundati· [3]Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos |annos fit,, 700

LXXI· [4]Inpossibile enim est· Sanguinem taurorum et hircorum auferri peccata,,

,, [5]Ideo ingrediens mundum dicit,, Hostiam et oblationem ,,noluisti corpus aptasti mihi,, [6]Holocaustomata· et pro peccato ,,non tibi placuit,, [7]Tunc dixi ecce uenio in capitulo libri,, ,,Scriptum est de me· ut faciam deus meus uoluntatem tuam,,

[8]Superius dicens,, Quia hostias et oblationes et holocaustomata et pro peccato noluisti,, Nec placita sunt tibi quae secundum legem offerantur

[9]Tunc dixit ecce uenio ut faciam deus uoluntatem tuam

LXXII· Aufert primum ut sequens statuat [10]in qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis christi ihesu in semel

LXXIII· [11]Et omnis quidem sacerdos praesto est cotidie ministrans,, Et easdem saepe offerens hostias,,

Quae numquam possunt auferre peccata,,

*XXIV ***LXXIIII·** [12]Hic autem unam pro peccatis offerens
hostiam· |in sempiternum sed in dextera dei,, [13]De cetero 701
expectans donec ponantur· inimici eius scabillum pedum eius,, [14]Unam enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos

,, **LXXV·** [15]Contestatur autem nos et spiritus sanctus· ,,postquam enim dixit· [16]hoc autem testamentum quod testabor ,,ad illos post dies illos dicit dominus,,

,, Dando leges meas in cordibus eorum et in mente eorum ,,superscribam eas· [17]et peccatorum et iniquitatum eoram iam ,,non recordabor amplius,,

[18]Ubi autem horum remissio iam non oblatio pro peccato

*XXV ***LXXVI·** [19]habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine christi,, [20]Quam initiauit nobis uiam nouam· et uiuentem per uelamen· id est carnem suam,, [21]Et sacerdotem magnum super domum dei· [22]accedamus cum uero corde in plenitudine fidei,,

c. X, 2–22.

32. *introitu·s̅c̅o̅rum*

Adspersi corda a conscientia mala· et abluti corpus aqua munda [23]teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem,,

702 |Fidelis enim est qui repromisit,, [24]Et non consideremus inuicem in prouocationem caritatis et bonorum operum,, [25]Non deserentes collectionem nostram· Sicut est consuetudinis quibusdam consolantes et tanto magis,, Quanto uideritis adpropinquantem diem

[26]Uoluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis,,

Iam non derelinquitur pro peccatis hostia [27]terribilis autem quidam expectatio iudicii,, Et ignis aemulatio quae consumptura est aduersarios

*XXVI ***LXXVII·** [28]Inritam quis faciens legem moysi,, Sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur

[29]Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit,, Et sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est· et spiritui gratiae contumeliam fecerit,,

LXXVIII· [30]Scimus enim qui dixit mihi uindicta ego reddam

703 Et iterum quia iudicauit dominus |populum suum

LXXVIIII· [31]horrendum est incedere in manus dei uiuentis·

[32]Rememoramini autem pristinos dies· in quibus inlumi- **LECT· DE MARTYRIB·**
natum magnum certamen sustenuistis passionum· [33]Et in altero quidem obprobriis et tribulationibus· Expectaculum facti· In altero autem socii taliter conuersantium effecti [34]nam et uinctis conpassi estis,, Et rapinam bonorum uestroram cum gaudio suscipitis,, Cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam,,

*XXVII ***LXXX·** [35]Nolite itaque amittere confidentiam uestram quae magnam habet remunerationem,, [36]Patientia enim uobis necessaria est et uoluntatem dei facientes reportetis promissionem,, [37]Adhuc enim modicum aliquantulum· Qui uenturus est ueniet· et non tardauit

LXXXI· [38]Iustus autem meus ex fide uiuit· Quod si substraxerit se· non placebit animae meae,,

c. X, 22–38.

28. *suscipitis* corr. in *suscepistis*. Lectionem illud exhibet, non errorem.

Line 26: Ranke had the verse break before *effecti*. It should be after, and before *nam*. Here corrected.

|**LXXXII**· [39]Nos autem non sumus subtractionis filii· 704
in perditionem sed fidei in adquisitionem animae· +

LXXXIII· [11, 1]Est autem fides sperandorum substantia rerum argumentum non parentum„ [2]In haec enim testimonium consecuti sunt senes·

*XXVIII *****LXXXIIII**· [3]Fide intelligimus aptata esse saecula uerbo dei· ut ex inuisibilibus uisibilia fierent„

LXXXV· [4]Fide plurimam hostiam abel· quam cain optulit deo

Per quam testimonium consecutus est esse iustus·

Testimonium perhibentem muneribus eius deo„

Et per illum defunctus adhuc loquitur

LXXXVI· [5]Fide enoc translatus est ne uideret mortem„ Et non inueniebatur quia transtulit illum deus„ Ante translationem enim testimonium habebat· placuisse deo„ [6]Sine fide autem inpossibile placere deo

Credere enim oportet accidentem ad deum quia est et inquirentibus se remunerator fit„

LXXXVII· [7]Fide noe responso accepto de |his quae 705
adhuc non uidebantur metuens„ Aptauit aptauit arcam in salutem domus suae per quam damnauit mundum· Et iustitiae quae per fidem est· heris est institutus

LXXXVIII· [8]Fide qui uocatur abraham oboediuit in locum exire quem accepturus erat· in hereditatem et exiit nesciens quo iret·

[9]Fide moratus est in terram repromissionis tamquam in aliena in casulis habitando„ Cum isaac et iacob· coheredibas repromissionis eiusdem„ [10]Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem·

Cuius artifex et conditor deus

*XXIX *****LXXXVIIII**· [11]Fide et ipsa sarra sterelis uirtatem et conceptionem seminis accepit

Etiam praeter tempus aetatis„ Quoniam fidelem credidit esse qui promiserat„ [12]Propter quod et ab uno orti sunt et emortuo· Tamquam sidera caeli in multitudinem· Et sicut harena quae est ad hora maris innumerabilis

c. X, 39 – XI, 12.

8. *Fideli* rasura facta correctum in *Fide*

22. *heris* fort. a V^{s} mut. in *heres*

27. *Cum·isaac·et*

706 **XC·** [13]Iuxta fidem defuncti sunt |omnes iusti· non acceptis repromissionibus,, Sed a longe eas aspicientes et salutantes et confitentes quia peregrini et hospites sunt supra terram

[14]Qui enim haec dicunt significant se patriam inquirere,, [15]Et si quidem illius meminissent de qua exierunt· Habebant utique tempus reuertendi,,

[16]Nunc autem meliorem repetunt id est caelestis· Ideo non confunditur deus uocari deus eorum parauit enim illis ciuitatem,,

XCI· [17]Fide optulit abraham isaac cum temptaretur et unigenitum offerebat· qui susciperat repromissiones [18]ad quem dictum est·

,, Quia in isaac uocabitur tibi semen,, [19]Arbitrans quia et a mortuis suscitare potens est deus unde eum et in parabola accepit

XCII· [20]Fide et de futuris benedixit isac iacob et esau

XCIII· [21]Fide iacob moriens singulos filiorum ioseph benedixit· et adorauit fastigium uirgae eius,,

XCIIII· [22]Fide ioseph moriens de profectione filiorum
707 |israhel memoratus est et de ossibus suis mandauit

XCV· [23]Fide moyses natus occultatus est mensibus tribus a parentibus suis eo quod uidissent elegantem infantem et non timuerunt regis edictum· [24]Fide moyses grandis factus· negauit se esse filium filiae pharaonis [25]magis eligens adfligi cum populo dei· Quam temporalis habere iucunditatem [26]maiores diuitias aestimans thensauros aegyptiorum inproperium christi,, Aspiciebat enim in remunerationem [27]Fide reliquid aegyptum non ueritus animositatem regis,, Inuisibilem enim tamquam uidens sustenuit· [28]fide celebrauit pascha· et sanguinis effusionem ne qui uastabat primitiua tangeret eos

XCVI· [29]Fide transierunt mare rubrum tamquam per aridam terram,, Quod experti aegyptii deuorati sunt,,

XCVII· [30]Fide muri hiericho ruerunt· circuitu dierum VII

708 **XCVIII·** [31]Fide raab meretrix |non periit cum incredulis· excipiens exploratores cum pace,,

c. XI, 13–31.

14. *isaac·uocabitur*
30. *celebrauiuit* rasura literarum superfluarum correctum. Ceterum hoc inter vocabulum et sequens *pascha* punctum cernitur.
34. *circuitu* rasura male mutatum in *circuiti*
36. C [*pace*] *et alia uia eiciens*

Line 36: Vulgate does not support edit.

XCVIIII· [32]Et quid adhuc dicam deficiet enim me tempus enarrantem de gedeon barac sampson ieptae dauid
LECT· DE MARTYRIBUS et samuhel· + et profetis [33]qui per fidem deuicerunt regna,, Operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones

Opturauerunt ora leonum [34]extincxerunt impetum ignis· effugerunt aciem gladii,, Conualuerunt de infirmitate,, Fortes facti sunt in bello,, Castra uerterunt exterorum· [35]Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos,, Alii autem distenti sunt· non suscipientes redemptionem· ut meliorem inuenirent resurrectionem,, [36]Alii uero ludibria et uerbera experti insuper et uincula· et carceres,, [37]Lapidati sunt· temptati sunt,,

In occisione gladii mortui sunt,, Circuierunt in melotis· in
pellibus caprinis· egentes· angustiati· adflicti· [38]quibus |dignus 709
non erat mundus

In solitudinibus errantes et montibus et speluncis et in cauernis terrae·

[39]Et hii omnes testimonio fidei probati· non acceperunt repromissionem [40]deo pro nobis melius aliquid prouidente ut ne sine nobis consummarentur,, +

*XXX ***C·** [12, 1]Ideoque et nos tantam habentes inpositam nubem testium,, Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum per patientiam· curramus

Propositum nobis certamen,, [2]Aspicientes in autorem fidei et consummatorem ihesum,, Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusionem contempta,, Adque in dextera sedis dei sedit,, [3]Recogitate enim eum qui talem sustenuit a peccatoribus aduersum semet ipsos contradictionem,, Ut ne fatigemini animis uestris deficientes,,

CI· [4]Nondum usque ad sanguinem restitistis· aduersus peccatum repugnantes·

[5]Et obliti estis consolationes· quae uobis tamquam |filiis 710
loquitur dicens

CII· Fili mi noli neglegere disciplinam domini neque fatigeris dum ab eo argueris [6]quem enim diligit dominus castigat flagellat autem omnem filium quem recipit·

*XXXI ***CIII·** [7]In disciplinam perseuerante tamquam filiis

c. XI, 32 – XII, 7.

1. *deficiėt*. Lectio est, non sphalma.
2. *ieptae* obelo et superscriptione correctum ex originali *iaetae*.
3. *profetis* rasura facum ex *profectis*
9. *suscipientes* correctio imperfecta. Fortasse V *accipientes* praetulit.
11. C [*Lapidati*] *sunt secti*
15. *et*[in] *montibus et*[in] correctiones fortasse Victorinae, non errorem emendantes sed variam lectionem exhibentes.
23. *auċtorem*
25. *contempta*. Puncta ex pagina adversa huic impressa.
27. Fort. iam S correxit *ipsos* in *ipsum*. Sed lectionem esse patet, non sphalma.
36. *perseuerantem*. Videtur V legere voluisse *perseuerate*

Line 16: Ranke fails to notice the punct following *terrae*. |Line 25: Incorrectly labelled as 23.

uobis offert deus,, Quis enim filius quem non corripit pater,, [8]Quod si extra disciplinam estis· cuius participes facti sunt omnes· ergo adulteri et non filii estis

CIIII· [9]Deinde patres quidem carnis nostrae hibuimus eruditores et reuerebamur eos,, Non multos magis optemperauimus patri spirituum et uiuemus,, [10]Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum uoluntatem suam erudiebant nos· Hic autem ad id quod utile est in recipiendo sanctificationem eius

CV· [11]Omnis autem disciplina in praesinti quidem uidetur non esse gaudii sed moeroris,, Postea autem fructum
711 pacatis|simum exercitatis per eam reddit iustitiae

*XXXII *[12]Propter quod remissas manus· et soluta genua erigite,, [13]Et gressos rectos facite pedibus uestris ut non claudicans quis erret· magis autem sanetur

CVI· [14]Pacem sequimini· Cum omnibus et sanctimoniam Sine qua nemo uidebit dominum

[15]Contemplantes ne quis desit gratiae dei· ne qua radix amaritudinis sursum germinans inpediat et per illam inquinentur multi

CVII· [16]Ne quis fornicator· aut profanus· ut esau qui propter unam escam uendidit primitiua sua

*XXXIII *[17]Scitote enim quoniam et postea cupiens hereditare benedictionem reprobatus est,, Non enim inuenit paenitentiae locum quamquam cum lacrimis inquisisset eam

CVIII· [18]Non enim accessistis ad tractabilem et accensibilem ignem et turbinem et caliginem et procellam·
712 [19]et tubae sonum et uocem uerborum |quam qui audierunt excusauerunt se ne eis fieret uerbum,,

CVIIII· [20]Non enim· portabant quod dicebatur· et si bestia tetigerit montem lapidabitur· [21]et ita terribile erat quod uidebatur,,

Moyses dixit,, Exterritus sum et tremebundus

[22]Sed accessistis ad sion montem et ciuitatem dei uiuentis hierusalem caelestem

Et multoram milium angelorum frequentiae [23]et ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in caelis· et iudicem omnium

c. XII, 7–23.

5. *multos* nonnisi sero tempore correctorem invenit, qui obelum torqueret in literam *s*.

28. *se·ne* textui nostro inscribi poterat.

31. *üid̈^{ic}ebatur* lectio singularis servari debuit.

Line 33: Ms. clearly has *accessistis*, which is correct. Ranke had incorrectly copied as *accesistis*.

deum et spiritus iustorum perfectorum [24]et testamenti noui,,
Mediatorem ihesum et sanguinis sparsionem· Melius loquentem
quam abel·
LECTIO COTIDIANA· *XXXIV *[25]Uidete ne recusetis loquentem
CX· Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui
super terram loquebatur,, Multo magis nos qui de caelis lo-
quentem nobis auertimur·
CXI· [26]Cuius uox mouit terram
Tunc modo autem repromittit dicens· Adhuc semel ego
mouebo· Non |solum terram· Sed et caelum,, **713**
CXII· [27]Quod autem adhuc semel dicit declarat·
mobilium translationem tamquam factorum ut maneant ea
quae sunt inmobilia
[28]Itaque regnum immobile suscipientes,, Habemus gratiam
LECT· COTIDIANA per quam seruiamus placentes deo + cum metu et reuerentia
[29]Etenim deus noster ignis consumens est,,
IN DEUTERONOMIO **CXIII·** [13, 1]Caritas fraternitatis maneat· [2]et hospi-
talitatem nolite obliuisci,,
Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis,,
*XXXV *[3]Mementote uinctorum tamquam simul uincti· Et laborantium
tamquam et ipsi in corpore morantes
CXIIII· [4]honorabile conubium In omnibus et torus
inmaculatus,, Fornicatores enim et adulteros iudicauit deus,,
[5]Sint mores sine auaritia· contenti praesentibus
CXV· Ipse enim dixit non te deseram· neque derelin-
quam· [6]ita ut confidenter dicamus· dominus mihi adiutor |non **714**
timebo quid faciat mihi homo·
CXVI· [7]Mementote praepositorum uestrorum qui
uobis locuti sunt uerbum dei
Quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem,,
CXVII· [8]Ihesus christus heri et hodie ipse et in
*XXXVI saecula + * doctrinis uariis et peregrinis nolite abduci,,
CXVIII· [9]Optimum enim est gratia stabiliri· Cor
non escis quae non profuerunt ambulantibus in eis·
CXVIIII· [10]Habemus altare de quo edere non habent
potestatem,, Qui tabernaculo deseruiunt· [11]quorum enim ani-

c. XII, 23 – XIII, 11.

4. *Üidete.* Puncta capitis XXXIV nisi fallor, initium indicant. Ad marginam correspondet siglum ∵
14. *immobileṁ*
16. *n'oster* inutili obelo turpatum.
26. C [*adiutor*] *est*
32. ante *doctrinis* siglum ∸ cernitur, capitis XXXVI initium indicans.

malium infertur sanguis pro peccato· in sancta per pontificem,, horum corpora cremantur extra castra,, [12]Propter quod et ihesus ut sanctificaret suum sanguinem populum· extra portam passus est,,

CXX· [13]Exeamus igitur ad eum extra castra· inproperium eius portantes,,

[14]Non enim habemus hic manentem ciuitatem sed futura inquirimus·

715 [15]Per ipsum ergo offeramus |hostiam laudis semper deo,, Id est fructum labiorum confitentium nomini eius,, [16]Beneficentiae autem et communionis nolite obliuisci· talibus enim hostiis promeretur deus

*XXXVII ***CXXI·** [17]Oboedite praepositis uestris et subiacite eis

Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri,, Ut cum gaudio hoc faciant et non gementes hoc enim non expedit uobis [18]orate pro nobis·

CXXII· Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus· In omnibus bene uolentes conuersari [19]amplius autem depraecor uos hoc facere ut quo celerius restituar uobis

XXXVIII ***CXXIII·** [20]Deus autem pacis· qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni· dominum nostrum ihesum· [21]aptet uos in omni bono· ut faciatis uoluntatem eius faciens in uobis quod placuit coram se per ihesum christum cui gloria in saecula saeculorum,,

716 |XXXIX ***CXXIIII·** [22]Rogo autem uos fratres ut sufferatis uerbum solacii· etenim perpaucis scribsi uobis· [23]Cognoscite fratrem nostrum timotheum uobis demissum,, Cum quo si celerius uenerit uidebo uos

CXXV· [24]Salutate omnes praepositos uestros et omnes sanctos

Salutant uos de italia· [25]Gratia cum omnibus uobis

c. XIII, 11–25.

. . . .

EXP· AD HEBRAEOS FELICITER

22. Inc. [*ihesum*] *christum*

|QUIBUS LOCIS SINGULI APOSTOLI IACEANT. ID EST 717
PETRUS ET PAULUS· ROMAE
IOHANNES EUANGELISTA· EPHESO
ANDREAS· PATRAS
PHILIPPUS IN ASIA CIUITATE HIERAPOLI
MATTHEUS IN PONTUM
IACOBUS HIEROSOLYMA
BARTHOLOMEUS· IN PHRYGIA CIUITATE DOLICI,,
THOMAS· IN INDIA· CIUITATE IOTHABIS
IACOBUS ALPHEI· IN CIUITATE IOPPE
SIMON ZELOTES· IN CAPPADOCIA CIUITATE· CAESAREA
IUDAS IACOBI· IN PROUINCIA PHENICE CIUITATE BYRETO
MARCUS EUANGELISTA· ALEXANDRIA
LUCAS EUANGELISTA· ANTIOCHIA
TIMOTHEUS· EPHESO
PHILIPPUS UNUS DE SEPTEM CAESAREA· PALESTINAE
STEPHANUS PROTOMARTYR· HIEROSOLYMA·
IOHANNES BAPTISTA· IN SAMARIA· CIUITATE SEBASTE
CAPUT IOHANNIS BAPTISTAE· IN PROUINCIA PHENICAE CIUITATE EMETZA
BARNABAS ET SILAS CYPRO CIUITATE CONSTANTIA

. . . .

[PRAEFATIO ACTUUM APOSTOLORUM.]

| $\overline{X}\overline{F}$ Lucas natione syrus cuius laus in euangelio canitur apud anthiociam medicinae artis egregius et aposolorum christi discipulus postea usque ad confessionem paulum secutus apostolum sine crimine in uirginitate permanens domino maluit inseruire· qui LXXX et quattuor agens aetatis annos in bythinia de saeculo noscitur emigrasse· 718

Hic igitur diuino stimulatus imperio posteaquam in achaiae partibus euangelium scribens graecis fidelibus· incarnationem domini fideli narratione ostendit· eundemque ex stirpe dauid de origine descendisse monstrauit cui non inmerito scribendorum apostolorum actuum potestas in mysterio datur ut deo in deum pleno et filio perditionis extincto oratione ab apostolis facta sorte domini electionis numerus compleretur

Sicque paulum consummationis apostolicis actibus daret

7. Ad marginem manu aliqua, quae saeculi XIV videtur, scriptum est:
hic habe? ubi
ips Sti Bonifacii
fuerūt corpa
aplor



24. Siglum Victoris manu tremula hic illatum.

28. *bythiniam̄*

32. *narrationi* mut. in —*e*. Siglum ·/ flagitare videtur, ut emendatur falsa divisio vocabuli *os*-**t***endit*

33. *de*-**s***cendisse*

34. *a*-**c***tuum*

35. *exstin*-**c***to*

36. *conpleretur* puncto et superscriptione mut. in *compl*—.

Line 30: The Manuscript clearly opens this line with ‘Hic’, but Ranke writes ‘His’.

quem diu contra stimulos calcitrantem dominus elegisset quod
719 legentibus |ac requirentibus deum breui uolui sermone ostendere quam prolixius aliquid fastidientibus prodidisse sciens quod operantem agricolam oportet et de suis fructibus edere quem ita diuina subsecutus est gratia ut non solum corporum sed etiam animarum eius proficeret medicina

. . . .

EXPLICIT PRAEFATIO ACTUUM APOSTOLORUM INCIPIUNT CAPITULA

. . . .

I· Ubi praecepit ihesus discipulis ab hierusalem ne discederent.

II· Petrus de iuda condiscipulis suis loquitur ut pro eo e duobus unum eligerent

III· Ubi spiritus sanctus de caelo descendit super apostolos in locum ubi congregati fuerunt

IIII· Ubi petrus dicit iudaeis non enim sicut extimatis hi ebrii sunt cum sit hora diei tertia

720 **V·** Ubi de domino ihesu uiris |israhelitis loquitur et de scribturis diuinis

VI· Ubi petrus iudaeis dicit paenitentiam agere et baptizetur unusquisque in nomine ihesu christi

VII· Ubi apostolis crediderunt et baptizati sunt animae tria milia

VIII· Ubi petrus et iohannes ascendentes in templo paralyticum sanant

VIIII· Ubi loquebantur apostoli ad populum et superuenerunt sacerdotes et magistratus templi et iniecerunt in eis manus,,

X· Uidentes autem petri constantiam et iohannis·

XI· Dimissi apostoli uenerunt ad suos et narrauerunt omnia,,

XII· Multitudinis autem credentium erat cor et anima una

XIII· Ubi quidam uir annanias cum saffira uxore sua fraudauerunt de praetio agri et expirauerunt

XIIII· Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe

XV· Ubi princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant in-
721 iecerunt manus in apos|tolos et posuerunt eos in custodia,,

2. *o*-**s***tendere*
4. *operante*[m]
6. Post vocab. *medicina* ornamentum aliquod circiter huius formae ∾ cernitur, quod fini praefationis indicando inservit.
19. *die*[i]
20. *dominum ihesum* mut. in *domino ihesu*
25. syllaba *tem* in rasura aliarum literarum scripta est, quae non amplius cernuntur.

XVI· Ubi caesi apostoli a iudaeis denuntiauerunt eis ne loquerentur in nomine ihesu

XVII· Ubi crescente numero discipulorum factus est murmur graecorum aduersus hebraeos

XVIII· Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat signa et prodigia coram plebem

XVIIII· Stephanus loquitur populo de patriarchis incipiens ab abraham usque ad mosen,,

XX· Ubi haec audientes dissecebantur cordibus suis et stridebant dentib· in eum

XXI· Facta est autem persecutio magna ecclesiae quae est hierosolymis

XXII· De simone mago

XXIII· Simon magus pecuniam apostolis offeret

XXIIII· Ubi angelus domini philippo loquitur

XXV· Ubi paulus a principe sacerdotum epistulas petit in damascum,,

XXVI· Ubi paulus conualescens confundebat iudaeos

XXVII· Petrus ueniens lyddae ad sanctos aenean ab annis VIII |iacentem in grabatto sanat· et discipula in ioppen nomine tabitas resuscitat· **722**

XXVIII· De cornelio·

XXVIIII· Ubi cornelius petrum sperat

XXX· Cornelius uisum petro narrat

XXXI· Ubi iudaei dicunt petro quare introisti ad uiros praeputium habentes

XXXII· Propheta agabus famem adnuntians

XXXIII· Ubi herodes iacobum fratrem iohannis occidit et petrum misit in carcerem,,

XXXIIII· Ubi milites turbati sunt pro petro

XXXV· Ubi separat spiritus sanctus paulum et barnaban ad praedicandum·

XXXVI· Paulus et qui cum eo erant nauigantes uenerunt per gentes pamphiliae

XXXVII· Paulus de resurrectione christi iudaeis praedicat

XXXVIII· Iconio intrant synagogam apostoli et credidit iudaeorum et graecorum copiosa multitudo

XXXVIIII· In lystris claudum ex utero matris suae paulus sanat·

|XL· Ubi quidam descendentes de iudaea docebant fratres circumcidi secundum morem mosi **723**

XLI· Ubi apostoli scribent credentibus ex gentibus non mandasse eos qui circumcisionem praedicabant·

9. Inc. manus, quae atramento fere viridi utebatur, corr. *dissec*$\overset{a}{\text{ę}}$*bantur*

19. *sanctos· aenean· ab annis ·VIII·*

39. *docebant·* $\overline{\text{FF}}$

Line 27: Ranke had *famen* whereas the manuscript clearly has *famem*.

XLII· Ubi paulus et barnabas directi ab apostolis antiochiam et congregata multitudine tradiderunt epistulam,,

XLIII· De timotheo discipulo

XLIIII· Ubi paulus uisitatur et uidet uirum machedonem stantem depraecans eum

XLV· de lydda purpuraria

XLVI· de puellam habentem spiritum pytonem·

XLVII· Ubi iudaei zelantes paulum concitauerunt turbam ad domum iasonis

XLVIII· Paulus atheniensibus dicit de ignoto deo

XLVIIII· Ubi quidam uiri adherentes paulo crediderunt et dionisius ariopagita cum uxore sua

L· Gallione autem proconsule achaiae insurrexerunt uno animo iudaei in paulum

724 **LI·** Iudaeo apollo et baptismate |iohannis·

LII· Ubi temptauerunt quidam et de circumeuntibus iudaeis exorcistis

LIII· de demetrio argentario

LIIII· Ubi postquam cessauit tumultus uocatis paulus discipulis ualedixit et profectus est et de adulescente nomine eutycho qui de tertio cenaculo cecidit deorsum,,

LV· Cum autem conuenisset paulus discipulos in asson adsumpto eo uenerunt mitilenem et mittens ephesum uocauit maiores natu ecclesiae et monens adlocutus est eos et contestatus

LVI· Cum autem factum esset ut nauigaremus abtracti ab eis recto cursu uenimus choum·

LVII· Ubi agabus propheta a iudaea ueniens caesaream tulit zonam pauli et alligans sibi pedes et manus· dixit haec dicit spiritus sanctus

LVIII· Post dies autem istos praeparati ascendebamus hierusalem,,

LVIIII· Ubi paulus adsumptis uiris postera die purificatus cum
725 illis intrauit in |templum

LX· Ubi dicit uiri fratres et patres audite quam ad uos nunc reddo rationem

LXI· Ubi de anania paulus loquitur et de ea quae ei acciderunt.

LXII· Ubi princeps sacerdotum ananias praecepit adstantibus sibi percutere os pauli reddentis pro se rationem

LXIII· Ubi quidam ex iudaeis deuouerunt se dicentes neque manducaturos neque bibituros donec paulum occiderent

LXIIII· Ubi tribunus dimisit adulescentem praecipiens ei ne cui loqueretur

21. *qui· de*   38. *percutere· os*

LXV· Ubi milites secundum praeceptum sibi adsumentes paulum duxerunt per noctem in antipatridam

LXVI· Ubi ananias princeps sacerdotum post V dies cum senioribus quibusdam et tertullo oratore aduersus paulum caesaream descenderunt

LXVII· Ubi praesidi paulus loquitur

LXVIII· Ubi felix sciens de ui distulit qui et successorem festum accepit

|LXVIIII· Ubi agrippa rex et bernice caesaream descenderunt ad salutandum festum· 726

LXX· Ubi paulus extenta manu coepit rationem reddere regi agrippae

LXXI· Ubi haec loquente et rationem reddente festus magna uoce dicit insanis paule·

LXXII· Ubi nauem harumentinam ascendunt

LXXIII· Ubi nauigantes in hadria rogat paulus ut cibum sumerent et uipera a calore inuasit manum eius,,

LXXIIII· Ubi post menses tres in nauem alexandrinam quae in insula hiemauerat nauigarunt·

. . . .

EXPLICIUNT CAPITULA
INC· IPSA EPISTULA

. . . .

|$\overline{X}\,\overline{F}$ [1, 1]Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile,, Quae coepit ihesus facere et docere,, [2]Usque in diem qua praecipiens apostolis per spiritum sanctum 727

Quos elegit,, Adsumptus est,, [3]Quibus et praebuit se ipsum uiuum post passionem suam in multis argumentis,, Per dies XL·

Apparens eis et loquens de regno dei

I· [4]Et conuescens praecepit eis ab hierosolymis ne discederent,, Sed expectarent promissionem patris,, Quam audistis per os meum,, [5]Quia iohannes quidem baptizauit aqua,, Uos autem baptizabimini in spiritu sancto,, Non post multos hos dies,, [6]Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes,, domine si in tempore hoc restitues regnum israhel,, [7]dixit autem eis·

c. I, 1–7.

15. Inc. *hadrumetinam*
24. Victoris siglum vix amplius visibile. | *o·theophile*
30. *Ȧpparens*. V fortasse *parens* flagitavit
32. *expe*-**c***tarent*

Non est uestrum nosse tempora uel momenta

quae pater posuit in sua potestate,, [8]Sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos,, Et eritis mihi
728 testes in hierusalem |et in omni iudaea et samaria,, Et usque ad ultimum terrae,, [9]Et cum haec dixisset uidentibus illis eleuatus est,, Et nubes suscepit eum ab oculis eorum

[10]Cumque intuerentur in caelum euntem illum,, Ecce duo uiri adstiterunt iuxta illos in uestibus albis [11]qui et dixerunt,, Uiri galilaei quid statis aspicientes in caelum hic ihesus qui adsumptus est a uobis in caelum· Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in caelum· [12]Tunc reuersi sunt hierosolymam a monte qui uocatur oliueti· Qui est iuxta hierusalem sabbati habens iter,, [13]Et cum introissent in cenaculum,, Ascenderunt ubi manebat

Petrus et iohannes iacobus et andreas· philippus et thomas· bartholomeus et mattheus· iacobus alphei et simon zelotes et iudas iacobi,, [14]Hi omnes erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus,,

Et maria matre ihesu et fratribus eius,,

729 |**II**· [15]Et in diebus illis exsurgens petrus in medio fratrum dixit,, Erat autem turba nominum simul fere centum uiginti,, [16]Uiri fratres· Oportet inpleri scribtura quam praedixit· spiritus sanctus per os dauid

De iuda qui fuit dux eorum qui compraehenderunt ihesum,, [17]Quia connumeratus erat in nobis,, Et sortitus est sortem ministerii huius,, [18]Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis· Et suspensus crepuit medius·

Et diffusa sunt omnia uiscera eius,, [19]Et notum factum est omnibus habitantibus hierusalem,,

Ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemae· hoc est ager sanguinis,, [20]Scribtum est enim in libro psal-
„morum· fiat commemoratio eorum deserta et non sit qui in-
„habitet in ea· et episcopatum eius accipiat alius,, [21]Oportet ergo ex his uiris qui nobiscum sunt congregati in omni
730 tempore· Quo intrauit et exiuit inter nos |dominus ihesus,, [22]Incipiens a baptismate iohannis usque in die qua adsumtus

c. I, 7–22.

6. *su*-**s***cepit*
17. *o*-**m***nes* (h)
21. *nominum* (h). Lectio servari debuit.
26. *mini*-**s***terii*
27. *su*-**s***pensus*
28. *ui*-**s***cera*
32. *commemoratio* quae puncta a Victorinis et forma et colore differunt
36. *ba*-**p***tismate*

Line 30: Ranke sees *acheldemac*, which can be seen in the manuscript, but the shape of the ‘c’ is wrong, and it looks as if the cross of the ‘e’ is very faint, or missing. Vulgate has *Haceldama*, so I see this as *acheldemae*.

est a nobis· Testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum
ex istis· [23]Et statuerunt duos· Ioseph qui uocabatur barsabban·
qui cognominatus est iustus,, Et matthian·

[24]Et orantes dixerunt,,

Tu domine qui corda nosti omnium

Ostende quem elegeris ex his duobus unum [25]accipere
locum ministerii huius et apostolatus,, De quo praeuaricatus
est iudas ut abiret in locum suam

[26]Et dederunt sortes eis,,

Et cecidit sors super matthian

et adnumeratus est cum undecim apostolis·

III· [2, 1]Et cum conplerentur dies pentecostes,, Erant
omnes pariter in eodem loco,, [2]Et factus est repente de caelo
sonus· Tamquam aduenientis spiritus uehementis· Et repleuit
totam domum ubi erant sedentes,, [3]Et apparuerunt illis disper-
titae linguae tamquam ignis· seditque supra singalos eorum

[4]Et repleti sunt omnes spiritu sancto

|Et coeperunt loqui aliis linguis· Prout spiritus sanctus **731**
dabat eloqui illis· [5]Erant autem in hierusalem habitantes iudaei
uiri religiosi ex omni natione quae sub caelo est,, [6]Facta
autem hac uoce,, Conuenit multitudo et mente confusa est,,
Quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes,,
[7]Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes

Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilaei sunt

[8]et quomodo nos audiuimus unusquisque lingua nostra in
qua nati sumus

Parthi et medi· et elamitae

Et qui habitant mesopotamiam,, Et iudaeam et cappa-
dociam· pontum et asiam· [10]phrygiam et pamphiliam,, Aegyptum
et partes lybiae quae est circa cyrenen· Et aduenae romani·
[11]iudaei quoque et proselyti

Cretes· et arabes· Audiuimus eos loquentes nostris linguis
magnalia dei

[12]Stupebant autem omnes et mirabantur ad inuicem
dicentes,, Quidnam hoc |uult esse [13]Alii autem inridentes **732**
dicebant quia musto pleni sunt isti

c. I, 22 – II, 13.

3. *iu*-**s***tus* 25. *no*-**s***tra*

IIII· [14]Stans autem petrus cum undecim eleuauit uocem suam et locutus est eis
Uiri iudaei et qui habitatis hierusalem uniuersi
hoc uobis notum sit et auribus percipite uerba mea·
[15]Non enim sicut uos aestimatis hi ebrii sunt cum sit hora diei tertia· [16]Sed hoc est quod dictum est per prophetam „iohel· [17]Et erit in nouissimis diebus dicit dominus
„ Effundam de spiritu meo super omnem carnem·
„ Et prophetabunt filii uestri et filiae uestrae·
„ Et iuuenes uestri uisiones uidebunt„ Et seniores uestri „somnia somniabunt
„ [18]Et quidem super seruos meos et ancillas meas
„ In diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt„
„[19]Et dabo prodigia in caelo sursum
„ Et signa in terra deorsum
„ Sanguinem et ignem et uaporem fumi· [20]Sol conuertetur „in tenebras et luna in sanguinem· Ante quam ueniat dies
733 „domini |magnus· et manifestus
„ [21]Et erit omnis quicumque inuocauerit nomen domini „saluus erit·

V· [22]Uiri israhelitae· audite uerba haec· ihesum nazarenum uirum adprobatum a deo in uobis· uirtutibus et prodigiis et signis quae fecit per illum deus in medio uestri sicut uos scitis
[23]Hunc definito consilio et praescientia dei· Traditum per manus iniquorum adfigentes interemistis
[24]Quem deus suscitauit solatis doloribus inferni· Iuxta quod inpossibile erat teneri illum ab eo„ [25]Dauid enim dicit ,in eum· Prouidebam dominum coram me semper„ Quoniam ,a dextris meis est ne commouear· [26]Propter hoc laetatus est ,cor meum et exultauit lingua mea
, Insuper et caro mea requiescit in spe· [27]Quoniam· non ,derelinques animam meam in inferno· Neque dabis sanctum ,tuum uidere corruptionem· [28]Notas fecisti mihi uias uitae
, Replebis me iucunditatem cum facie tua„
734 |[29]Uiri fratres„ Liceat audenter dicere ad uos de patriarcha

c. II, 14–29.

6. *die*[i] 9. *ue*-**s***tri*

dauid· Quoniam defunctus est et sepultus est· Et sepulchrum eius est apud nos usque in hodiernam diem· [30]Propheta igitur cum esset·

Et sciret quia iureiurando iurasset illi deus,, De fructu lumbi eius sedere super sedem eius,, [31]Prouidens locutus est de resurrectione christi,, Quia neque derelictus est in inferno,, Neque caro eius uidit corruptionem

[32]Hunc ihesum resuscitauit deus cui omnes nos testes sumus· [33]Dextera igitur dei exaltatus,, Et promissione spiritus sancti accepta a patre effudit· hunc quem uos uidetis et audistis

[34]Non enim dauid ascendit in caelos· Dicit autem ipse· ,Dixit dominus domino meo sede a dextris meis· [35]Donec ponam ,inimicos tuos scabillum pedum tuorum,,

[36]Certissime ergo sciat omnis domus israhel,, Quia et dominum eum et christum deus fecit,, hunc ihesum quem uos crucifixistis· [37]his audi|tis conpuncti sunt corde 735

Et dixerunt ad petrum et ad reliquos apostolos

Quid faciemas uiri fratres

VI· [38]Petrus uero ad illos paenitentiam inquit agite· Et baptizetur unusquisque in nomine ihesu christi in remissionem peccatorum uestrorum,, Et accipietis donum sancti spiritus,, [39]Uobis enim est repromissio et filiis uestris et omnibus qui longe sunt,, Quoscumque aduocauerit dominus deus noster

[40]Aliis etiam uerbis pluribus testificatus est et exhortabatur eos dicens· Saluamini a generatione ista praua,,

VII· [41]Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt,, Et adpositae sunt in illa die animae circiter tria milia· [42]Erant enim perseuerantes in doctrina apostolorum

Et communicatione fractionis panis et orationibus

[43]Fiebat autem omni animae timor,, Multa quoque prodigia et signa per apostolos fiebant in hierusalem,, Et metus erat magnus in uniuersis·

|[44]Omnes etiam qui credebant erant pariter,, Et habebant omnia communia 736

[45]Possessiones et substantias uendebant et diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat· [46]Cotidie quoque perdurantes

c. II, 20–46.

4. *fru*-**c***tu*
14. *o*-**m***nis*
19. *inqui[t]d*
21. *ue*-**s***trorum*
29. *fra*-**c***tionis*
31. *apo*-**s***tolos*

unanimiter in templo· et frangentes circa domos panem sumebant cibum

Cum exultatione et simplicitate cordis [47]conlaudantes deum„ Et habentes gratiam ad omnem plebem

Dominus autem augebat qui salui fierent cottidie in id ipsum

VIII· [3,] [1]Petrus autem et iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam

[2]Et quidam uir qui erat claudus ex utero matris suae baiulabatur„ Quem ponebant cottidie ad portam templi quae dicitur speciosa„ Ut peteret elemosynam ab introeuntibus in templum· [3]his cum uidisset petrum et iohannem incipientes introire in templum„

Rogabat ut elemosynam acciperet· [4]Intuens autem eum
737 petrus cum iohanne dixit· Respice |in nos„ [5]At ille intendebat in eos sperans se aliquid accepturum ab eis„ [6]Petrus autem dixit„ Argentum et aurum non est mihi

Quod autem habeo hoc do tibi„ In nomine ihesu christi nazareni surge et ambula„ [7]Et adpraehensa mana eius dextera adleuauit eum„ Et protinus consolidatae sunt bases eius et plantae· [8]Et exiliens stetit et ambulabat et intrauit cum illis in templum„ Ambulans et exiliens et laudans deum

[9]Et uidit omnis populas eum ambulantem et laudantem deum„ [10]Cogoscebant autem illum quoniam ipse erat qui ad aelemosynam sedebat ad speciosam portam templi„ Et inpleti sunt stupore et extasi in eo quod contigerat illi„ [11]Cum teneret autem petrum et iohannem„ Concurrit omnis populus ad eos ad portam quae appellatur salomonis stupentes„

[12]Uidens autem petrus respondit ad populum„ Uiri isra-
738 helitae quid miramini |in hoc„ Aut nos quid intuemini„ quasi nostra uirtute aut pietate fecerimus hunc ambulare

[13]Deus abraham et deas isaac· et deus iacob· deus patrum nostrorum glorificauit filium suum ihesum„ Quem uos quidem tradidistis et negastis ante faciem pilati

Iudicante illo dimitti· [14]Uos autem sanctum et iustum negastis„ Et petistis uirum homicidam donari uobis

c. II, 46 – III, 14.

12. Inc. *his* obelo ashibito mut. in —*is*
15. *Ad* (t superscr.)
26. *extas*[i]
27. *o*-**m***nis*
29. *re*-**s***pondit*
32. *deus· isaac*

[15]Auctorem uero uitae interfecistis„ Quem deus suscitauit a mortuis· Cuius nos testes sumus„ [16]Et in fide nominis eius hunc quem uidetis et nostis·

Confirmauit nomen eius

et fides quae per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium uestrum„ [17]Et nunc fratres„ Scio quia per ignorantiam fecistis sicut et principes uestri

[18]Deus autem quae praenuntiauit per os omnium prophetarum pati christum suum inpleuit sic„ [19]Paenitemini igitur et conuertimini ut deleantur uestra peccata„ [20]Ut cum uenerint |tempora refrigerii a conspectu domini„ Et miserit eum qui **739** praedicatus est uobis ihesum christum„ [21]Quem oportet caelum quidem suscipere usque in tempora restitutionis ominium quae locutus est per os sanctorum suorum a saeculo prophetarum„

‚[22]Moses quidem dixit„ Quoniam prophetam uobis suscitauit ‚dominus deus uester de fratribus uestris„ Tamquam me ipsum ‚audietis·

‚ Iuxta omnia quaecumque locutus fuerit uobis·

‚ [23]Erit autem omnis anima quaecumque non audierit pro- ‚phetam illum exterminabitur de plebe„

[24]Et omnes prophetae a samuhel et deinceps qui locuti sunt et adnuntiauerunt dies istos„ [25]Uos estis filii prophetarum„ Et testamenti quod posuit deus ad patres uestros dicens ad abraham in semine tuo benedicentur omnes familiae terrae·

[26]Uobis primum deus suscitans filiam suum„ Misit eum benedicentem uobis

Ut conuertat se unusquisque |a nequitia sua **740**

VIIII· [4, 1]Loquentibus autem illis ad populum„ Superuenerunt sacerdotes et magistratus templi et sadducaei [2]dolentes quod docerent populum„ Et adnuntiarent in ihesum resurrectionem ex mortuis

[3]Et iniecerunt in eis manus et posuerant eos in custodiam in crastinum„ Erat enim iam uespera„ [4]Multi autem eoram qui audierant uerbum crediderunt„ Et factus est numerus uirorum V milia„ [5]Factum est autem in crastinum„ Ut congregarentur principes eorum et seniores et scribae in

11. *con*-**s***pectu*
23. *te*-**s***tamenti*
24. *o*-**m***nes*

Hierusalem,, [6]Et annas princeps sacerdotum et caifas· et iohannes et alexander,, Et quotquot erant de genere sacerdotali

[7]Et statuerunt eos in medio interrogabant,, In qua uirtute aut in quo nomine fecistis hoc uos,, [8]Tunc petrus repletus spiritu sancto dixit ad eos,, Principes populi et seniores· [9]Si nos hodie iudicamur in benefacto hominis infirmi

741 |In quo iste saluus factus est

[10]notum sit omnibus uobis et omni plebi israhel,,

Quia in nomine ihesu christi nazareni quem uos crucifixistis· Quem deus suscitauit a mortuis· In hoc iste adstat coram uobis sanus

[11]Hic est lapis qui reprobatus est a uobis aedificantibus qui factus est in caput anguli· [12]Et non est in alio aliquo salus,, Nec enim nomen aliud est sub caelo datum hominibus,,

In quo oportet nos saluos fieri,,

X· [13]Uidentes autem petri constantiam et iohannis

Conperto quod homines essent sine litteris et idiotae admirabantur· Et cognoscebant eos quoniam cum ihesu fuerant· [14]Hominem quoque uidentes stantem cum eis qui curatus fuerat· Nihil poterant contradicere·

[15]Iusserunt autem eos foras extra concilium sedere

Et conferebant ad inuicem [16]dicentes· Quid faciemus hominibus istis·

742 Quoniam quidem notum signum factum est |Per eos omnibus habitantibus in hierusalem manifestum· Et non possumus negare· [17]Sed ne amplius diuulgetur in populum· Conminemur eis ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum

[18]Et uocantes eos denuntiauerunt ne omnino loquerentur· Neque docerent in nomine ihesu,, [19]Petrus uero et iohannes respondentes dixerunt ad eos·

Si iustum est in conspectu· dei uos potius audire quam deum iudicate,, [20]Non enim possumus quae uidimus et audiuimus non loqui

[21]At illi comminantes demiserunt eos· Non inuenientes quomodo punirent eos propter populum

c. IV, 5–21.

2. *quo*$\overset{t}{d}$*quo*$\overset{t}{d}$
4. Juxta hunc versum in margine apparet siglum Victorinum ·| sine dubio flagitans, ut vocula *et* intermittatur.
17. *con*-**s***tantiam* (with *t* written above *n*)
35. *A*$\overset{t}{d}$

Quia omnes clarificabant id quod factum erat in eo quod acciderat,, [22]Annorum autem erat amplius XL homo in quo factum erat signum istud sanitatis

XI· [23]Dimissi autem uenerunt ad suos et adnuntiauerunt eis· Quanta ad eos princeps sacerdotum et seniores dixissent,, [24]Qui cum audissent,, Unanimiter |leuauerunt uocem **743** ad dominum et dixerunt· Domine tu qui fecisti caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt,, [25]Qui spiritu sancto per os patris nostri dauid pueri tui dixisti,,

, Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania·
,[26]Astiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum·
,Aduersus dominum et aduersus christum eius

[27]Conuenerunt uere enim in ciuitatem istam aduersus sanctum puerum tuum ihesum quem unxisti,, Herodes et pontius pilatus cum gentibus et populis israhel

[28]Facere quae manus tua et consilium tuum decreuerunt fieri· [29]Et nunc domine respice in minas eorum

Et da seruis tuis cum omni fiducia loqui uerbum tuum

[30]In eo cum manum tuam extendas· Sanitates et signa et prodigia fieri· per nomen sancti filii tui ihesu

[31]Et cum orassent motus est locus in quo erant congregati· Et repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur uerbum dei cum fiducia

|**XII**· [32]Multitudinis autem credentium erat cor et **744** anima una· Nec quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat·

Sed erant illis omni communia· [33]Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis ihesu christi domini Et gratia magna erat in omnibus illis· [34]Neque enim quisquam egens erat inter illos

Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant· Uendentes afferebant praetium eorum quae uendebant

[35]Et ponebant ante pedes apostolorum· Diuidebantur autem singulis prout cuique opus erat

[36]Ioseph autem qui cognominatus est barnabas ab apostolis,, Quod est interpraetatum filius consolationis leuites

c. IV, 21–36.

11. *Adstiterunt* puncto et obelo mut. in *Astit*—·
19. *si*-**g***na*
27. *ma*-**g***na*
28. *resurre*-**c***tionis*
31. *Quodquod* mut. in *Quotquot*, cf. adnotum ad 343, 2.
32. *adferebant* obelo et superscriptione literae *f* mut. in *aff*—·

cyprius genere· [37]Cum haberet agrum uendidit illum et adtulit praetium et posuit ante pedes apostolorum

XIII· [5, 1]Uir autem quidam nomine ananias cum saffira
745 uxore sua· Uendidit |agrum [2]et fraudauit de praetio agri conscia uxore sua· Et afferens partem quandam ad pedes apostolorum posuit

[3]Dixit autem petrus· annania· Cur temptauit satanas cor tuum mentire te spiritui sancto· Et fraudare de praetio agri· [4]Nonne manens tibi manebat

Et uenundatum in tua erat potestate· Quare posuisti in corde tuo hanc rem· Non es mentitus hominibus sed deo· [5]Audiens ananias haec uerba cecidit et expirauit

Et factus est timor magnus in omnes qui audierant· [6]Surgentes autem iuuenes amouerunt eum et efferentes sepelierunt,, [7]Factum est quasi horarum trium spatium· Et uxor ipsius nesciens quod factum fuerat introiit· [8]Respondit autem ei petrus

Dic mihi mulier si tanti agrum uendidistis· at illa dixit· Etiam tanti

[9]Petrus autem ad eam·

quid utique conuenit uobis temptare spiritum domini

746 |Ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum tuum

Ad ostium et efferent te [10]confestim cecidit ante pedes eius et expirauit

Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam· Et extulerunt et sepelierunt ad uirum suum,, [11]Et factus est timor magnus in uniuersa ecelesia· Et in omnes qui audierunt haec,,

XIIII· [12]Per manus autem apostoloram fiebant signa et prodigia multa in plebe

Et erant unanimiter omnes in porticu salomonis

[13]Ceterorum autem nemo audebat coniungere se illis,, Sed magnificabat eos populus,, [14]Magis autem augebatur credentium in domino multitudo uirorum ac mulierum

[15]Ita ut in plateas eicerent infirmos et ponerent in lectulis et grabatis ut ueniente petro saltem umbra illius obumbraret quemquam eorum

c. IV, 36 – V, 15.

2. *apo*-**s**_tolorum_
13. *ma*-**g**_nus_
18. *ad* mut. in *at*
30. *o*-**m**_nes_

[16]Concurrebat autem et multitudo uicinarum ciuitatum hierusalem

Adferentes egros et uexa|tos ab spiritibus imundis qui 747
curabantar omnes

XV· [17]Exsurgens autem princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant·

Quae est heresis sadducaeorum repleti sunt zelo

[18]et iniecerunt manus in apostolos· et posuerunt illos in custodia publica

[19]Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris et educens eos dixit·

[20]Ite et stantes loquimini in templo plebi omnia uerba uitae huius,, [21]Qui cum audissent· intrauerunt diluculo in templum et docebant· Audiens autem princeps sacerdotum et qui cum eo erant,, Conuocauerunt concilium et omnes seniores filiorum israhel·

Et miserunt ad carcerem ut adducerentur,, [22]Cum uenissent autem ministri· Et aperto carcere non inuenissent illos

Reuersi nuntiauerunt [23]dicentes· Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia· et custodes stantes ad
ianuas,, Aperientes |autem neminem intus inuenimus,, [24]Ut autem 748
audierunt hos sermones magistratus templi et principes sacerdotum,, Ambigebant de illis quidnam fieret· [25]adueniens autem quidam nuntiauit eis· Quia ecce uiri quos posuistis in carcerem· sunt in templo stantes et docentes populum· [26]Tunc abiit magistratus cum ministris et adduxit illos sine ui· Timebant enim populum ne lapidarentur· [27]Et cum adduxissent illos statuerunt in concilio· Et interrogauit eos princeps sacerdotum [28]dicens· praecipiendo praecepimus uobis ne doceretis in nomine isto

Et ecce repletis hierusalem doctrina uestra· Et uultis introducere super nos sanguinem hominis istius

[29]Respondens autem petrus et apostoli dixerunt,,

Oboedire oportet deo magis quam hominibus,, [30]Deus patrum nostrorum suscitauit ihesum· Quem uos interemistis suspendentes in ligno· [31]Hunc deus principem et saluatorem
|exaltauit dextera sua 749

c. V, 16–81.

5. *o*-**m***nes*
10. *no*-**c***tem*
20. scriptum erat *omnia*, tum *a* erasum est, sed ita ut discerni possit.
21. scripserat S primum *Aperiens*, post mutavit *s* in *tes*
24. *carcerem*· Lectio est, non error.

Ad dandam paenitentiam israhel et remissionem peccatorum· [32]Et nos sumus testes horum uerborum· et spiritus sanctus quem dedit deus omnibus oboedientibus sibi· [33]Haec cum audissent dissicebantur et cogitabant interficere illos,,

[34]Surgens autem quidam in concilio pharisaeus nomine gamilihel legis doctor· honorabilis uniuersae plebi· iussit foras ad brebem homines fieri·

[35]Dixitque ad illos· Uiri israhelitae adtendite uobis super hominibus istis· quid acturi sitis,, [36]Ante hos enim dies extitit theonas dicens se esse aliquem

Cui consensit uirorum numerus circiter quadringentorum· Qui occisus est· Et omnes quicumque credebant ei dissipati sunt

Et redactus est ad nihilum

[37]post hunc extitit iudas galilaeus in diebus professionis· et auertit populum post se· et ipse periit· et omnes quotquot
750 consenserunt ei dispersi sunt· [38]Et nunc itaque |dico uobis,, Discedite ab hominibus istis et sinite illos· Quoniam si est ex hominibus consiliam hoc aut opus dissoluetur· [39]Si uero ex deo est non potestis dissoluere eos· ne forte et deo repugnare inueniamini

XVI· Consenserunt autem illi· [40]et conuocantes apostolos caesis denuntiauerunt

Ne loquerentar in nomine ihesu· Et dimiserunt eos

[41]Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii·

Quoniam digni habiti sunt pro nomine christi contumeliam pati· [42]Omni autem die in templo et circa domos non cessabant docentes,, Et euangelizantes christum ihesum,,

XVII· [6, 1]In diebus autem illis crescente numero discipulorum· factum est murmur graecorum aduersus hebraeos,, Quod despicerentur in ministerio cotidiano uiduae eorum

[2]Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt,,

Non est aequum nos derelinquere uerbum dei et ministrare mensis,,

751 |[3]Considerate ergo fratres uiros ex uobis boni testimonii septem plenos spiritu et sapientia· Quos constituamus super hoc opus

6. *do*-**c***tor*
7. *breue* mut. in *brebem*
15. *quodquod* obelo et literae *t* superscriptione mut. in *quotquot*, cf. monitum ad 344, 31.
22. *apostolus* mut. in *—os*
29. *factus* mut. in *factum*, monente siglo Victorino ·|
31. *di*-**s***cipulorum*
36. *con*-**s***tituamus*, qua in divisione statuenda Victor obelum superfluum adhibit.

[4]Nos uero orationi et ministerio uerbi instantes erimus· [5]Et placuit sermo coram omni multitudine

Et elegerunt stefanum uirum plenum fide et spiritu sancto· et philippum· et nicanorem· et timotheum· et parmenam·

Et nicolaum aduenam anthiocenum· [6]Hos statuerant ante conspectum apostolorum· et orantes inposuerunt eis manus

[7]Et uerbum domini crescebat

Et multiplicabatur numerus discipulorum in hierusalem ualde· multa etiam turba sacerdotum oboediebat fidei

XVIII· [8]Stephanus autem plenus gratia et fortitudine

Faciebat prodigia et signa magna in populo· [9]Surrexerunt autem quidam de synagoga quae appellatur libertinorum et cyrenensium et alexandrinorum· et eoram qui erant a cilicia et asia |disputantes cum stephano **752**

[10]Et non poterant resistere sapientiae et spiritui qui loquebatur· [11]Tunc summiserunt uiros qui dicerent se audisse eum dicentem uerba blasphemiae in mosen et deum· [12]Et commouerunt itaque plebem et seniores et scribas· Et concurrentes rapuerunt eum et adduxerunt in concilium· [13]Et statuerunt testes falsos dicentes

Homo iste non cessat loqui uerba aduersus locum sanctum et legem· [14]Audiuimus enim eum dicentem· quoniam· ihesus nazarenus hic destruet locum istum

Et mutabit traditiones quas tradidit nobis moses

[15]Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio

Uiderunt faciem eius tamquam faciem angeli,,

[7, 1]Dixit autem princeps sacerdotum si haec ita se haberent· [2]Qui ait

XVIIII· Uiri fratres et patres audite· Deus gloriae apparuit patri nostro abraham cum esset in mesopotamia· priusquam moraretur in charram·

|[3]Et dixit ad illum· **753**

, exi de terra tua et cognatione tua· Et ueni in terram ,quam tibi monstrauero

[4]Tunc exiit de terra chaldaeorum et habitauit in charram

c. VI, 4 – VII, 4.

4. fort. scriba [*philippum· et*] *procorum et*

17. Urgentibus punctis Victorinis *Et* erasum est, ita tamen, ut legi etiam possit. Nec tamen errorem habes, sed lectionem.

30. 31. *mesopotamiaṁ·* **k** *priusquam* cf. notata ad 179, 11.

Vide: *commune·* **k** *de periculo*. Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλου*** initium fiat.

Line 31: Ranke split the word *priusquam* incorrectly into *prius* and *quam*. Here corrected.

Et inde postquam mortuus est pater eius· Transtulit illum
in terram istam in qua nunc uos habitatis
[5]Et non dedit illi hereditatem in ea nec passum pedis
Et repromisit dare illi eam in possessionem et semini
eius post ipsum· Cum non haberet filium· [6]Locutus est autem
,deus· Quia erit semen eius accola in terra aliena· Et seruituti
,eos subicient· Et male tractabunt eos annis quadringentis et
,septem· [7]et gentem cui seruierint iudicabo ego dixit deus·
,Et post haec exibunt et seruient mihi in loco isto· [8]Et dedit
illis testamentum circumcisionis et sic genuit isaac· et circum-
cidit eum die octaua·
Et isaac iacob· Et iacob duodecim patriarchas· [9]Et pa-
754 triarchae aemulantes ioseph· |uendiderunt in aegyptum
Et erat deus cum eo· [10]Et eripuit eum ex omnibus tri-
bulationibus eius· Et dedit ei gratiam et sapientiam in con-
spectu pharaonis regis aegypti· Et constituit eum praepositum
super aegyptum et super omnem domum suam·
[11]Uenit autem fames in uniuersam aegyptum et chanaam
et tribulatio magna et non inueniebant cibos patris nostri·
[12]Cum audisset autem iacob esse frumentum in aegypto·
Misit patres nostros primum· [13]Et in secundo cognitus est
ioseph a fratribus suis·
Et manifestatum est pharaoni genus eius· [14]Mittens autem
ioseph accersiuit iacob patrem et omnem cognationem in ani-
mabus LXXV· [15]et descendit iacob in aegyptum
Et defunctus est ipse et patres nostri· [16]et translati sunt
in sychem· Et positi sunt in sepulchro quod emit abraham
755 praetio argenti a filiis emor filii sychem· [17]Cum ad|propinquaret
autem tempus repromissionis quam confessus est deus abrahae
Creuit populus et multiplicatus est in aegypto [18]quoad-
usque surrexit rex alius in aegypto qui non sciebat ioseph·
[19]hic circumueniens genus nostrum afflixit patres ut exponerent
infantes suos ne uiuificarentur
[20]Eodem tempore natus est moses et fuit gratus deo
Qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui·
[21]Exposito autem illo

c. VII, 4–21.

12. Videtur scriptum fuisse *isaac et iacob*. Erasum est *et* monente puncto Victoriano.
19. *ma*-**g***na*
24. *o*-**m***nem*

Sustulit eum filia pharaonis et enutriuit eum sibi in
filium· [22]Et eruditus est moses omni sapientia aegyptiorum·
Et erat potens in uerbis et in operibus suis· [23]cum autem in-
pleretur ei quadraginta annorum tempus·

Ascendit in cor eius ut uisitaret fratres suos filios israhel·
[24]Et cum uidisset quendam iniuriam patientem uindicauit illum

Et fecit ultionem ei qui iniuriam sustinebat percusso
aegyptio· [25]Existimauit autem intellegere fratres |quoniam deus **756**
per manum ipsius daret salutem illis· At illi non intellexerunt·
[26]Sequenti uero die apparuit illis litigantibus· Et reconciliabat
eos in pacem dicens· Uiri fratres estis ut quid noceatis alter-
utrum·

[27]Qui autem iniuriam faciebat proximo reppulit eum dicens·
Quis te constituit principem et iudicem super nos· [28]Numquid
interficere me tu uis queammodum interfecisti heri aegyptium

[29]Fugiit autem moses in uerbo isto· Et factus est aduena
in terra madiam ubi generauit filios duos

[30]Et expletis annis XL apparuit illi in deserto montis
sina angelus in igne flammae rubi· [31]Moses autem uidens ad-
miratus est uisum· Et accedente illo ut consideraret et facta
est uox domini

, [32]Ego deus patrum tuorum

, Deus abraham et isaac· et iacob·

Tremefactus autem moses non audebat considerare· [33]Dixit
,autem illi dominus· Solue calcia|mentum pedum tuorum **757**

, Locus enim in quo stas terra sancta est,, [34]Uidens uidi
,adflictionem populi mei qui est in aegypto· Et gemitum eorum
,audiui et descendi ut liberarem eos

, Et nunc ueni mittam te in aegyptum· [35]Hunc mosen quem
negauerunt dicentes· Quis te constituit principem et iudicem

Hunc deus principem et redemptorem misit cum manu
angeli qui apparuit illi in rubo· [36]Hic eduxit illos faciens pro-
digia et signa in terra aegypti et in rubro mari et in deserto
annis XL·

, [37]Hic moses qui dixit filiis israhel· prophetam uobis
,suscitabit deus de fratribus uestris tamquam me· [38]Hic est

15. *tu·uis* 27. *aegyptu* mut. in —*to*

qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte sina

Et cum patribus nostris

Qui accepit uerba uitae dare nobis· [39]Cui noluerunt oboedire patres nostri· Sed reppulerunt et auersi sunt cordibus suis in aegyptum

758 |„ [40]Dicentes ad aaron fac nobis deos qui praecedant nos· „Moses enim hic qui eduxit nos de terra aegypti nescimus quid factum sit ei· [41]Et uitulum fecerunt in illis diebus

Et obtulerunt hostiam simulacro· Et laetabantur in operibus manuum suarum· [42]Conuertit autem deus et tradidit eos seruire militiae caeli

„ Sicut scribtum est in libro prophetarum· Numquid uictimas „aut hostias obtulistis mihi annis XL in deserto domus israhel

„ [43]Et suscepistis tabernaculum moloch· Et sidus dei uestri ripham· Figuras quas fecistis adorare eas· Et transferam uos trans babylonem

[44]Tabernaculum testimonii fuit patribus nostris in deserto· Sicut disposuit loquens ad mosen

Ut faceret illud secundum formam quam uiderat

[45]Quod et induxerunt suscipientes patres nostri cum hiesu possessionem gentium· Quas expulit deus a facie patrum 759 |nostrorum· Usque in diebus dauid [46]qui inuenit gratiam ante deum· Et petiit ut inueniret tabernaculum deo iacob· [47]Salomon autem aedificauit illi domum· [48]Sed non excelsus in manufactis ‚habitabat· Sicut propheta dicit· [49]Caelum mihi sedes est· Terra ‚autem scabillum pedum meorum· Quam domum aedificabitis ‚mihi dicit dominus· Aut quis locus requetionis meae est

‚ [50]Nonne manus mea fecit haec omnia· [51]Dura ceruice et incircumcisis cordibus et auribus· Uos semper spiritui sancto resistitis· Sicut patres uestri et uos· [52]Quem prophetarum non sunt persecuti patres uestri

Et occiderunt eos qui praenuntiabant de aduentu iusti· Cuius uos nunc proditores et homicidae fuistis· [53]Qui accepistis legem in dispositionem angelorum et non custodistis

XX· **[54]**Audientes autem haec dissecabantur cordibus suis

c. VII, 38–54.

10. *laetab*$\overset{a}{u}$*ntur*
11. *manu*$\overset{u}{m}$
19. *di*-**s***posuit*
21. *su*-**s***cipientes*
31. *ue*-**s***tri*
33. *aduentuṁ*
35. *dispositioneṁ*· Lectionem retinui.

|Et stridebant dentibus in eum· [55]Cum autem esset plenus spiritu sancto intendens in caelum uidit gloriam dei et ihesum stantem a dextris dei et ait· Ecce uideo caelos apertos· 760

Et filium hominis a dextris stantem dei· [56]Exclamantes autem uoce magna continuerunt aures suas· Et impetum fecerunt unanimiter in eum

[57]Et eicientes eum extra ciuitatem lapidabant

Et testes deposuerunt uestimenta sua secus pedes adulescentis qui uocatur saulus· [58]Et lapidabant stephanum inuocantem et dicentem

Domine ihesu suscipe spiritum meum

[59]Positis autem genibus clamabat uoce magna

Domine ne statuas illis hoc peccatum· Et cum hoc dixisset obdormiuit

Saulus autem erat consentiens neci eius

XXI· [8, 1]Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia quae erat hierosolymis· Et omnes dispersi sunt per regiones iudaeae et samariae |praeter apostolos· [2]Curauerunt 761
autem stefanum uiri timorati· Et fecerunt planctum magnum super illum· [3]Saulus uero diuastabat ecclesiam· Per domos intrans et trahens uiros ac mulieres tradebat in custodiam· [4]Igitur qui dispersi erant pertransiebant euangelizantes uerbum· [5]Philippus autem descendens in ciuitatem samariae praedicabat illis christum· [6]Intendebant autem turbae his quae a philippo dicebantur unanimiter audientes et uidentes signa quae faciebat· [7]Multi enim eorum qui habebant spiritus inmundos clamantes uoce magna exiebant

[8]Multi enim paralytici et claudi curati sunt·

[9]Factum est ergo magnum gaudium in illa ciuitate

XXII· Uir autem quidam nomine simon· qui ante fuerat in ciuitate magus·

Seducens gentem samariae dicens se esse aliquem magnum· [10]Cui auscultabant omnes a minimo |usque ad maximum 762

Dicentes· Hic est uirtus dei quae uocatur magna

[11]Attendebant autem eum propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos· [12]Cum uero credidissent philippo

c. VII, 54 – VIII, 12

5. *ma*-**g***na*
19. *ma*-**g***num*
36. Juxta hunc versum siglum margini incriptum obliquae alicuius literae *N*, cuius lateri dextro supra insidet litera *o*, ita ut facile suspiceris compendium vocabuli *Nota*, eo consilio appictum, ut doctrina de artibus magicis, quam versus continet, laudetur.

euangelizanti de regno dei et in nomine ihesu christi· Baptizabantur uiri ac mulieres· [13]Tunc simon et ipse credidit· et cum baptizatus esset adherebat philippo· Uidens etiam signa et uirtutes maximas fieri stupens admirabatur· [14]Cum autem audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepit samaria uerbum dei· Miserunt ad eos petrum et iohannem

[15]Qui cum uenissent orauerunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum· [16]Nondum enim in quemquam illorum uenerat,, Sed baptizati tantum erant in nomine domini ihesu,, [17]Tunc imponebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum·

XXIII· [18]Cum uidisset autem simon quia per inpo-
763 sitionem |manus apostolorum daretur spiritus sanctus· optulit eis pecuniam dicens

[19]Date mihi hanc potestatem ut cuicumque inposuero manus accipiat spiritum sanctum

Petrus autem dixit ad eum

[20]Pecunia tua tecum sit in perditionem· Quoniam donum dei existimasti pecunia possideri· [21]Non est tibi pars neque sors in sermone isto· Cor enim tuum non est rectum coram deo· [22]Paenitentiam itaque age ab hac nequitia tua· Et roga deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui· [23]In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis uideo te esse· [24]Respondens autem simon dixit· Praecamini uos pro me ad deum

Ut nihil ueniat super me horum quae dixistis·

[25]Et illi quidem testificati et locuti uerbum domini rediebant hierosolymam

Et multis regionibus samaritanorum euangelizabant·

XXIIII· [26]Angelus autem domini locutus est ad
764 philippum dicens· Surge et uade |contra meridianum ad uiam quae descendit ab hierusalem in gazam haec est deserta· Et surgens abiit· [27]Et ecce uir aetiops· eunuchus potens candacis reginae aethiopum· Qui erat super omnes gazas eias uenerat adorare in hierusalem· [28]Et reuertebatur sedens super currum suum legensque prophetam esaiam

[29]Dixit autem spiritus philippo

9. *ba*-**p***tizati*
12. Scriptum erat *obtulit*, ex qua forma radendo *opt·* factum est.
19. *re*-**c***tum*
32. *eunuc*[h]*us*

Accede et adiunge te ad currum istum· [30]Adcurrens autem philippus audiuit eum legentem esaiam prophetam et dixit· Putasne intellegis quae legis· [31]Qui ait

Et quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi· Rogauitque philippum ut ascenderet et sederet secum· [32]Locus autem scributurae quam legebat erat hic· Tamquam ouis ad ,occisionem ductus est· Sicut agnus coram tondente se sine ,uoce sic non aperuit os suum„ [33]In humilitate iudicium eius ,sublatum |est· Generationem illius quis enarrabit· 765

, Quoniam tollitur de terra uita eius· [34]Respondens autem ennuchus philippo dixit· Obsecro te· de quo propheta dicit hoc· De se an de alio aliquo· [35]Aperiens autem philippus os suum· Et incipiens ab scribtura ista euangelizanit illi ihesum· [36]Et dum irent per uiam· uenerunt ad quandam aquam· Et ait eunuchus· Ecce aqua quis prohibet me baptizari

[38]Et iussit stare currum

Et descenderunt uterque in aqua philippus et eunuchus· Et baptizauit eum· [39]Cum autem ascendissent de aqua spiritus domini rapuit philippum

Et amplius non uidit eum eunuchus· Ibat· enim per uiam suam gaudens

[40]Philippus autem inuentus est in azoto· Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis donec ueniret caesaream

XXV· [9, 1]Saulus autem adhuc ispirans minarum |et cedes 766 in discipulos domini

Accessit ad principem sacerdotum [2]et petit ab eo epistulas in damascum ad synagogas· Ut si quos inuenisset huius uiae uiros ac mulieres uinctos perduceret hierusalem· [3]Et cum iter faceret contigit ut adpropinquaret damasco·

Et subito circumfulsit eum lux de caelo· [4]Et cadens in terra audiuit uocem dicentem sibi· Saule saule quid me persequeris· [5]Qui dixit qui es domine

Et ille· Ego sum ihesus quem tu persequeris· Durum est tibi contra stimulum calcitrare· [6]Et tremens ac stupens dixit·

Domine quid me uis facere

Et dominus ad eum· Surge et ingredere ciuitatem et

c. VIII, 29 – IX, 6

7. *a*-**g***nus*
9. *enarrauit* mut. in *—bit*
15. 17. *aquaṁ* | Poterat servari utraque scriptio.
27. *inuenisseṅt*
28. *uin*-**c***tos*
29. *contiṅgit*
31. *terraṁ*

dicetur tibi quid te oporteat facere· [7]Uiri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti· Audientes quidem uocem neminem autem uidentes· [8]Surrexit autem saulus de terra
767 apertisque oculis nihil uidebat· Ad manus |autem illum trahentes introduxerunt damascum· [9]Et erat tribus diebus non uidens et non manducauit neque bibit· [10]Erat autem quidam discipulus damasci nomine ananias· Et dixit ad illum in uisu dominus· Anania· at ille ait ecce ego domine

[11]Et dominus ad illum surge uade in uicum qui uocatur rectus· Et quaere in domo iudae saulum nomine tharsensem ecce enim orat· [12]Et uidet uirum ananiam nomine introeuntem et ponentem sibi manus ut uisum recipiat· [13]Respondit autem ananias· Domine audiui a multis de uiro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in hierusalem

[14]Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum

[15]Dixit autem ad eum dominus

uade quoniam uas electionis est mihi iste· Ut portet nomen meum coram gentibus et regibus et filiis israhel· [16]Ego enim
768 ostendam illi quanta |oporteat eum pati pro nomine meo· [17]Et abiit ananias et introiuit domum et inponens ei manus dixit

Saule frater· Dominus misit me ihesus qui apparuit tibi in uia qua ueniebas ut uideas· Et implearis spiritu sancto

[18]Et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squamae et uisum recepit

Et surgens baptizatus est

[19]Et cum accepisset cibum confortatus est· Fuit autem cum discipulis qui erant damasci per dies aliquot· [20]Et continuo in synagogis praedicabat ihesum quoniam hic est filius dei· [21]Stupebant autem omnes qui audiebant· et dicebant· Nonne hic est qui expugnabat in hierusalem eos qui inuocabant nomen istud· Et huc ad hoc uenit ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum,,

XXVI· [22]Saulus autem magis conualescebat et confundebat iudaeos qui habitabant damasci· Adfirmans quoniam hic est christus· [23]Cum implerentur autem dies multi· consilium

c. IX, 6–23.

5. *dama-***s***cum*
18. Scriptum erat *Oportet*, quod fortasse monente Victore, qui hic locorum multa correxit, mutatum est in *Ut portet*
28. *aliquo*$\overset{t}{d}$
35. *habitab*$\overset{n}{a}$*t*

fece|runt iudaei ut eum interficerent· [24]Notae autem factae sunt 769
saulo insidiae eorum· Custodiebant autem et portas die ac
nocte ut eum interficerent„

[25]Accipientes autem discipuli eius nocte per murum dimi-
serunt eum submittentes in sporta· [26]Cum autem uenisset in
hierusalem temptabat iungere se discipulis· Et omnes timebant
eum non credentes quia esset discipulus· [27]Barnabas autem
adpraehensum illum duxit ad apostolos· Et narrauit illis quo-
modo in uia uidisset dominum· Et quia locutus est ei· Et
quomodo in damasco fiducialiter egerit in nomine ihesu

[28]Et erat cum illis intrans et exiens in hierusalem

Fiducialiter agens in nomine domini· [29]loquebatur quoque
gentibus et disputabat cum graecis· Illi autem quaerebant
occidere eum

[30]Quod cum cognouissent fratres· Deduxerunt eum caesa-
ream et dimiserunt tharsum· [31]Ecclesia quidem per totam
|iudaeam et galilaeam et samariam habebat pacem 770

Et aedificabatur ambulans in timore domini et conso-
latione sancti spiritus replebatur

XXVII· [32]Factum est autem petrus dum pertransiret
uniuersos deueniret ad sanctos qui habitabant lyddae·

[33]Inuenit autem ibi hominem quendam nomine aenean ab
annis VIII iacentem in grabatto· Qui erat paralyticus· [34]Et
ait illi petrus· Aeneas sanat te ihesus christus· Surge et sterne
tibi· Et continuo surrexit· [35]Et uiderunt illum omnes qui habi-
tabant lyddae et sarone· Qui conuersi sunt ad dominum· [36]In
ioppe autem fuit quaedam discipula nomine tabitas

Quae interpraetata dicitur dorcas· Haec erat plaena
operibus bonis et elemosynis quas faciebat· [37]Factum est in
diebus illis ut infirmata moreretur

Quam cum lauissent posuerunt eam in cenaculo

[38]Cum autem prope esset lydda ab ioppe· Discipuli au-
dientes quia petrus esset in ea· Miserunt |duos uiros ad eum 771
rogantes ne pigriteris uenire usque ad nos· [39]Exsurgens autem
petrus uenit cum illis· Et cum aduenisset duxerunt illum in
cenaculum· Et circumsteterunt illum omnes uiduae flentes· Et

c. IX, 28–39.

6. *o*-**m***nes*
7. *di*-**s***cipulus*
16. vocabulum *tharsum* aliquis radendo tentavit, ut mutaret in *tarsum*. Bene tamen adhuc originale *h* cernitur.
19. *replebantur*
21. *habitab*^{n}*at*, fort. a scriba ut vdtr. statim post scriptionem correctum.
28. *Qui* mut. in *Quae* | *pl*^{a}*ena*
29. *Fa*-**c***tum*

ostendentes tunicas et uestes quas faciebat illis dorcas· [40]Eiectis autem omnibus foras petrus ponens genua orauit· Et conuersus ad corpus dixit· Tabita surge· At illa aperuit oculos suos et uiso petro resedit· [41]Dans autem illi manam erexit eam

Et cum uocasset sanctos· et uiduas adsignauit eam uiuam· [42]Notum autem factum est per uniuersam ioppem· Et crediderunt multi in domino·

[43]Factum est autem ut dies multos moraretur in ioppe apud quendam simonem corarium

XXVIII· [10, 1]Uir autem quidam erat in caesarea nomine cornelius· Centurio cohortis quae dicitur italica· [2]Religiosus et
772 timens dominum |cum omni domo sua· Faciens elemosynas multas plebi et depraecans deum semper· [3]Uidit in uisu manifeste quasi nona hora diei· Angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi· Corneli· [4]At ille intuens eum timore correptus dixit·

Quid est domine· Dixit autem illi· Orationes tuae et elemosynae tuae ascenderunt in memoria in conspectu dei· [5]Et nunc mitte uiros in ioppen

Et accersi simonem quendam qui cognominatur petrus· [6]Hic hospitatur apud simonem quendam corarium cuius est domus iuxta mare· [7]Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi· Uocauit duos domesticos suos et militem metuentem dominum ex his qui illi parebant· [8]Quibus cum narrasset omnia misit illos in ioppen· [9]Postera autem die· iter illis facientibus et adpropinquantibus ciuitati·

773 Ascendit petrus in superiora ut oraret circa horam |VI· [10]Et cum esuriret uoluit gustare

Parantibus autem eis cecidit super eum mentis excessus· [11]Et uidit caelum apertum· Et descendens uas quoddam uelut linteum magnum quattuor initiis submitti de caelo in terram

[12]In qua erant omnia quadrupedia et serpentia terrae et uolatilia caeli

[13]Et facta est uox ad eum

Surge petre occide et manduca· [14]Ait autem· petrus· Absit domine quia numquam manducaui commune et inmundum

c. IX, 39 – X, 14.

1. *o*-**s***tendentes*
2. *o*-**m***nibus*
6. *uniuersum* mut. in *—am*
10. *caesareaṁ*
12. Post *dominum* aliquod vocabulum scriptum erat, quod ita erasum est, ut non amplius ulla literarum vestigia reliqua sint. Fortasse *deum*. | *ȧelemosynas*
13. *Dedit* mut. in *Uidit* | *uisuṁ·* punctum minutissimi generis quod discernere vix queas.
18. *a*-**s***cenderunt*
21. *aput* mut. in *apud* | Inc. *coriarium*
35. *petre ėi occide*

[15]Et uox Iterum secundo ad eum· Quae deus purificauit
ne tu commune dixeris· [16]Hoc autem factum est tertio· Et
statim receptum est uas in caelum· [17] Et dum intra se haesi-
taret petrus quidnam esset uisio quam uidisset· Ecce uiri qui
missi erant a cornelio inquirentes domum simonis astiterunt
ad ianuam [18]Et cum uocassent interrogabant si simon qui
cognominatur |petrus illic haberet hospitium· [19]Petro autem **774**
cogitante de uisione dixit spiritus ei· Ecce uiri tres quaerunt
te· [20]Surge itaque et descende et uade cum illis nihil dubitans
quia ego misi illos· [21]Descendens autem petrus ad uiros dixit·
Ecce ego sum quem quaeritis

Quae causa est propter quam uenistis· [22]Qui dixerunt·
Cornelius centurio uir iustus et timens deum et testimonium
habens ab uniuersa gente iudaeorum· Responsum accepit ab
angelo sancto

Accersire te in domum suam et audire uerba abs te·

[23]Introducens igitur eos recepit hospitio· Sequenti autem
die surgens profectus est cum eis

Et quidam ex fratribus a ioppe comitati sunt eum

[24]Altera autem die introiuit caesaream·

XXVIIII· Cornelius uero expectabat illos conuocatis
cognatis suis et necessariis amicis· [25]Et factum est cum in-
troisset petrus

Obuius ei cornelius et pro|cidens ad pedes adorauit **775**

[26]Petrus uero leuauit eum dicens· Surge et ego ipse homo
sum· [27]Et loquens cum illo intrauit et inuenit multos qui con-
uenerant [28]dixitque ad illos

Uos scitis quomodo abominatum sit uiro iudaeo coniungi
aut accedere ad alienigenam· Et mihi ostendit deus neminem
communem aut inmundum dicere hominem

[29]Propter quod sine dubitatione ueni accersitus

Interrogo ergo quam ob causam accersisti me

XXX· [30]Et cornelius ait· A nudius quarta die usque
ad hanc horam· orans eram hora nona in domo mea·

Et ecce uir stetit ante me in ueste candida et ait

[31]Corneli exaudita est oratio tua· Et aelemosynae tuae

c. X, 15–31.

5. *adstiterunt*
7. *ho*-**s***pitium*
10. *De*-**s***cendens*
14. 15. Supra *responsum* et *angelo* inutilis aliqui ductus calami cernuntur.
22. *co*-**g***natis*
29. *accidere* mut. in *accedere*

Line 33: Ranke found *nudus*, and left it so, without comment. It makes no sense. Vulgate has *nudius*, which was clearly intended from the context. I have so corrected.

commemoratae sunt in conspectu dei· [32]Mitte ergo in ioppen et accersi simonem qui cognominatur petrus· Hic hospitatur in domo simonis coriari iuxta mare„

[33]Confestim igitur misi ad te

Et tu bene fecisti ueniendo

776 |Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia quaecumque tibi praecepta sunt a domino· [34]Aperiens autem petrus os dixit· In ueritate comperi quoniam non est personarum acceptor deus· [35]Sed in omni gente qui timet eum et operatur iustitiam acceptus est illi· [36]Uerbum misit filiis israhel adnuntians pacem per ihesum christum· Hic est omnium dominus· [37]Uos scitis quod factum est uerbum per uniuersam iudaeam

Incipiens enim a galilaea post baptismum quod praedicauit iohannes [38]ihesum a nazareth· Quomodo unxit eum deus spiritu sancto et uirtute· Qui pertransiuit benefaciendo et sanando omnes oppressos a diabolo· Quoniam deus erat cum illo· [39]Et nos testes sumus omnium quae fecit in regione iudaeorum et hierusalem

Quem occiderunt suspendentes in ligno· [40]Hunc deus suscitauit tertia die

777 Et dedit eum manifestum |fieri [41]in omni populo·

Sed testibus praeordinatis a deo nobis qui manducauimus et bibimus cum illo· Postquam resurrexit a mortuis· [42]Et praecepit nobis praedicare populo et testificari

Quia ipse est qui constitutus est a deo iudex uiuorum et mortuorum· [43]Huic onmes prophetae testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum

[44]Adhuc loquente petro uerba haec· Cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum· [45]Et obstipuerunt ex circumcisione fideles qui uenerant cum petro· Quia et in nationes gratia spiritus sancti diffusa est· [46]Audiebant enim illos loquentes linguis et magnificantes deum· [47]Tunc respondit petrus· Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos· [48]Et iussit eos

c. X, 31–48.

2. *ho*-**s***pitatur*
8. *conperi* mut. in *comperi*
9. *o*-**m***ni*
26. *ui*[u]*rorum*
36. *acciperunt* mut in *acceperunt*

in nomine ihesu christi baptizari· Tunc |rogauerunt eum ut 778
maneret aliquot diebus·

XXXI· [11,] [1]Audierunt autem apostoli et fratres qui erant in iudaea· quoniam et gentes receperunt uerbum dei

[2]Cum ascendisset autem petrus in hierosolymam

Disceptabant aduersus illum qui erant ex circumcisione [3]dicentes· Quare introisti ad uiros praeputium habentes et manducasti cum illis· [4]incipiens autem petrus exponebat illis ordinem dicens· [5]Ego eram in ciuitate ioppe orans· Et uidi in excessu mentis uisionem ut linteum magnum quattuor initiis submitti de caelo et uenit usque ad me· [6]In quod intuens considerabam·

Et uidi quadrupedia terrae et bestias et reptilia et uolatilla caeli· [7]Audiui autem et uocem dicentem mihi· Surge Petre occide et manduca· [8]Dixi autem nequaquam domine

Quia commune aut inmundum numquam introiuit os meum· [9]Respondit autem uox secundo de caelo

|Quae deus mundauit tu ne commune dixeris· [10]Hoc autem 779
factum est per ter· et recepta sunt rursum omnia in caelum·

[11]Et ecce confestim tres uiri adstiterunt in domo in qua eram missi a caesarea ad me· [12]Dixit autem spiritus mihi ut irem cum illis nihil haesitans· Uenerunt autem mecum sex fratres isti· Et·ingressi sumus in domum uiri·

[13]Narrauit autem nobis quomodo uidisset angelum in domu sua stantem et dicentem sibi·

Mitte in ioppen et accersi simonem qui cognominatur petrus· [14]Qui loquetur tibi uerba in quibus saluus eris tu et uniuersa domus tua· [15]Cum autem coepissem loqui· Decidit spiritus sanctus super eos sicut et in nos in initio

[16]Recordatus autem uerbi domini sicut dicebat· Iohannes quidem baptizauit aqua uos autem baptizamini spiritu sancto

[17]Si ergo eandem gratiam dedit illi deus sicut et nobis
qui credidimus |in dominum ihesum christum· Ego quis eram 780
qui possem prohibere deum· [18]His auditis tacuerant et glorificauerunt deum dicentes·

Ergo gentibus deus paenitentiam ad uitam dedit

c. X, 48 – X1, 18.

2. *aliquod* (t supra d)
7. Litera *d* inter *introisti* et *ad* erasa.
10. *ma*-**g***num*
15. Syllaba *oc* supra rasas aliquas literas scripta. Fortasse locum tenuit *et*, cf. quae notata sunt ad 357, 35.
24. *domuṁ suaṁ*
31. Fort. *aquam* scriptum erat. Punctum Victorinum, quo litera finalis deleri iussa est, oculis etiam subest.

[19]Et illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione quae facta fuerat sub stephano· Perambulauerunt usque phoenicem et cypram et antiochiam

Nemini loquentes uerbum nisi solis iudaeis

[20]Erant autem quidam ex eis uiris cyprii et cyrinei· Qui cum introissent antiochiam loquebantur ad graecos adnuntiantes dominum ihesum· [21]Et erat manus domini cum eis

Multusque numerus credentium conuersus est ad dominum· [22]Peruenit autem sermo ad aures ecclesiae quae erat hierosolymis super istis·

Et miserunt barnaban usque antiochiam·

[23]Qui cum peruenisset· Et uidisset gratiam dei gauisus est· Et hortabatur omnes proposito cordis permanere in domino

781 |[24]Qui erat uir bonus et plenus spiritu sancto et fide· Et adposita est turba multa domino· [25]Profectus est autem tharsum ut quaereret saulum· Quem cum inuenisset perduxit antiochiam· Et annum totam conuersati sunt in ecclesia· Et docuerunt turbam multam

Ita ut cognominarentur primum antiochiae discipuli christiani

XXXII· [27]In his autem diebus superuenerunt ab hierosolymis prophetae antiochiam· [28]Et surgens unus ex eis nomine agabus· Significabat per spiritum famen magnam futuram in uniuerso orbe terrarum· Quae facta est sub claudio

[29]Discipuli autem prout quis habebat proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in iudaea fratribus,, [30]Quod et fecerunt· Mittentes ad seniores per manus barnabae et sauli

XXXIII· [12, 1]Eodem autem tempore misit herodes rex
782 manus ut adfligeret |quosdam de ecclesia·

[2]Occidit autem iacobum fratrem iohannis gladio

[3]Uidens autem quia placeret iudaeis· Adposuit adprehendere et petrum

Erant autem dies azymorum

[4]Quem cum adprehendisset misit in carcerem·

Tradensque quattuor quaternionibus militum custodire eum,, Uolens post pascha producere eum populo· [5]Et petrus quidem seruabatur in carcere· Oratio autem fiebat sine inter-

c. XI, 19 – XII, 5.

13. *o*-**m***nes*
14. Inc. *Quia*
15. In *tharsum* litera *h* cultro tentata sed visibilis cf. quae notata sunt ad 356, 16.
19. *cognominare*[n]*tur*
29. *Occídit* | *placéret*
30. 33. *adpraeh.* obelo mut in *adpreh.*
32. *azimorum* mut. in *azym.*, quae quidem tres ultimae correctiones Victorinae esse videntur, quamvis atramenti color paulo diversus sit ab eo, quo Victor uti solet.

missione ab ecclesia ad deum pro eo„ [6]Cum autem producturus eum esset herodes ipsa nocte· Erat petrus dormiens inter duos milites uinctus catenis duabus· Et custodes ante ostium custodiebant carcerem· [7]Et ecce angelus domini astitit

Et lumen refulsit in habitaculo· Percussoque latere petri excitauit eum dicens· Surge uelociter· Et ceciderunt catenae de manibus eius·

[8]Dixit autem angelus ad eum

Praecingere et calcia te |gallicas tuas et fecit sic· **783**

Et dixit illi circumda tibi uestimentum tuum et sequere me· [9]Et exiens sequebatur· et nesciebat quia uerum est quod fiebat per angelum· aestimabat autem se uisum uidere„ [10]Transeuntes autem primam et secundam custodiam· Uenerunt ad portam ferream quae ducit ad ciuitatem·

Quae ultro aperta est eis·

Et exeuntes processerunt uicum unum· Et continuo discessit angelus ab eo· [11]Et petrus ad se reuersus dixit„ Nunc scio uere quia misit dominus angelum suum· Et eripuit me de manu herodis·

Et de omni expectatione plebis iudaeorum· [12]Considerans-que uenit ad domum mariae matris iohannis qui cognominatus est marcus· Ubi erant multi congregati et orantes· [13]Pulsante autem eo ostium ianuae

Processit puella ad uidendum nomine rhode·

[14]Et ut cognouit uocem petri prae gaudio non |aperuit **784**
ianuam· Sed intro currens nuntiauit stare petrum ante ianuam

[15]At illi dixerunt ad eam insanis· Illa autem adfirmabat sic se habere

Illi autem dicebant angelus eius est· [16]Petrus autem perseuerabat pulsans· Cum autem aperuissent uiderunt eum et obstipuerunt

[17]Adnuit autem eis manu ut tacerent· Enarrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere· Dixitque nuntiate iacobo et fratribus haec· Et egressus abiit alium locum·

XXXIIII· [18]Facta autem die· Erat non parua turbatio· inter milites quidnam de Petro factum esset· [19]Herodes autem

c. XII, 5–19.

2. *herodes*[a]*ipsa*. Istud a quid sibi velit, nisi forte Antipan indicat, nescitur.
4. *adstitit* puncto et obelo adhibito mut. in *ast*—.
9. *gallicas tuas*. vocabb. puncto separata, quod contra reliquorum analogiam positum est.
11. Ad marginem siglum Victoris ℞ pictum est ad indicandum sphalma, quo omissum est *eum*
11. 12. 20. 24. simplex punctum post *me* et *angelum* et *iudaeorum* et *rhode* sero duplicatum
15. *últro*, fortuitane lineola an orthophonica sit, nescitur.
23. *autem·eo*
24. *uidendum·nomine*
27. *Ad* mut. in *At*
32. *manum* radendo mut, in *manu*

Footnote 9: Ranke sees the lowered dot before *tuas*. It is clearly after *tuas*. I have so corrected.

cum requisisset eum et non inuenisset· Inquisitione facta de custodibus iussit eos duci· Descendensque a iudaea in caesaream ibi commoratus est· [20]Erat autem iratus tyriis et sidoniis· At illi unanimes uenerunt ad eum· Et persuaso blasto qui erat
785 super cubiculum regis· Postu|labant pacem eo quod alerentur regiones eorum ab illo· [21]Statuto die herodes uestitus ueste regali· Sedit pro tribunali et contionabatur ad eos· [22]Populus autem adclamabat dei uoces et non hominis· [23]Confestim autem percussit eum angelus domini· Eo quod non dedisset honorem deo

Et consumptus uermibus expirauit· [24]Uerbum domini crescebat et multiplicabatur· [25]Barnabas autem et saulus reuersi sunt ab hierosolymis expleto ministerio· Adsumpto iohanne qui cognominatus est marcus·

XXXV· [13, 1]Erant autem in ecclesia quae erat antiochiae prophetae et doctores·

In quibus barnabas et symeon qui uocabatur niger· Et lycius cyrenensis· Et manes qui erat herodis tetharcae conlactaneus et saulus

[2]Ministrantibus autem illis domino et ieiunantibus dixit spiritus sanctus· Separate mihi barnaban et saulum in opus quod adsumpsi eos

786 |[3]Tunc ieiunantes et orantes inponentesque eis manus dimiserunt illos· [4]Et ipsi quidem missi ab spiritu sancto abierunt seleuciam· Et inde nauigauerunt cyprum

[5]Et cum uenissent salamina praedicabant uerbum dei in synagogis iudaeorum

Habebant autem et iohannem in ministerio· [6]Et cum perambulassent uniuersam insulam usque paphum· Inuenerunt quendam uirum magum pseudoprophetam iudaeum

Cui nomen erat bariesu·

[7]Qui erat cum proconsule sergio paulo uiro prudente· Hic accitis barnaba et paulo desiderabat audire uerbum dei· [8]Resistebat autem illis elymas magus· Sic enim interpraetatur nomen eius

Quaerens auertere proconsulem a fide· [9]Saulus autem qui et paulus repletus spiritu sancto intuens in eum [10]dixit· O·

c. XII, 19 – XIII, 10.

5. · *Postulabant*. Punctum inutile. 23. *i*-**p***si*

plene omni dolo et omni fallacia· fili diaboli inimice omni iustitiae· Non desinis subuertere uias domini rectas

[11]Et nunc ecce manus domini |super te· Et eris caecus 787
non uidens solem usque ad tempus· Et confestim caecidit in eo caligo et tenebrae· Et circumiens quaerebat qui ei manum daret· [12]Tunc proconsul cum uidisset factum credidit admirans super doctrinam dei

XXXVI· [13]Et cum a papho nauigassent paulus et qui eo uenerunt pergen pamphiliae

Iohannes autem discedens ab eis reuersus est hierosolymam· [14]Illi uero pertranseuntes per gentes uenerunt antiochiam pisidae· Et ingressi synagogam die sabbatorum sederunt· [15]Post lectionem autem legis et prophetarum· Miserunt principes synagogae ad eos dicentes· Uiri fratres si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem dicite· [16]Surgens autem paulus et manu silentium indicens ait· Uiri israhelitae et qui timetis deum audite· [17]Deus plebis israhel elegit patres nostros et plebem exaltauit·

Cum essent incolae in terra |aegypti· Et in brachio excelso 788
eduxit eos ex ea

[18]Et per XL annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto· [19]Et destruens gentes VII in terra chanaan· Sorte distribuit eis terram eorum

[20]Quasi post CCCC et L annos

Et post haec dedit iudices usque ad samuhel prophetam· [21]Et exinde postulauerunt regem· Et dedit illis deus saul filium cis

Uirum de tribu beniamin annis XL [22]et amoto illo suscitauit illis dauid regem

Cui et testimoniam perhibens dixit· Inueni dauid filiam iesse uirum secundum cor meum· Qui faciat omnes uoluntates meas· [23]Huius deus ex semine secundum promissionem eduxit israhel saluatorem ihesum· [24]Praedicante iohanne ante faciem aduentus eius baptismum paenitentiae omni populo israhel· [25]Cum impleret autem iohannes cursum dicebat· Quem me arbitramini esse non sum· Sed ecce uenit post me cuius non
sum |dignus calciamenta pedum soluere· 789

c. XIII, 10–25.

7. *do*-**c***trinam*
9. Inc. [*qui*] *cum* | Post *pergen* litera nescio quae erasa.
17. *plebi*s non satis constat an correctio Victorina sit.
33. *bapti*-**s***mum* | *o*-**m***ni*

XXXVII· [26]Uiri fratres filii· generis abraham et qui in uobis timent deum· Uobis uerbum salutis huius missum est· [27]Qui enim habitabant hierusalem et principes eius,, Hunc ignorantes· Et uoces prophetaram quae per omne sabbatum leguntur iudicantes inpleuerunt

[28]Et nullam causam mortis inuenientes in eum·

Petierunt a pilato ut interficerent eum· [29]Cumque consummassent omnia quae de eo scribta erant

Deponentes eum de ligno posuerunt in monumento· [30]Deus uero suscitauit eum a mortuis· [31]Qui uisus est per dies multos his qui simul ascenderant cum eo de galilaea in hierusalem· Qui usque nunc sunt testes eius ad plebem

[32]Et nos uobis adnuntiamus ea quae ad patres nostros repromissio facta est

[33]Quoniam hanc deus adinpleuit filiis nostris resuscitans
790 ,ihesum· Sicut et in psalmo secundo |scribtum est· Filius meus ,es tu· ego hodie genui te

[34]Quod autem suscitauerit eum a mortuis amplius iam non reuersurum in corruptionem· Ita dixit

Quia dabo uobis sancta dauid fidelia· [35]Ideoque et alias ,dicit· Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem

[36]Dauid enim sua generatione cum administrasset uoluntatem dei dormiuit

Et adpositus est ad patres suos et uidit corruptionem

[37]Quem uero deus suscitauit non uidit corruptionem

[38]Notum igitur sit uobis uiri fratres· Quia per hunc uobis remissio peccatorum adnuntiatur [39]ab omnibus· Non potuistis in lege mosi iustificari

In hoc omnis qui credit iustificatur· [40]Uidete ergo ne superueniat uobis quod dictum est in prophetis· [41]Uidete contem- ,tores et admiramini et disperdimini· Quia opus operor ego in ,diebus uestris opus quod non creditis si quis enarrauerit uobis

791 [42]Exeuntibus autem illis rogabant ut sequenti |sabbato loqueretur sibi uerba haec· [43]Cumque dimissa esset synagoga

Secuti sunt multi iudaeorum et colentium aduenarum paulum et barnaban

c. XIII, 26–43.

4. *o*-**m***ne*
20. *sancta·dauid*
27. *o*-**m***nibus* | Siglum Victorinum ·/ margini adscriptum flagitat, ut quod ante *Non* deest vocabulum *quibus* inseratur.
29. *iu*-**s***tificatur*

Qui loquentes suadebant eis ut pemanerent in gratia dei· [44]Sequenti uero sabbato paene uniuersa ciuitas conuenit audire uerbum domini· [45]Uidentes autem turbas iudaei repleti sunt zelo· Et contradicebant his quae a paulo dicebantur blasphemantes· [46]Tunc constanter paulus et barnabas dixerunt· Uobis oportebat primum loqui uerbum dei· Sed quoniam repellitis illud· et indignos uos iudicastis aeternae uitae·

Ecce conuertimur ad gentes· [47]Sic enim praecepit nobis ,dominus· posui te in lumine gentibus ut sis in salutem usque ,ad extremum terrae· [48]Audientes autem gentes gauisae sunt· et glorificabant uerbum domini·

Et crediderunt quotquot erant praeordinati· |ad uitam 792
aeternam· [49]Disseminabatur autem uerbum domini per uninersam regionem· [50]Iudaei autem concitauerunt religiosas mulieres et honestas et primos ciuitatis

Et exitauerunt persecutionem in paulum et barnaban· Et eiecerunt eos de finibus suis· [51]At illi excusso puluere pedum in eos uenerunt iconium· [52]Discipuli quoque replebantur gaudio et spiritu sancto,,

XXXVIII· [14,] [1]Factum est autem iconii ut simul introirent synagogam iudaeorum et loquerentur· ita ut crederet iudaeorum et graecorum copiosa multitudo

[2]Qui uero increduli fuerunt iudaei· Suscitauerunt et ad iracundiam concitauerunt animas gentilium aduersus fratres

[3]Multo igitur tempore demorati sunt fiducialiter agentes in domino· Testimonium perhibente uerbo gratiae suae

Dante signa et prodigia |fieri per manus eorum 793

[4]Diuisa est autem multitudo ciuitatis· Et quidam quidem erant cum iudaeis

Quidam uero cum apostolis· [5]Cum autem factus esset inpetus gentilium et iudaeorum cum principibus suis· Ut contumeliis adficerent et lapidarent eos· [6]Intellegentes confugerunt ad ciuitates lycaoniae lystram et derben· Et uniuersam in circuitu regionem· Et ibi euangelizauerunt·

XXXVIIII· [7]Et quidam uir in lystris infirmus pedibus sedebat claudus ex utero matris suae· Qui numquam ambulauerat·

c. XIII, 43 – XIV, 7.

5. *bla*-**s***phemantes*
5. *con*-**s***tanter*
7. *iudica*-**s***tis*
12. *quodquod* in *quotquot* mut.
15. *hone*-**s***tas*
21. Post *loquerentur* duo versus per errorem scripti: *Ita ut crederent iudaeorum et loquerentur* obelis deleti cernuntur. Errore animadverso scriba rectum textus tenorem persecutus est.
32. Vocabulum *lapidarent* nonnullis lineis punctisque deformatum, quae potius maculas nominaveris.

[8]Hic audiuit paulum loquentem· Qui intuitas eum· et uidens quia haberet fidem ut saluus fieret

[9]Dixit magna uoce· Surge super pedes tuos rectus· Et exiliuit et ambulabat· [10]turbae autem cum uidissent quod fecerat paulus· Leuauerunt uocem suam lyconiae dicentes· Dei
794 similes facti hominum descenderunt |ad nos· [11]Et uocabant
barnaban iouem· Paulum uero mercurium·

Quoniam ipse erat dux uerbi· [12]Sacerdos quoque iouis qui erat ante ciuitatem· tauros et coronas ante ferens ad ianuas cum populis uolebat sacrificare· [13]Quod ubi audierunt apostoli barnabas et paulus· Conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes [14]et dicentes· Uiri quid haec facitis· Et nos mortales sumus similes uobis homines· Annuntiantes uobis ab his uanis conuerti ad deum uiuum·

Qui fecit caelum et terram et mare et omnia quae in eis sunt· [15]Qui in praeteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi in uias suas· [16]Et quidem non sine testimonio semet ipsum reliquit benefaciens· De caelo dans pluuias et tempora fructifera· Inplens cibo et laetitia corda uestra· [17]Et haec dicentes uix sedauerunt turbas ne sibi immolarent

795 |[18]Superuenerunt autem quidam ab antiochia et iconio
iudaei· Et persuasis turbis lapidantesque paulum traxerunt extra ciuitatem aestimantes eum mortuum esse· [19]Circumdantibus autem eum discipulis surgens intranit ciuitatem

Et postera die profectus est cum barnaba in derben

[20]Cumque euangelizassent ciuitati illi et docuissent multos· Reuersi sunt lystram et iconium et antiochiam· [21]Confirmantes animas discipulorum· Exhortantes ut permanerent in fide

Et quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei

[22]Et cum constituissent illis per singulas ecclesias praesbyteros

Et orassent cum ieiunationibus· Commendauerunt eos domino in quem crediderunt· [23]Transeuntesque pisidiam uenerunt pamphiliam·

[24]Et loquentes in pergen uerbum domini descenderunt in attaliam·

c. XIV, 8–24.

3. *re-***c***tus*
5. V[s] *lycaonice*, cuius correctionis causam dedisse uidetur Victor, puncto posito super *lyconiȧe*
13. *a*[n]*dnuntiantes*
20. *si*[bi]*immolarent*
21. *antiochiaṁ* puncto et obelo mut. in —*a*.
24. *discipuli*[s] *surgens*
35. Siglum ℞ margini adscriptum referendum uidetur ad errorem in *pergen* latentem.

|[25]Et inde nauigauerunt in antiochiam· Unde erant traditi 796
gratiae dei in opus quod conpleuerunt·

[26]Cum autem uenissent et congregassent ecclesiam

Rettulerunt quanta fecisset deus cum illis· Quia· aperuisset gentibus ostium fidei·

XL· [27]Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis· [15, 1]Et quidam· descendentes de iudaea docebant fratres· Quia nisi circumcidamini secundum morem mosi non potestis saluari

[2]Facta ergo seditione non minima paulo et barnabae aduersum illos statuerunt ut ascenderent paulus et barnabas·

Et quidam alii ex illis ad apostolos et praesbyteros in hierusalem super hac quaestione· [3]Illi igitur deducti ab ecclesia pertransiebant phoenicem et samariam·

Narrantes conuersationem gentium· Et faciebant gaudium magnum omnibus fratribus·

[4]Cum autem uenissent |hierosolymam suscepti sunt ab 797
ecclesia· Et ab apostolis et a senioribus· Adnuntiantes quanta deus fecisset cum illis· [5]Surrexerunt autem quidam de heresi pharisaeorum qui crediderant dicentes· Quia oportet circumcidi eos praecipere quoque seruare legem mosi· [6]Conueneruntque apostoli et seniores uidere de uerbo hoc· [7]Cum autem magna conquisitio fieret· Surgens petrus dixit ad eos· Uiri fratres uos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meum audire gentes uerbum euangelii et credere

[8]Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit dans illis spiritum sanctum sicut et nobis· [9]Et nihil discreuit inter nos et illos·

Fide purificans corda eorum· [10]Nunc ergo quid temptatis deum inponere iugam super ceruicem discipulorum

Quod neque patres nostri neque nos portare potuimus

|[11]Sed per gratiam domini ihesu credidimus saluari quem- 798
ammodum et illi· [12]Tacuit autem omnis multitudo

Et audiebant barnaban et paulum narrantes quanta fecisset deus signa et prodigia in gentibus per eos· [13]Et postquam tacuerunt respondit iacobus dicens· Uiri fratres audite me·

8. *more* addita lineola mut. in *morem*
15. Inc. *conuersionem* pro *—sationem*, syllaba *at* nonnisi obelis iungulata.
17. *susce*-**p***ti*
27. *di*-**s***creuit*

Note: Ranke fails to notice the edit on line 27

[14]Simeon enarrauit quemammodum primum deus uisitauit sumere ex gentibus populum nomini suo· [15]Et huic concordant ,uerba prophetarum· [16]Post haec reuertar et aedificabo tabernaculum dauid quod cecidit· Et disruta eius reaedificabo , Et erigam illud [17]ut requirant ceteri hominum dominum· ,Et omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum dicit ,dominus faciens haec

[18]Notum a saeculo est domino opus suum· [19]Propter quod ego dico non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad deum

799 [20]Sed scribere ad eos ut abstineant se a conta|minationibus simulacrorum· Et fornicatione et suffocatis et sanguine· [21]Moses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum praedicent in synagogis· Ubi per omne sabbatum legitur [22]Tunc placuit apostolis et senioribus cum omni ecclesia· Eligere uiros ex eis et mittere antiochiam cum paulo et barnaba· iudam qui cognominatur barnabas et silam uiros primos in fratribus· [23]Scribentes per manus eorum

XLI· Apostoli et seniores fratres· His qui sunt antiochiae et syriae et ciliciae fratribus ex gentibus salutem· [24]Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt uos uerbis euertentes animas uestras

Quibus non mandauimus

[25]Placuit nobis collectis in unum eligere uiros et mittere ad uos· Cum carissimis nostris barnaban et paulo· [26]hominibus
800 qui tradiderunt |animas suas pro nomine domini nostri ihesu christi

[27]Misimus ergo iudam et silam· Qui et ipsi uobis uerbis referent eadem

[28]Uisum est enim spiritui sancto et nobis· Nihil ultra inponere uobis oneris quam haec necessario

[29]Ut abstineatis uos ab immolatis simulacrorum

Et sanguine suffocato et fornicatione· A quibus custodientes uos bene agitis ualete

XLII· [30]Illi igitur dimissi descenderunt antiochiam

Et congregata multitudine tradiderunt epistulam [31]Quam

c. XV, 14–31.

24

14. Vocabuli *omnem* litera ultima erasa.
15. *o*-**m***ni*
34. *uob̄is*
35. *de*-**s***cenderunt*

cum legissent gauisi sunt super consolationem· [32]Iudas autem
et silas· Et ipsi cum essent prophetae
Uerbo plurimo consolati sunt fratres· Et confirmauerunt·
[33]Facto autem ibi tempore dimissi sunt cum pace a fratribus
ad eos qui miserant illos· [35]Paulus autem et barnabas· demo-
rabantur antiochiae· Docentes et euangelizantes |cum allis pluribus **801**
uerbum domini· [36]Post aliquot autem dies dixit ad barnaban
paulus· Reuertentes uisitemus fratres per uniuersas ciuitates
In quibus praedicauimus uerbum domini quomodo se ha-
beant· [37]Barnabas autem uolebat secum adsumere et iohannem
qui cognominatur marcus· [38]Paulus autem rogabat eum ut qui
discessisset ab eis a pamphilia et non isset cum eis in opus·
Non debere recipi· [39]Facta est autem dissensio ita ut disce-
derent ab inuicem·
Et barnabas quidem sumto marco nauigaret cyprum·
[40]Paulus uero electo sila profectus est· Traditus gratiae domini
a fratribus· [41]perambulabat autem syriam et ciliciam con-
firmans ecclesias· praecipiens custodire praecepta apostolorum
et seniorum· [16, 1]Peruenit autem in derben· et lystram
XLIII· Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine
|timotheus· filius mulieris uiduae fidelis patre gentili· [2]huic **802**
testimonium bonum reddebant qui in lystris erant et iconio
fratres· [3]hunc uoluit paulus secum proficisci· Adsumens circum-
cidit eum propter iudaeos qui erant in illis locis· Sciebant
enim omnes quod pater eius gentilis esset· [4]Cum autem per-
transiret ciuitates· Tradebant eis custodire dogmata quae erant
decreta ab apostolis et senioribus qui essent hierosolymis· [5]Et
ecclesiae quidem confirmabantur fide et abundabant numero
cottidie
[6]Transeuntes autem phrygiam et galatiae regionem
Uetati sunt a sancto spiritu· loqui uerbum in asia· [7]Cum
uenissent autem moesiam temtabant ire bithyniam et non
permisit eos spiritus ihesu
XLIIII· [8]Cum autem pertransissent mysiam descen-
derunt troadem· [9]Et uisio per noctem paulo ostensa est· Uir
ma|chedo quidam erat stans et depraecans eum dicens **803**

c. XV, 31 – XVI, 9.

7. *aliquod* mut. in —*t*
12. *discessissent*
15. *nauigaret·* Sed puncta inutilia.
18. *ecclesias·* [k]*praecipiens.* Cf annot. ad 179, 11. Vide: *commune·* [k]*de periculo.* Illud **k** flagitat, ut inde a vocabulis *de pericolo* novi ***πεψαλου*** initium fiat.
20. Post *discipulus* erasum *erat*
32. *bythiniam* mut. in *bithyniam*

Transiens in machedoniam adiuua nos· [10]Ut autem uisum uidit statim quaesiuimus proficisci in machedoniam· Certi facti quod uocasset nos deus euangelizare eis· [11]Nauigantes autem a troade recto cursu uenimus samotrachiam· Et sequenti die neapolim· [12]Et inde philippis quae est prima partis machedoniae ciuitas colonia· Eramus autem in hac urbe diebus allquot consistentes

[13]Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen ubi uidebatur oratio esse

Et sedentes loquebamur mulieribus quae conuenerant·

XLV· [14]Et quaedam mulier nomine lydia purpuraria ciuitatis thyatirenorum colens deum· Audiuit cuius dominus aperuit cor intendere his quae dicebantur a paulo· [15]Cum autem baptizata esset et domus eius· Depraecata est dicens·
804 Si iudicastis me |fidelem domino esse· Introite in domum meam et manete· Et coegit nos

XLVI· [16]Factum est autem euntibus nobis ad orationem· Puellam quandam habentem spiritum pytonem obuiare nobis· Quae quaestum magnum praestabat dominis suis diuinando

[17]Haec subsecuta paulum et nos clamabat dicens

Isti homines serui dei excelsi sunt· Qui adnuntiant uobis uiam salutis

[18]Hoc autem faciebat multis diebus· Dolens autem paulus et conuersus spiritui dixit· Praecipio tibi in nomine ihesu christi exire ab ea· Et exiit eadem hora· [19]Uidentes autem domini eius quia exiit spes quaestus eorum·

Adpraehendentes paulum et silam perduxerunt in forum ad principes

[20]Et offerentes eos magistratibus dixerunt· Hi homines conturbant ciuitatem nostram cum sint iudaei· [21]Et annuntiant morem quem non licet nobis suscipere neque facere cum simus romani

805 |[22]Et concurrit plebs aduersus eos· Et magistratus scissis tunicis eorum iusserunt uirgis caedi·

[23]Et cum multas plagas eis inposuissent miserunt eos in carcerem· Praecipientes custodibus ut diligenter custodirent

2. *fa*-**c***ti*
6. Siglum ℞ vel ·/ margini negligenter appictum referas ad vocabulum *partis*
6. *aliquod* mut. in —*t*.
15. *iudicasti*[s] correctio ut videtur ipsius scribae.
18. *quendam* mut. in *quandam*
29. *magi*-**s***tratibus*
30. *adnuntiant* (n supra d)

eos· [24]Qui cum tale praeceptum accepissent· misit eos in interiorem carcerem· Et pedes eorum strinxit ligno· [25]Media autem nocte paulus et silas adorantes laudabant deum· Et audiebant eos qui in custodia erant·

[26]Subito uero terrae motus factus est magnus· Ita ut mouerentur fundamenta carceris· Et aperta sunt statim ostia omnia

Et uniuersorum uincula soluta sunt· [27]Expergefactus autem factus custos carceris· et uidens apertas ianuas carceris· Euaginato gladio uolebat se interficere· Aestimans fugisse uinctos

[28]Clamauit autem paulus magna uoce dicens·

Nihil feceris tibi mali

Uniuersi enim hic sumus

|[29]Petitoque lumine introgressus est· Et tremefactus pro- 806
cidit paulo et silae ad pedes· [30]Et producens eos foras ait· Domini quid me oportet facere ut saluus fiam· [31]At illi dixerunt· Crede in dominum ihesum· et saluus eris tu et domus tua· [32]Et locuti sunt ei uerbum erant · · · · · in domo eius· [33]Et tollens eos in illa hora noctis lauit plagas eorum· Et baptizatus est ipse et omnes eius continuo· [34]Cumque perduxisset eos in domum suam· Adposuit eis mensam et laetatus est cum omni domo sua credens deo

[35]Et cum dies factus esset

Miserunt magistratus lectores dicentes dimittite homines illos· [36]Nuntiauit autem custos carceris uerba haec paulo

Quia miserunt magistratus ut dimittamini· Nunc igitur exeuntes ite in pace·

[37]Paulus autem dixit eis·

Caesos nos publice indemnatos homines romanos miserunt in carcerem

Et nunc occulte nos eiciunt· Non ita sed ueniant |Et ipsi 807
nos eiciant·

[38]Nuntiauerunt autem magistratibus lictores uerba haec· Timueruntque audito quod romani essent· [39]Et uenientes depraecati sunt eos·

Et deducentes rogabant ut egrederentur de urbe

c. XVI, 23–39.

1. *talem* obelo et puncto mut. in *tale*
14. *tremefa*-**c***tus*
18. Siglum Victorinum ·/ margini adscriptum defectum indicat in textu latentem verborum *cum onmibus qui*. Fortasse huc referendum est istud par punctorum: *uerbüm*· Ubi quinque puncta posuimus, aliquot literae erasae sunt, quae discerni nequeunt.
19. *ba*-**p***tizatus*
21. *mensā* | *o*-**m***ni*
24. Inc. *lictores*
29. *inde*-**m***natos*

Line 16: Ranke missed the punct after '*dixerunt*'.
Line 34: Manuscript shows '*et*' to be capitalised.

[40]Exeuntes autem de carcere introierunt ad lydiam
Et uisis fratribus consolati sunt eos et profecti sunt·
[17, 1]Cum autem perambulassent amphipolim et apolloniam
Uenerunt thessallonicam ubi erat synagoga iudaeorum·
[2]Secundum consuetudinem autem paulus introiuit ad eos
Et per sabbata tria disserebat eis de scribturis
[3]Adaperiens et insinuans
Quia christum oportuit pati et resurgere a mortuis
Et quia hic est christus ihesus quem ego adnuntio uobis·
[4]Et quidam ex eis crediderunt· Et adiuncti sunt paulo et silae· Et de colentibus gentilibusque multitudo magna· Et mulieres nobiles non paucae,,

808 |**XLVII·** [5]Zelantes autem iudaei adsumentesque de uulgo uiros quosdam malos
Et turba facta concitauerunt ciuitatem· Et adsistentes domui iasonis querebant eos producere in populum· [6]Et cum non inuenissent eos·
Trahebant iasonem et quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes· Quoniam hi qui orbem concitant et huc uenerunt [7]quos suscepit iason· Et hi omnes contra decreta caesaris faciunt regem alium dicentes se ihesum
[8]Concitauerunt autem plebem· Et principes ciuitatis audientes haec· [9]Et accepto satis ab iasone et a ceteris dimiserunt eos· [10]Fratres uero confestim per noctem dimiserunt paulum et silam in beroeam· Qui cum aduenissent in synagogam iudaeorum introierunt
[11]Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt thessallonicae·
Qui susceperunt uerbum cum omni auiditate cottidie scrutantes
809 scribturas si haec |ita se haberent· [12]Et multi quidem crediderunt ex eis et gentilium mulierum honestarum et uiri non pauci· [13]Cum autem cognouissent in thessallonica iudaei· Quia et beroeae praedicatum est a paulo uerbum dei uenerunt et illuc· Commouentes et turbantes multitudinem· [14]Statimque tunc paulum dimiserunt fratres ut iret usque ad mare· Silas autem et timotheus remanserunt ibi· [15]Qui autem deducebant paulum perduxerunt usque athenas

c. XVI, 40 – XVII, 15.

2. *profe*-**c***ti*

11. Siglum Vict. ·/ flagitare videtur *deum*. Cf. Act. 18, 7.

Et accepto mandato ab eo ad silam et timotheum

Ut quam celeriter uenirent ad illum profecti sunt· [16]Paulus autem cum athenis eos expectaret· Incitabatur spiritus eius in ipso uidens idolatriae deditain ciuitatem

[17]Disputabat igitur in synagoga cum iudaeis et colentibus et in foro per omnes dies ad eos qui audierant

[18]Quidam autem epicurei et stoici philosophi disserebant cum eo·

|Et quidam dicebant· Quid uult seminator uerborum hic **810**
dicere· Alii uero nouorum daemoniorum uidetur adnuntiator esse· Quia ihesum et resurrectionem adnuntiabat eis· [19]et adpraehensum eum ad ariopagum duxerunt dicentes· Possumus scire quae est haec noua quae a te dicitur doctrina· [20]Noua enim quaedam infers auribus nostris

Uolamus ergo scire quidnam uelint haec esse·

[21]Athenienses autem omnes et aduenae hospites ad nihil aliud uacabant· Nisi aut dicere aut audire aliquid noui·

XLVIII· [22]Stans autem paulus in medio ariopagi ait· Uiri athenienses· Per omnia quasi superstitiosos uos uideo· [23]Praeteriens enim et uidens simulacra uestra inueni et aram in qua scribtum erat ignoto deo· Quod ergo ignorantes colitis hoc ego adnuntio uobis· [24]Deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt· Hic caeli et terrae cum sit dominus,,

|Non in manufactis templi inhabitat· [25]Nec manibus hu- **811**
manis colitur

Indigens in aliquo cum ipse det omnibus uitam et inspirationem et omnia

[26]Fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super uniuersam faciem terrae· Definiens statuta tempora· Et terminos habitationes eorum· [27]Quaerere deum si forte adtractent eum aut inueniant· Quamuis non longe sit ab unoquoque nostrum· [28]In ipso enim uiuimus et mouemur et sumus· Sicut et quidam
sŭmptum ab arato uestram poetarum dixerunt· Ipšius enim et genus sumus· [29]Genus ergo cum sumus dei· Non debemus aestimare auro aut argento aut lapidibus sculpturae· Artis et cogitationis

3. *expe*-**c***taret*
13. *do*-**c***trina*
17. *uocabant* obelo adhibito et superscripta lit. *a* mut. in *uacabant*
19. *o*-**m***nia*
21. *i*-**g***noto* | *i*-**g***norantes*
33. Victoris nota marginalis.

hominis diuinum esse simile· [30]Et tempora quidem huius ignorantiae despiciens deus

Nunc adnuntiat hominibus ut omnes ubique paenitentiam agant· [31]Eo quod statuit diem in qua iudicaturus orbem in aequitate

812 |In uiro in quo statuit fidem praebens omnibus· Suscitans eum a mortuis

[32]Cum audissent autem resurrectionem mortuorum· Quidam quidem inridebant· Quidam uero dixerunt· Audiemus te de hoc iterum

[33]Sic paulus exiuit de medio eorum„

XLVIIII· [34]Quidam uero uiri adhaerentes ei crediderunt

In quibus et dionysius ariopagita· Et mulier nomine damaris et alii cum eis· [18, 1]Post haec egressus ab athenis uenit corinthum

[2]Et inueniens quendam iudaeum nomine aquilam ponticum genere· Qui nuper uenerat ab italia

Et priscillam uxorem eius· Eo quod praecepisset claudius discedere omnes iudaeos roma

Et accessit ad eos· [3]Et quia eiusdem erat artis manebat apud eos et operabatur· scenofactoriae artis

[5]Cum uenissent autem de machedonia silas et timotheus· Instabat uerbo paulus testificans iudaeis esse ihesum christum

813 |[6]Contradicentibus autem et blasphemantibus

Excutiens uestimenta dixit ad eos· Sanguis uester super caput uestrum· Mundus ego

Et hoc ad gentes uadam

[7]Et migrans inde intrauit in domum· cuiusdam nomine titi iusti colentis deum· Cuius domus erat coniuncta synagogae

[8]Crispus autem archisynagogus credidit domino cum omni domo sua·

Et multi corinthiorum audientes credebant et baptizabantur· [9]Dixit autem dominus nocte per uisionem paulo· Noli timere sed loquere et ne taceas· [10]Propter quod ego sum tecum

Et nemo adponetur tibi ut noceat te· Quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate· [11]Sedit autem annum et sex menses docens apud eos uerbum dei

c. XVII, 29 – XVIII, 11.

1. Cernitur ad marg. ⁒ qua figura nescio an non ea, quae textui inest sententia universalis celebretur. Quod si ita est, poterat imprimi. Cf. not. ad 97, 18.

L· [12]Gallione autem proconsule achaiae· Insurrexerunt uno animo iudaei in paulum· Et adduxerunt eum ad tribunal |[13]dicentes· Quia contra legem hic suadet hominibus colere 814 deum· [14]Incipiente autem paulo aperire os· dixit gallio ad iudaeos

Si quidem esset iniquum aliquid aut facinus pessimum o· uiri iudaei· Recte uos sustinerem· [15]Si uero quaestiones sunt de uerbo et nominibus et legis uestrae uos ipsi uideritis

Iudex ego horum nolo esse

[16]Et minauit eos a tribunali· [17]adpraehendentes autem omnes sostenen principem synagogae percutiebant ante tribunal· Et nihil eorum gallioni curae erat· [18]Paulus uero cum adhuc sustinuisset dies multos· Fratribus uale faciens nauigauit syriam· Et cum eo priscilla et aquila qui sibi totonderat in cencris caput

Habebat enim uotum·

[19]Deuenitque ephesum et illos ibi reliquit· Ipse uero ingressus synagogam disputabat cum iudaeis

[20]Rogantibus autem eis ut ampliore tempore maneret non consensit

[21]Sed uale faciens et dicens |iterum reuertar ad uos deo 815 uolente· Profectus est ab epheso· [22]Et descendens caesaream ascendit et salutauit ecclesiam· Et descendit antiochiam· [23]Et facto ibi aliquanto tempore profectus est· Perambulans ex ordine galaticam regionem et phrygiam confirmans omnes discipulos,,

LI· [24]Iudaeus autem quidam apollo nomine· alexandrinus natione·

Uir eloquens deuenit ephesum· Potens in scribturis· [25]Hic erat edoctus uiam domini· Et feruens spiritu loquebatur et docebat diligenter ea quae sunt in ihesu

Sciens tantum baptisma iohannis· [26]Hic ergo coepit fiducialiter agere in synagoga· Quem cum audissent priscilla et aquila adsumserunt eum· Et diligentius exposuerunt ei uiam dei

[27]Cum autem uellet ire achaiam· Exhortati fratres scribserunt discipulis ut susciperent eum

|Qui cum uenissent contulit multum his qui crediderunt· 816

c. XVIII, 12–27.

4. *aperire·os*
6. *iniqu*ᵘ*m* ipse scriba correxisse videtur.
8. *ue*-**s***trae*
14. *totonderaṅt*
15. *ṅ* in *habebant* erasum
16. *illo sibi* V correxit in *illos ibi*
24. *ordineṁ* | *ph*ʳ*ygiam*

Uehementer enim iudaeos reuincebat publicie· Ostendens per scribturas esse christum ihesum· [19, 1]Factum est autem cum apollo esset corinthi· Et paulus peragratis superioribus partibus ueniret ephesum· Et inueniret quosdam discipulos [2]dixitque ad eos· Si spiritum sanctum accepistis credentes· At illi ad eum· Sed neque si spiritus sanctus est audiuimus· [3]Ille uero ait· In quo ergo baptizati estis

Qui dixerunt in iohannis baptismate· [4]Dixit autem paulus· Iohannes baptizauit baptismum paenitentiae populum· Dicens in eum qui uenturus esset· Post ipsum ut crederent

Hoc est in ihesum· [5]His auditis baptizati sunt in nomine domini ihesu· [6]Et cum inposuisset illis manus paulus· Uenit spiritus sanctus super eos· Et loquebantur linguis et prophe-
817 tabant· |[7]Erant autem omnes uiri fere XII· [8]Introgressus autem synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses· Disputans et suadens de regno dei· [9]Cum autem quidam indurarentur et non crederent maledicentes uiae coram multitudine,, Discedens ab eis segregauit discipulos cottidie disputans in scola tyranni

[10]Hoc autem factum est per biennium· Ita ut omnes qui habitabant in asia audirent uerbum domini· [11]Uirtutesque non quaslibet deus faciebat per manus pauli· [12]Ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore eius sudaria uel semicinctia· Et recedebant ab eis languores· Et spiritus nequam egrediebantur

LII· [13]Temtauerunt autem quidam et de circumeuntibus iudaeis exorcistis· Inuocare super eos qui habebant spiritus malos nomen domini ihesu· Dicentes adiuro uos per
818 ihesum quem paulus praedicat· |[14]Erant autem quidam scheuae iudaei principis sacerdotum VII fili· Qui hoc faciebant· [15]Respondit autem spiritus nequam dixit eis· Ihesum noui et paulum scio· uos autem qui estis· [16]Et insiliens homo in eos in quo erat daemonium pessimum et dominatus amborum inualuit contra eos· Ita ut nudi et uulnerati effugerent de domo illa·

[17]Hoc autem notum factum est omnibus iudaeis atque gentilibus qui habitabant ephesi· Et accidit timor super omnes illos

c. XVIII, 28 – XIX, 17.

3. *esse*[t]
5. *Ad* obelo adhibito et superscriptione literae *t* mut. in *At*
9. *bapti*-**s***mum*
18. *di*-**s***putans*
20. *o*-**m***nes*
31. Siglum ·| flagitat ut textis. emendetur fortasse inserendo *et*
35. *a*[t]*dque*

Et magnificabatar nomen domini ihesu· [18]Multique cre-
dentium ueniebant confitentes et adnuntiantes actus suos·
[19]Multi autem ex his qui fuerant curiosa sectati· Contulerunt
libros et combuserunt coram omnibus·

Et computatis praetiis illorum· Inuenerunt pecuniam de-
nariorum quinquaginta milium

[20]Ita fortiter uerbum dei crescebat et confirmabatur· [21]His
autem exple|tis posuit paulus in spiritu transita machedonia 819
et achaia ire hierosolymis· Dicens quoniam postquam fuero ibi
oportet me et romam uidere

[22]Mittens autem et machedoniam· Duos ex ministrantibus
sibi timotheum et erastum· Ipse remansit ad tempus in asia,,

LIII· [23]Factum est autem in illo tempore turbatio
non minima de uia domini· [24]Demetrius enim quidam nomine·
argentarius

Faciens aedes argenteas dianae· Praestabat artificibus non
modicum quaestum· [25]Quos conuocans et eos qui huiusmodi
erant opifices dixit· Uiri scitis quia de hoc artificio· adquisitio est
nobis· [26]Et uidetis et auditis quia non solum ephesi sed et paene
totius asiae· Paulus hic suadens auertit multam turbam dicens·

Quoniam non sunt dii qui manibus fiunt· [27]Non solum
autem haec periclitabitur nobis pars |in redargutionem uenire· 820
Sed et magnae deae dianae templum in nihilum reputabitur·
Sed et destrui incipiet maiestas eius quam tota asia et orbis
colit· [28]His auditis repleti sunt ira· Et exclamauerunt dicentes
magna diana ephesiorum

[29]Et inpleta est ciuitas confusione· Et impetum fecerunt
uno animo in theatrum· Rapto gaio et aristharco machedonibus
comitibus pauli· [30]Paulo autem uolente intrare in populum non
permiserunt discipuli· [31]Quidam autem et de asiae principibus
qui erant amici eius·

Miserunt ad eum rogantes ne se daret in theatrum

[32]Alii autem aliud clamabant

Erat enim ecclesia confusa· Et plures nesciebant qua ex
causa conuenissent· [33]De turba autem detraxerunt alexandrum·
propellentibus eum iudaeis

c. XIX, 17–33.

4. *conputatis* obelo et superscriptione literae *m* mut. in *comp.*
8. Siglum ⁒ significare videtur, textum qualis est non bene intelegi posse. Cod. Am. legit *Hierosolymam.*
9. *fuero·ibi*
12. *I*-**p***se*
14. post *nomine* duplex punctum unum altius, alterum inferius; et hoc quidem contra analogiam.
15. *argent[re]arius·* Literulae superscriptae non satis certae.
20. Siglum ·/ cur margini sit adscriptum non elucet.
24. *maie*-**s***tas*
32. *se, daret*
35. Quinque ultimae literae vocabuli *conuenissent* super erasas aliquas syllabas ignotas scriptae sunt.

Line 22: Ranke misses the punct following ‘uenire’, clearly marked in the ms.

Alexander ergo manu silentio postulato uolebat rationem
821 reddere |populo· [34]Quem ut cognouerant iudaeum esse

Uox facta est una omnium quasi per horas duas clamantium· Magna diana ephesiorum· [35]Et cum sedasset scriba turbas dixit· Uiri ephesii·

Quis enim est hominum qui nesciat ephesiorum cinitatem cultricem esse magnae dianae

Iouisque prolis· [36]Cum ergo his contradici non possit oportet uos sedatos esse et nihil temere agere· [37]Adduxistis enim homines istos neque sacrilegos neque blasphemantes deam uestram·

[38]Quod si demetrius et qui cum eo sunt artifices

Habent aduersum aliquem causam· Conuentus forenses aguntur·

Et pro consulibus sunt accusent inuicem· [39]Si quid autem alterius rei queritis· In legitima ecclesia poterit absolui

[40]Nam et periclitamur argui seditionis hodiernae· Cum
822 nullus obnoxius sit de quo possimus reddere rationem |concursus istius· Et cum haec dixisset dimisit ecclesiam,,

LIIII· [20, 1]Postquam autem cessauit tumultus· Uocatis paulus discipulis· Exhortatus est eos· Ualedixit et profectus est ut iret machedoniam

[2]Cum autem perambulasset partes illas· Et exhortatus eos fuisset multo sermone· Uenit ad graeciam· [3]Ubi cum fuisset menses tres· Factae sunt illi insidiae a iudaeis nauigataro in syriam

Habuitque consilium ut reuerteretur per machedoniam· [4]Comitatus est autem eum sopater pyrri beroensis· Thessalonicensium uero aristharcus et secundus et gaius derbeus et timotheus·

Asiani uero thycicus et trofimus· [5]Hic cum praecessissent sustinuerunt nos troadae· [6]Nos uero nauigauimus post dies azimorum a philippis·

Et uenimus ad eos troadem in diebus quinque· Ubi demorati sumus diebus septem

823 [7]Una autem sabbati cum |conuenissemus ad frangendum

c. XIX, 33 – XX, 7.

1. *manu·silentio*
21. *discipulos* (i written above)
22. In voc. *machadoniam* litera *h* cultro radente tentara est. Cf. supra *tharsum* 361, 15
29. Intra literas *e* et *r* vocabuli *derbeus·* nescio quae litera, quam Victor puncto et obelo notaverat, erasa.
32. *nos·troadae*
34. Scriptum est *quinq· Ubi*

Line 28: Ms. has '*pyr-ri*' Ranke had '*pyri*', missing the second '*r*' in the line break. Here ammended.
Line 29: Examining, the ms. the erased letter appears to have been '*á*'.

panem· Paulus disputabat eis profecturus in crastinum· Protraxitque sermonem usque in mediam noctem· [8]Erant autem lampades copiosae in cenaculo· Ubi eramus congregati· [9]Sedens autem quidam adulescens nomine eutycus super fenestra· Cum mergeretur somno graui disputante paulo prolixius

Ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum

Et sublatus est mortuus

[10]Ad quem cum descendisset paulus incubuit super eum et complexus dixit· Noli turbari

Anima enim ipsius in eo est

[11]Ascendens autem frangensque panem et gustans

Satisque adlocutus usque in lucem sic profectus est

[12]Adduxerunt autem puerum uiuentem et consolati sunt non minime

[13]Nos autem ascendentes nauem nauigauimus in asson· Inde suscepturi paulum· Sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus

|**LV**· [14]Cum autem conuenisset nos in asson· Adsumto eo **824**
uenimus mytilene

[15]Et inde nauigantes sequenti die uenimus contra chium

Et alia die applicuimus samum· Et sequenti die uenimus miletum· [16]Proposuerat enim paulus transnauigare ephesum

Ne qua mora illi fieret in asia· Festinabat enim si possibile sibi esset ut diem pentecosten faceret hierosolymis· [17]A mileto autem mittens ephesum· Uocauit maiores natu ecelesiae· [18]Qui cum uenissent ad eum et simul essent dixit eis·

Uos scitis a prima die qua ingressus sum in asiam

Qualiter uobiscuin per omne tempus fuerim [19]seruiens domino cum omni humilitate· Et lacrimis et temtationibus quae mihi acciderunt ex insidiis iudaeorum

[20]Quomodo nihil subtraxerim utilium· Quominus adnuntiarem uobis et docerem nos publice et per domos· [21]Testificans iudaeis
atque gen|tilibus in deum paenitentiam et fidem in dominum **825**
nostrum ihesum christum· [22]Et nunc ecce alligatus ego spiritu uado in hierusalem· Quae in ea euentura sint mihi ignorans· [23]Nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatur

c. XX, 7–23.

3. *cenacula* mut. in —*o*.
8. *descendissent* puncto obelo et rasura mut. in —*et*
25. Alterum *t* in *mittens* obelo fortuito transfossum.

mihi dicens· Quoniam uincula et tribulationes meae manent· [24]Sed nihil horum uereor· Nec facio animam praetiosiorem quam me· Dummodo consummem cursum meum· Et ministerium quod accepi a domino ihesu· Testificari euangelium gratiae dei [25]Et nunc ecce ego scio quia amplius non uidebitis faciem meam· Uos omnes per quos transiui praedicans regnum dei

[26]Quapropter contestor uos hodierna die· Quia mundus sum a sanguine omnium· [27]Non enim subterfugi quominus adnuntiarem omne consilium dei uobis· [28]Adtendite uobis et uniuerso greci in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos·
826 Regere |ecclesiam dei quam adquisiuit sanguine suo· [29]Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in uos non parcentes graegi· [30]Et ex uobis ipsis exsurgent uiri loquentes peruersa ut abducant discipulos post se· [31]Propter quod uigilate memoriam retinentes· Quoniam per triennium nocte et die non cessaui cum lacrimis monens unumquemque uestrum· [32]Et nunc commendo uos deo et uerbo gratiae ipsius· Quia potens est aedificare et dare hereditatem in sanctificatis omnibus· [33]Argentum aut aurum aut uestem nullius concupiui [34]ipsi scitis· Quoniam ad ea quae mihi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus istae·

[35]Omnia ostendi uobis quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos

Ac meminisse uerbi domini ihesu quoniam ipse dixit· Beatius est magis dare quam accipere· [36]Et cum haec dixisset· Positis
827 genibus |suis cum omnibus illis orauit· [37]Magnus autem fletus factus est omnium· Et procumbentes super collum pauli osculabantur eum· [38]Dolentes maxime in uerbo quod dixerat· Quoniam amplius faciem eius non essent uisuri· Et deducebant eum ad nauem

LVI· [21, 1]Cum autem factum esset ut nauigaremus· Abstracti ab eis recto cursu uenimus choum· Et sequenti die rhodum· et inde pataram· [2]Et cum inuenissemus nauem transfretantem in phenicem· Ascendentes nauigauimus· [3]cum paruissemus autem cyprum

Et relinquentes eam ad sinistram nauigauimus in syriam et uenimus tyrum· Ibi enim nauis erat expositura onus·

c. XX, 28 – XXI, 3.

1. *uinculae* punto obeloque adhibito mut. in —*a*
6. *o*-**m***nes*
31. *Ab*-**s***tracti*

[4]Inuentis autem discipulis mansimus ibi diebus septem·
Qui paulo dicebant per spiritum ne ascenderet hierosolymam
[5]Et expletis diebus profecti ibamus deducentibus nos
omnibus cum uxoribus |et filiis usque foras ciuitatem· Et positis 828
genibus in litore orauimus· [6]Et cum uale fecissemus inuicem
ascendimus in nauem

Illi autem redierunt in sua

[7]Nos uero nauigatione explicata a tyro descendimus
ptolomaida· Et salutatis fratribus mansimus die una apud illos
[8]Alia autem die profecti uenimus caesaream· Et intrantes
domum philippi euangelistae qui erat unus de septem

Mansimus apud eum· [9]Huic autem erant filiae quattuor
uirgines prophetantes·

LVII· [10]Et cum moraremur per dies aliquot· Super-
uenit quidam a iudaea propheta nomine agabus
[11]is cum uenisset ad nos

tulit zonam pauli et alligans sibi pedes et manus dixit haec dicit spiritus sanctus

Uirum cuius est zona haec sic alligabunt in hierusalem
iudaei· Et tradent in manus gentium· [12]Quod cum audissemus
rogabamus nos et qui loci illius erant |ne ascenderet hieroso- 829
lymam· [13]Tunc respondit paulus et dixit· Quid facitis flentes
et affligentes cor meum· Ego enim non solum alligari sed et
mori in hierusalem paratus sum propter nomen domini ihesu·
[14]Et cum ei suadere non possemus quieuimus dicentes domini
uoluntas fiat·

LVIII· [15]Post dies autem istos praeparati ascendamus
hierusalem· [16]Uenerunt autem et ex discipulis a caesarea
nobiscum· adducentes apud quem hospitaremur· nasonem quen-
dam cyprium antiquum discipulum·

[17]Et cum uenissemus hierosolymam libenter exceperunt
nos fratres,,

[18]Sequenti autem die introibat paulus nobiscum ad iacobum·
Omnesque collecti sunt seniores·

[19]Quos cum salutasset· narrabat per singula quae fecissets
deus in gentibus per ministerium ipsius·

c. XXI, 4–19.

3. *pro*^{f}*pecti*

14. *aliquod* Victor solummodo obelum adhibens atque *t* superscribens correxit in —*t*

16. *his* obelo adhibito Victor ut videtur in *is* mutavit.

19. scriptum fuerat *zonam*, quod puncto atque cultro mutatum est in *zona*.

25. *possu*^{e}*mus*$_{eb}$

27. V[s] *ascendamus*, quam correctionem evocavit siglum Victorinum ·/ margini inscriptum.

29. siglum Vict. ·/ flagitat correctionem nominis *nasonem*, quae post effecta est per V[s], superscripta litera *m*.

[20]At illi cum audissent· magnificabant deum· Dixeruntque
830 ei· uides frater |quot milia sint in iudaeis qui crediderunt· Et
omnes aemulatores sunt legis· [21]Audierunt autem de te· quia
discessionem doceas a mose· Eorum qui per gentes sunt iu-
daeorum· Dicens non debere eos circumcidere filios suos· neque
secundum consuetudinem ingredi· [22]Quid ergo est·

Utique oportet conuenire multitudinem· Audient enim te
superuenisse· [23]Hoc ergo fac quod tibi dicimus· Sunt nobis
uiri quattuor uotum habentes super se· [24]His adsumtis· sanctifica
te cum illis· Et inpende in illis ut radant capita· Et scient
omnes quia quae de te audierunt falsa sunt·

Sed ambulas et ipse custodiens legem· [25]De his autem
qui crediderunt ex gentibus nos scribsimus iudicantes· Ut ab-
stineant se ab idolis immolato et sanguine suffocato et for-
nicatione·

LVIIII· [26]Tunc paulus adsumtis uiris postera die puri-
831 ficatus cum illis |intrauit in templum· Adnuntians expletionem
dierum purificationis· Donec offeretur pro unoquoque eorum
oblatio· [27]Dum autem septem dies consummarentur hi qui de
asia erant iudaei· Cum uidissent eum in templo· Concitauerunt
omnem populum et iniecerunt ei manus· [28]Clamantes uiri
israhelitae adiuuate· hic est homo qui aduersus populum et
legem et locum hunc omnem ubique docens· Insuper et gentiles
induxit in templum et uiolauit sanctum locum istum·

[29]Uiderant enim trophimum ephesium in ciuitate cum
ipso· Quem aestimauerunt quoniam in templum introduxisset
paulus· [30]Commotaque est ciuitas tota et facta est concursio
populi

Et adpraehendentes paulum trahebant extra templum et
statim clausae sunt ianuae· [31]Quaerentibus autem eum occidere·
832 Nuntiatum est tribuno cohortis |quia tota confunditur hierusalem·
[32]Qui statim adsumptis militibus et centurionibus decucurrit
ad illos· Qui cum uidissent tribunum et milites cessauerunt
percutere paulum· [33]Tunc accedens tribunus adpraehendit eum
et iussit alligari catenis duabus

Et interrogabat quis esset et quid fecisset.

c. XXI, 20–38.

1. *ma*-**g***nificabant*
2. *quod* obelo et superscripta litera *t* mut. in *quot*. Ceterum quod Victor scripsit alius cuisdam calamo iterum ac renovatum est, id quod in hac pagina (usque ad v. 15) pluies factum cernitur.
3. *o*-**m***nes*
5. punctum post *suos* duplici ductu calami effectum.
6. *íngredi*
9. C? *adsum[p]tis*
9. 10. vocabula *sanctifica te cum* punctis, quae commatum figuram exhibent, separata.
10. *ut rádant*. Linola orthophonica, quae vetuit, ne *utra dant* legeretur.
12. *ambulaṅs*· Puncto obelus satis niger additus. | *cu*-**s***todiens*
13. Post *gentibus*, *scribimus*, *idolis* et *suffocato* puneta recentioris aetatis cernuntur.
14. *ab*-**s***tineant*
16. C? *a[s]dsum[p]tis*
25. *ciuitateṁ*

Footnote 12 b: Ranke had *custodieṅs*, but the manuscript has *cu*-**s***todiens*.

[34]Alii autem aliud clamabant in turba· Et cum non posset certum cognoscere prae tumultu

Iussit duci eam in castra

[35]Et cum uenisset ad gradus contigit ut portaretur a militibus propter uim populi· [36]Sequebatur enim multitudo populi clamans tolle eum

[37]Et cum coepisset induci in castra paulus dicit tribuno· Si licet mihi loqui aliquid ad te· Qui dixit graece nosti· [38]Nonne tu es aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti· Et eduxisti in desertum quattuor milia uirorum sicariorum

[39]Et dixit ad eum paulus

|Ego homo sum quidem iudaeus a tharso ciliciae non 833
ignotae ciuitatis municeps· Rogo autem te permitte mihi loqui ad populum· [40]Et cum ille permisisset

Paulus stans in gradibus adnuit manu ad plebem

Et magno silentio facto adlocutus est hebraea lingua dicens,,

LX· [22,] [1]Uiri fratres et patres audite quam ad uos nunc reddo rationem· [2]Cum audissent autem quia hebraea lingua loquitur ad illos magis praestiterunt silentium· [3]Et dixit ego sum uir iudaeus

Natus tharso ciliciae·

Nutritus autem in ista ciuitate· Secus pedes gamalihel· Eruditus iuxta ueritatem paternae legis· Aemulator legis sicut et uos omnes estis hodie· [4]Qui hanc uiam persecutus sum usque ad mortem· Alligans et tradens in custodias uiros ac mulieres·

[5]Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit· Et omnes maiores |natu· A quibus epistulas accipiens ad fratres 834
damascum pergebam

Ut adducerem inde uinctos in hierusalem ut punirentur· [6]Factum est autem eunte me et adpropinquante damasco media die· Subito de caelo circumfulsit me lux copiosa· [7]Decidens in terram audiui uocem dicentem mihi· Saule· saule· quid me persequeris

[8]Ego autem respondi qui es domine· Dixitque ad me ego sum ihesus nazarenus quem tu persequeris· [9]Et qui mecum erant lumen quidem uiderunt· Uocem autem non audierunt

c. XXI, 34 – XXII, 9.

2. *co*-**g***noscere* | *tumultuṁ*
29. *uin*-**c***tos*
31. *cạelo·* Punctum flagitans *celo* sero subscriptum

Fotnote 2: Ranke had *tumuttuṁ* where clearly he intends *tumultuṁ*

eius qui loquebatur mecum· [10]Et dixi quid faciam domine· Dominus autem dixit ad me· Surgens uade damascum et ibi tibi dicetur de omnibus quae oporteat te facere

[11]Et cum non uiderem prae claritate luminis illius

Ad manum deductus a comitibus ueni damascum

LXI· [12]Annanias autem quidam uir secundum legem
835 testimonium habens ab om|nibus habitantibus iudaeis

[13]Ueniens ad me et adstans dixit mihi· Saule frater respice· Et ego eadem hora respexi in eum· [14]At ille dixit·

Deus patrum nostrorum praeordinauit te ut cognosceres uoluntatem eius· Et uideres iustum et audires uocem ex ore eius· [15]Quia eris testis illius ad omnes homines eorum quae uidisti et audisti· [16]Et nunc quid moraris· Exsurge et baptizare et ablue peccata tua inuocato nomine ipsius· [17]Factum est autem reuertenti mihi in hierusalem et oranti in templo· Fieri me in stupore mentis

[18]Et uidere illum dicentem mihi· Festina et exi uelociter ex hierusalem

Quoniam non recipiunt testimonium tuum de me· [19]Ego dixi domine ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcerem et cedens per synagogas eos qui credebant in te

[20]Et cum funderent sanguinem stephani testis tui

836 |Ego stabam et consentiebam et custodiebam uestimenta interficientium illum· [21]Et dixit ad me uade quoniam ego ad nationes longe mittam te· [22]Audiebant autem usque ad hoc uerbum·

Et leuauerunt uocem suam dicentes· Tolle de terra eiusmodi· Non enim fas est eum uiuere

[23]Uociferantibus autem eis et proicientibus uestimenta sua· Et puluerem iactantibus in aerem

[24]Iussit tribunus induci eum in castra· Et flagellis caedi et torqueri eum

Ut sciret propter quam causam sic adclamassent ei· [25]Et cum adstrinxissent eum loris· Dixit adstanti sibi centurioni paulus· Si hominem romanum et indemnatum licet uobis flagellare

4. *claritateṁ*
7. *te-***s***timonium* | *o-***m***nibus*
9. *eâdem·* cf. 383, 6. 10.
10. *co-***g***nosceres*
11. *iu-***s***tum*
29. *ue-***s***timenta*

Line 3: Ranke had ‘omnihus’, which makes no sense, but manuscript clearly has ‘omnibus’. It must be an un-noticed typo.

[26]Quo audito centurio accessit ad tribunum et nuntiauit
dicens· Quid acturus es· Hic enim homo ciuis romanus est·
[27]Accedens autem tribunus dixit illi· Dic mihi tu romanus es·
At ille dixit |etiam· [28]Et respondit tribunus· Ego multa summa 837
ciuitatem hanc consecutus sum· Et paulus ait ego autem et
natus sum· [29]Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum tor-turi
erant·

Tribunus quoque timuit postquam resciuit quia ciuis romanus
esset· Et quia ligasset eum· [30]Postera autem die uolens scire
diligentius qua ex causa accusaretur a iudaeis soluit eum· Et
iussit sacerdotes conuenire et omne concilium· Et producens
paulum statuit inter illos,,

LXII· [23, 1]Intendens autem concilium paulus ait· Uiri
fratres· Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante deum
usque in hodiernum diem

[2]Princeps autem sacerdotum ananias praecepit adstantibus
sibi percutere os eius· [3]Tunc paulus ad eum dixit·

Percutiet te deus paries dealbate· Et tu sedens iudicas
me secundum legem· Et contra |legem jubes me percuti 838

[4]Et qui astabant dixerunt summum sacerdotem dei male-
dicis· [5]Dixit autem paulus· Nesciebam fratres quia princeps
est sacerdotum· Scriptum est enim· Principem populi tui non
maledices· [6]Sciens autem paulus quia una pars esset saddu-
caeorum et altera pharisaeorum

Exclamauit in concilio

Uiri fratres· Ego pharisaeus sum filius pharisaeorum· De
spe et resurrectione mortuorum ego iudicor· [7]Et cum haec
dixisset facta est dissensio inter pharisaeos et sadducaeos·

Et soluta est multitudo

[8]Sadducei enim dicunt non esse resurrectionem

Neque angelum neque spiritum

Pharisaei autem utrumque confitentur· [9] Factus est autem
clamor magnus· Et exsurgentes quidam pharisaeorum pugna-
bant dicentes

Nihil mali inuenimus in homine isto· Quid si spiritus lo-
cutus est ei aut angelus

c. XXII, 26 – XXIII, 9.

4. *Ad* mut. in *At*, ut 377, 5.
4. 5. *summa*, *ciuitatem* cf. 383, 9. 10.
17. *percutere·os* cf. 376, 4.
20. *adstabant* obelo adhibito mut. in *astabant*, cf. not. ad 383, 16.
22. *scri-btum* mut in *scri*-**p***tum*
32. *Factu*^{s}*m̄* videtur Victor correxisse.

Footnote 20 Ranke had cf. not. 388, 5. This footnote does not exist. I have corrected to a footnote which seems to be relevant.
Footnote 22: a previous edit altered *scrib-tum* to *scri*-**b***tum*

839 |[10]Et cum magna dissensio facta esset· Timens tribunus ne discerperetur paulus ab ipsis· Iussit milites descendere et rapere eum de medio eorum ac deducere eum in castra· [11]Sequenti autem nocte adsistens ei dominus ait constans esto

Sicut enim testificatus es de me hierusalem

Sic te oportet romae testificari

LXIII· [12]Facta autem die· Collegerunt quidam ex iudaeis et deuouerunt se dicentes· Neque manducaturos neque bibituros donec occiderent paulum· [13]Erant autem plus quam XL qui hanc coniurationem fecerant

[14]Qui accesserunt ad principes sacerdotum et seniores et dixerunt· Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos donec occidamus paulum·

[15]Nunc ergo uos notum facite tribuno cum consilio· Ut producant illum ad uos· Tamquam aliquid certius cognituri de eo

840 Nos uero priusquam ad|propriet parati sumus interficere illum·

[16]Quod cum audisset filius sororis pauli insidias

Uenit et intrauit in castra nuntiauitque paulo·

[17]Uocans autem paulus ad se unum ex centurionibus ait· Adulescentem hunc perduc ad tribunum

Habet enim aliquid indicare illi· [18]Et ille quidem adsumens eum duxit ad tribunum et ait· Uinctus paulus uocans rogauit me· Hunc adulescentem perducere ad te

Habens aliquid loqui tibi

[19]Adpraehendens autem tribunus manum illius

Secessit cum eo seorsum et interrogauit illum

Quid est quod habes indicare mihi· [20]Ille autem dixit· Iudaeis conuenit rogare te· Ut crastina die paulum producas in concilium· Quasi aliquid certius inquisituri sint de illo· [21]Tu uero ne credideris illis· Insidiantur enim ei ex eis uiri amplius XL· Qui se denouerunt non manducare neque bibere
841 do|nec interficiant eum

Et nunc parati sunt expectantes promissum tuum

LXIIII· [22]Tribunus igitur dimisit adulescentem· Prae-

6. *romae* super literas aliquas erasas scriptum, quae discerni nequeunt.
6. *te*-**s***tificari*
25. *adule*-**s***centem*
26. Siglum ·/ frustra flagitavit correctionem erroris in vocabalo *habens* positi.

Line 35: Ranke fails to comment on *expe*-**c***tantes*

cipiens ne cui loqueretur quoniam haec nota sibi fecisset· [23]Et uocatis duobus centurionibus dixit illis· Parate milites ducentos ut eant usque caesaream· Et aequites septuaginta

Et lanciarios ducentos

A tertia hora noctis [24]iumenta praeparate· Ut inponentes paulum eum perducerent ad felicem praesidem· [25]Scribens ei epistulam continentem haec· [26]Claudius lysias optimo praesidi felici salutem· [27]Uirum hunc conpraehensum a iudaeis· Et incipientem interfici ab eis·

Superueniens cum exercitu eripui· Et cognito quia romanus est

[28]Uolensque scire causam quam obiciebant illi·

Deduxi eum in concilium eorum· [29]Quem inueni accusari de quaestionibus legis ipsorum· |Nihil uero dignum morte aut **842**
uinculis habentem crimen· [30]Et cum mihi perlatum esset de insidiis quas parauerant ei·

Misi ad te denuntians et accusatoribus ut dicant apud te,,

LXV· [31]milites ergo secundum praeceptum sibi· Adsumentes paulum duxerunt per noctem in antipatridem· [32]Et postera die dimissis equitibus ut irent cum eo reuersi sunt ad castra· [33]Qui cum uenissent caesaream et tradidissent epistulam praesidi· Statuerunt ante illum et paulum· [34]Cum legisset autem et interrogasset de qua prouincia esset· Et cognoscens quia de cilicia· [35]Audiam te inquit cum accusatores uenerint· Iussitque in praetorio herodis custodiri eum,,

LXVI· [24, 1]Post quinque autem dies· Descendit princeps sacerdotum annanias cum senioribus quibusdam et tertullo quodam oratore· Qui adierunt praesidem aduer|sus paulum· **843**
[2]Et citato paulo coepit accusare tertullus dicens· [3]Cum in multa pace agamus per te

Et multa corrigantur per tuam prudentiam· Semper et ubique suscipimus optime felix cum omni gratiarum actione· [4]Ne diutius autem protraham oro ut breuiter audias nos pro tua clementia

[5]Inuenimus hunc hominem pestiferum et concitantem seditiones omnibus iudaeis in uniuerso orbe

c. XXIII, 22 – XXIV, 5.

10. *co*-**g***nito*
24. *inquid* puncto obeloque et superscriptione literae *t* correctum.
25. *cu*-**s***todiri*
35. *seditionem* videbatur ab ipso scriba obelo atque superscriptione literae *s* mutatum in *seditiones*

Et auctorem seditionis sectae nazarenorum

[6a]Qui etiam templum uiolare conatus est quem adpraehendimus· [8b]A quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere de quibus nos accusamus eum

[9]Adiecerunt autem et iudaei dicentes haec ista se habere·

LXVII· [10]Respondens autem paulus adnuente sibi praeside dicere· Ex multis annis esse iudicem genti huic· sciens bono animo pro me satisfaciam

844 [11]Potes enim cognoscere quia non sunt plus dies |mihi quam duodecim ex quo ascendi adorare in hierusalem· [12]Et neque in templo inueuerunt me cum aliquo disputantem· Aut concursum facientem turbae· Neque in synagogis neque in ciuitate· [13]Neque probare possunt tibi de quibus nunc accusant me· [14]Confiteor autem hoc tibi· Quod secundum sectam quam dicunt heresim· Sic seruio patri deo meo credens omnibus quae in lege et prophetis scribta sunt

[15]Spem habens in deum quam et hi ipsi expectant resurrectionem futuram iustorum et iniquorum

[16]In hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad deum et ad homines semper· [17]Post annos autem plures elemosynas facturus in gentem meam ueni et oblationes et uota· [18]In quibus inuenerunt me purificatum in templo non cum turba neque cum tumultu· [19]Quidam· autem ex asia iudaei quos oportebat apud te praesto esse

845 |Et accusarent si quid haberent aduersum me· [20]Aut hi ipsi dicant si quid inuenerunt in me iniquitatis cum stem in concilio

[21]Nisi de una ac solummodo uoce qua clamaui inter eos stans· Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a uobis,,

LXVIII· [22]Distulit autem illos felix· Certissime sciens de ui dicens· Cum tribunus lysias descenderit audiam uos· [23]Iussitque centurioni custodire eum et habere requiem

Nec quemquam prohibere de suis ministrare ei

[24]Post aliquot autem dies

Ueniens felix cum drusilla uxore sua quae erat iudaea· Uocauit paulum et audiuit ab eo fidem quae est in ihesu

c. XXIV, 5–24.

31. *ui* superscripta litera *a* sero tempore mut. in *uia*

34. *aliquo*$\overset{t}{d}$

Line 3: Note: Verses 6b to 8a not witnessed.

christo· [25]Disputante autem illo de iustitia et castitate et de iudicio futuro· Timefactus felix respondit

Quod nunc attinet uade

Tempore autem oportuno accersiam te· [26]Simul et sperans quia pecunia ei daretur a paulo,,

|Propter quod et frequenter accersiens eum loquebatur 846
cum eo· [27]Biennio autem expleto· Accepit successorem felix porcium festum· Uolens autem gratiam praestare iudaeis felix reliquit paulum uinctum· [25, 1]Festus ergo cum uenisset in prouinciam· Post triduum ascendit hierosolymam a caesarea· [2]Audieruntque eum principes sacerdotum et primi iudaeorum aduersus paulum

Et rogabant eum [3]postulantes gratiam aduersus eum

Ut iuberet perduci eum in hierusalem· Insidias tendentes ut eum interficerent in uia· [4]Festus autem respondit seruari paulum in caesarea·

Se autem maturius profecturum· [5]Qui ergo in uobis ait potentes sunt· Descendentes simul si quod est in uiro crimen accusent eum· [6]Demoratus autem inter eos dies non amplius octo aut decem descendit caesaream·

Et altera die sedit pro tribunali· Et iussit paulum |adduci· 847
[7]Qui cum perductus esset· Circumsteterunt eum qui ab hierosolyma descenderant iudaei· Multas et graues causas obicientes quas non poterant probare· [8]Paulo autem rationem reddente· Quoniam neque in lege iudaeorum neque in templo neque in caesare quicquam peccaui· [9]Festus autem uolens iudaeis gratiam praestare·

Respondens Paulo dixit

Uis hierosolymam ascendere· Et ibi de his iudicari apud me· [10]Dixit autem paulus ad tribunal caesaris· sto ibi me oportet iudicari· Iudaeis non nocui sicut tu melius nosti· [11]Si enim nocui aut indignum morte aliquid feci non recuso mori

Si uero nihil est eorum quae hi accusant me·

Nemo potest me illis donare caesarem appello

[12]Tunc festus consilio locutus respondit· Caesarem appellasti ad caesarem ibis·

c. XXIV, 24 – XXV, 12.

9. *reliquid* obelo et superscripta litera *t* correctum.
17. *profe*-**c***turam*
18. *potens* statim post scripionem a scriba superscripta syllaba *te* correctum videtur in *potentes*
24. *rationem̅*
28. post *paulo* nescio quae litera erasa
32. super prima syllaba vocabuli *indignum* grande puntum cernitur, cuius incerta origo est. Victor si correxissit, duo posuisset puncta.
33. post *hi* litera nescio quae, fortasse *i*, erasa.

Line 24: Ranke missed this verse (8) boundary.
Line 28: As I see it, not only has ‘*s*’ been scraped away, but the ‘*o*’ is modified from ‘*u*’. This was ‘paulus’. It seems that the original scribe saw his own blunder, and corrected it immediately.

848 **LXVIIII**· [13]Et cum dies aliquot |transacti essent· Agrippa
rex et bernice descenderunt caesaream ad salutandum festum
[14]Et cum dies plures ibi demorarentur· Festus regi indi-
cauit de paulo dicens· Uir quidam est derelictus a felice
uinctus· [15]De quo cum essem hierosolymis· Adierunt me prin-
cipes sacerdotum et seniores iudaeorum
Postulantes aduersus illum damnationem· [16]Ad quos re-
spondi quia non est consuetudo romanis donare aliquem hominem
Priusquam is qui accusatur praesentes habeat accusatores·
Locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina· [17]Cum
ergo huc conuenissent
Sine ulla dilatione sequenti die sedens pro tribunali iussit
adduci uirum
[18]De quo cum stetissent accusatores· Nullam causam de-
ferebant de quibus ego suspicabar malum· [19]Quaestiones uero
quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum· Et de
849 quodam |ihesu defuncto quem adfirmabat paulus uiuere·
[20]Haesitans autem ego de huiusmodi quaestione dicebam·
Si uellet ire hierosolymam et ibi iudicari de istis· [21]Paulo
autem appellante ut seruaretur augusti cognitioni· Iussi seruari
eum donec mittam eum ad caesarem· [22]Agrippa autem ad
festum uolebam et ipse hominem audire· Cras inquit audies
eum· [23]Altera autem die cum uenisset agrippa et bernice cum
multa ambitione· Et introissent in auditorium cum tribunis et
uiris principalibus ciuitatis
Iubente festo adductus est paulus· [24]Et dixit festus· Agrippa
rex et omnes qui simul adestis nobiscum uiri· Uidetis hunc de
quo omnis multitudo iudaeorum interpellauit me hierosolymis
petens· Et hic clamantes non oportere eum uiuere amplius·
850 [25]Ego uero comperi nihil· dignum eum morte |admisisse·
Ipso autem hoc appellante ad augustum iudicaui mittere
[26]De quo quid certum scribam domino non habeo,,
Propter quod produxi eum ad uos et maxime ad te rex
agrippa· Ut interrogatione facta habeam quid scribam· [27]Sine
ratione enim mihi uidetur mittere uinctum et causas eius non
significare

c. XXV, 13–27.

1. *aliquo^{t}ḋ*
2. *bernicȧe*
5. *uin*-**c***tus*
9. *his* puncto obeloque correctum in *is*
20. *appellanteṁ*
21. *autem*, *ad* cf. not. ad 383, 9. 10.
22. vocabuli *uolebat* ultima litera obelo punctoque satis grandi iugulata Victor penultimam lineola instruxit. | *inqui^{t}ḋ*
23. *bernicȧe*
27. *o*-**m***nes*
28. 29. Siglo ·| ad marg. posito Victor vel ordinem verborum vel interpunctionem corrigi debere significavit: quae correctio facta non est.
29. *uidere* obelo et superscripto *u* fortasse ab ipso scriba mut. in *uiuere*
30. *coṅperi*

Line 7: Ranke had *quod*, ms. & Vulgate have *quos*

[26, 1]Agrippa uero ad paulum· ait· Permittetur tibi loqui
pro temet ipso

LXX· Tunc paulus extenta manu coepit rationem
reddere· [2]De omnibus quibus accusor a iudaeis rex agrippa·
Aestimo me beatum a te cum sim defensurus me hodie· [3]Maxime
et te sciente omnia quae apud iudaeos sunt· Consuetudines et
quaestiones· Propter quod obsecro patienter me audias· [4]Et
quidem uitam meam a iuuentute quae ab initio fuit in gente mea

Hierosolymis nouerunt omnes iudaei· [5]Praescientes me
ab initio

Si uelint testimonium |perhibere· Quoniam secundum cer- 851
tissimam sectam nostrae religionis uixi pharisaeus,,

[6]Et nunc in spe quae ad patres nostros repromissionis
facta est· a deo· sto iudicio subiectus· [7]In qua duodecim tribus
nostrae nocte ac die seruientes sperant deuenire· De qua spe
accusor a iudaeis rex· [8]Quid incredibile iudicatur apud uos
si deus mortuos suscitat· [9]Et ego quidem existimaueram me
aduersus nomen ihesu nazareni debere multa contraria agere

[10]Quod et feci hierosolymis

Et multos sanctorum ego in carceribus inclusi· A princi-
pibus sacerdotum potestate accepta· Et cum occiderentur detuli
sententiam· [11]Et per omnes synagogas frequenter puniens eos
compellebam blasphemare· Et amplius insaniens in eos perse-
quebar usque in exteras ciuitates· [12]In quibus dum irem
damascum cum potestate et permissu principum sacer|dotum· 852
[13]Die media in uia uidi rex de caelo supra splendorem solis
circumfulsisse me lumen

Et eos qui simul mecum erant· [14]Omnesque nos cum de-
cidissemus in terra· Audiui uocem loquentem mihi hebraica
lingua· Saule saule quid me persequeris

Durum est tibi contra stimulum calcitrare,,

[15]Ego autem dixi· quis es· domine

dominus autem dixit· Ego sum ihesus quem tu persequeris·
[16]Sed exsurge et sta super pedes tuos

Ad hoc enim apparui tibi ut constituam te ministrum·
Et testem eorum quae uidisti· Et eorum quibus apparebo tibi

c. XXVI, 1–16.

5. Siglum ·/ frustra flagavit, ut praepositio *a* cum alia commutaretur. In Cod Am. legitur *apud*

29. *terram̃*

35. *mini*-**s***trum*

[17]eripiens te de populo et de gentibus· In quas ego nunc mitto te [18]aperire oculos eorum· Ut conuertantur a tenebris ad lucem· Et de potestate satanae ad deum

Ut accipiant remissionem peccatorum· Et sortem inter sanctos per fidem quae est in me· [19]Unde rex agrippa non
853 fui in|credulus caelestis uisionis· [20]Sed his qui sunt damasci primum et in hierosolymis et in omni regione iudeae· Et gentibus adnuntiabam· ut paenitentiam agerent

Et conuerterentur ad deum

Digna paenitentiae opera facientes· [21]Hac ex causa me iudaei cum essem in templo conpraehensum temtabant interficere· [22]Auxilio autem adiutus dei usque in hodiernum diem· Sto testificans minori atque maiori nihil extra dicens

Quam ea quae prophetae sunt locuti futura esse et moses· [23]Si passibilis christus· Si primus ex resurrectione mortuoram· Lumen adnuntiaturus est populo et gentibus,,

LXXI· [24]haec loquente eo et rationem reddentem

Festus magna uoce dixit insanis paule

Multae te litterae ad insaniam conuertunt

[25]At paulus non insanio inquit optime feste

854 Sed ueritatis et sobrietatis |uerba eloquor· [26]Scit enim de his rex ad quem et constanter loquor·

Latere enim eum nihil horum arbitror neque enim in angulo quicquam horum gestum est· [27]Credis rex agrippa prophetis scio quia credis· [28]Agrippa autem ad paulum in modico suades me christianum fieri· [29]Et paulus opto apud deum et in modico et in magno· Non tantum te sed et omnes hos qui audiunt hodie fieri tales qualis et ego sum exceptis uinculis his· [30]Et surrexit rex et praeses et bernice et qui adsidebant eis· [31]Qui cum secessissent loquebantur ad inuicem dicentes· Quia nihil morte aut uinculis dignum quid fecit homo iste· [32]Agrippa autem festo dixit· Dimitti poterat homo hic si non appellasset caesarem· [27, 1]Ut autem iudicatum est eum nauigare in italiam· Et tradi paulum cum reliquis custodiis centurioni nomine iulio cohortis augustae

855 |**LXXII**· [2]Ascendentes autem nauem adrumetinam

c. XXVI, 17 – XXVII, 2.

7. *o*-**m***ni*
8. Margini inscriptum cernitur siglum illud k, de quo cf. notata ad 179,11. Quae si recte se habent, corrector flagitavit, ut versiculus *ut poenitentiam agerent* grandi literainitiali ad marginem scribenda instrueretur.
20. *inquid* obelo et superscripto *t* correctum
27. *hos*. Superscriptum *e* minutissimi generis. See note below.
28. *exce*-**p***tis*
29. *bernicàe*. Cf. not. ad 391, 2. 23.
36. *hadrumetinam*

Line 27: Ranke ends this line "*sed omnes eos qui*", but the manuscript clearly has "*sed **et** omnes **h**os qui*". I have closely examined the ms. and cannot see the corrective marks he claims to find. This print has been ammended accordingly.

Incipientes nauigare circa asiae loca sustulimus

Perseuerante nobiscum aristharco machedone thessallonicense

[3]Sequenti autem die deuenimus sidonem· Humane autem tractans iulius paulum· Permisit ad amicos ire et curam sui agere· [4]Et inde cum sustulissemus subnauigamus cyprum

Propterea quod essent uenti contrarii· [5]Et pelagus ciliciae et pamphiliae nauigantes uenimus lystrae quae est lyciae· [6]Et ibi inueniens centurio nauem alexandrinam nauigantem in italiam transposuit nos in eam· [7]Et cum multis diebus tarde nauigaremus· Et uix deuenissemus contra gnidum prohibente nos uento

Nauigauimus cretae iuxta salmonem· [8]Et uix iuxta nauigantes uenimus in locum quendam qui uocatur boni portus· Cui iuxta erat |ciuitas thalassa· [9]Multo autem tempore peracto· **856** Et cum iam non esset tuta nauigatio eo quod ieiunium iam praeterisset· Consolabatar paulus [10]dicens eis

Uiri uideo quoniam cum iniuria et multo damno

Non solum oneris et nauis

Sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio· [11]Centurio autem gubernatori et nauclerio magis credebat

Quam his quae a paulo dicebantur· [12]Et cum aptus portus non esset ad hiemandum· Plurimi statuerunt consilium nauigare inde· Si quo modo possent deuenientes phoenice hiemare portum cretae· Respicientem ad africum et ad chorum· [13]Aspirante autem austro· aestimantes propositum se tenere· Cum sustulissent de asson legebant craetam· [14]Non post multum autem contra ipsam uentus typhonicus qui uocatur euroaquilo· [15]Cumque abrep|ta esset nauis et non posset conari in uentum **857**

Data naue flatibus· ferebamur· [16]Insulam autem quandam decurrentes quae uocatur caudam

Potuimus uix obtinere scafam· [17]Qua sublata adiutoriis utebantur

Accingentes nauem timentes ne in syrtim inciderent· Submisso base sic ferebantur

[18]Ualide autem nobis tempestate iactatis· Sequenti die

c. XXVII, 2–18.

2. Siglum ⁒ fortasse correctionem nominis *aristarcho* et adiectivi *machedone* poscit. Nam istae literae *h* Victori displicuisse videntur.
4. *humanȧe*
7. *pelagu*ˢ*ṁ*
16. Siglum ℞ particulum *et* ante *ieiunium* inserendam flagitare videtur.
31. Idem siglum, hic tam male pictum ut ferre repraesenttet figuram sigli ·|, nomen *caudam*, quod graece est *κλαύδη*, corrigendum indicat.
36. *Ualidȧe*, cf. not. ad 4.

iactam fecerunt· [19]Et tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt

[20]Neque sole autem neque sideribus apparentibus per plures dies· Et tempestate non exigua inminente· Iam ablata erat spes omnis salutis nostrae· [21]Et cum multa ieiunatio fuisset· Tunc stans paulus in medio eorum dixit· Oportebat quidem· o· uiri audito me non tollere a creta·

Lucrique facere iniuriam hanc et iacturam·

858 [22]Et nunc suadeo uobis |bono animo esse· Amissio enim nullius animae erit ex uobis praeterquam nauis· [23]Adstitit enim hac nocte angelus dei cuius sum ego et cui deseruio [24]dicens· Ne timeas paule caesari te oportet assistere· Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum

[25]Propter quod bono animo estote uiri· Credo enim deo meo quia sic erit quemadmodum dictum est mihi· [26]In insulam autem quandam oportet nos deuenire·

LXXIII· [27]Sed postea quam quarta decima nox superuenit· Nauigantibus nobis in adria· Circa mediam noctem suspicabantur nautae apparere sibi aliquam regionem

[28]Qui submittentes inuenerunt passus uiginti

Et pusillum inde separati inuenerunt passus quindecim· [29]Timentes autem ne in aspera loca incideremus· De puppi mittentes anchoras quattuor optabant diem fieri· [30]Nautis uero
859 quae|rentibus fugere de naui

Cum misissent scafam in mare· Sub obtentu quasi inciperent a prora anchoras extendere·

[31]Dixit paulus centurioni et militibus· Nisi hi in naui manserint uos salui fieri non potestis

[32]Tunc absciderunt milites funes scaphae· Et passi sunt eam excidere·

[33]Et cum lux inciperet fieri rogabat paulus omnes sumere cibum dicens

Quarta decima hodie die expectantes· Ieiuni permanetis nihil accipientes· [34]Propter quod rogo uos accipere cibum pro salute uestra· Quia nullius uestrum capillus de capite peribit·

c. XXVII, 18–34.

7. *creàta*
12. *a*[s]*dsistere*
13. *o*-**m***nes*
18. Nominis *hadria* litera initialis obelo iugulata. Cf. not. ad 394, 2.
19. *nau*[a]*te* verisimiliter Victoris correctio.

Line 4: Ranke misses the punct before '*Iam*', here inserted.
Line 36: Ranke misses the punct after '*peribit'*

[35]Et cum haec dixissset sumens panem gratias egit deo in conspectu omnium·

Et cum fregisset coepit manducare· [36]Animaequiores facti
autem omnes et ipsi adsumserunt cibum· [37]Eramus uero uni-
uersae animae in naui CCLXXVI· [38]Et satiati cibo adleuabant
nauem iactantes tritticum |in mare· [39]Cum autem dies factus 860
esset terram non agnoscebant· Sinum uero quendam conside-
rabant habentem litus

In quem cogitabant si possent eicere nauem· [40]Et cum anchoras abstulissent committebant se mari· Simul laxantes stricturas gubernaculorum· Et leuato artemone secundum aurae flatum tendebant ad litus

[41]Et cum incidissemus in locum bithalassum impegerunt nauem· Et prora quidem fixa manebat immobilis· Puppis uero soluebatur a ui maris

[42]Militum autem consilium fuit· Ut custodias occiderent· Ne quis cum enatasset effugeret·

[43]Centurio autem uolens seruare paulum prohibuit fieri· Iussitque eos qui possent natare mittere se primos et euadere et ad terram exire

[44]Et ceteros alios in tabulis ferebant· Quosdam· super ea
quae de naui essent· Et sic factum est ut omnes animae
euade|rent ad terram· [28, 1]Et cum euasissemus tunc cognouimus 861
quia militene insula uocatur· Barbari uero praestabant non
modicam humanitatem nobis· [2]Accensa enim pyra reficiebant
nos omnes· Propter imbrem qui imminebat et frigus· [3]Cum
congregasset autem paulus

Sarmentorum aliquantam multitudinem et imposuisset super ignem

Uipera a calore cum processisset inuasit manum eius· [4]Ut uero uiderunt barbari pendentem bestiam in manu eius ad inuicem dicebant·

Utique homicida est homo hic· Qui cum euaserit de mari ultio non sinit uiuere,, [5]Et ille quidem excutiens bestiam in ignem nihil mali passus est· [6]At illi extimabant eum in tumorem conuertendum et subito casurum et mori· Diu autem illis

c. XXVII, 35 – XXVIII, 6.

4. *o*-**m***nes*
11. *arthemone* | *aur[a]e*
23. *co*-**g***nouimus*
35. *i*-**g***nem*

sperantibus et uidentibus nihil mali in eo fieri· Conuertentes se dicebant eum esse deum

862 |[7]In locis autem illis erant praedia principis insulae nomine publii· Qui nos suscipiens triduo benigne exhibuit· [8]Contigit autem patrem publii febribus et dysinteria uexatum iacere· Ad quem paulus intrauit

Et cum orasset et inposuisset ei manus saluauit eum· [9]Quo facto et omnes qui in insula habebant infirmitates· Accedebant et curabantur

[10]Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt

Et nauigantibus inposuerunt quae necessaria erant,,

LXXIIII· [11]Post menses autem tres nauigauimus in nauem alexandrinam·

Quae in insula hiemauerat· Cui erat insigne castrorum· [12]Et cum uenissemus syracusam mansimus ibi triduo

[13]Inde circumlegentes deuenimus regium· Et post unum diem flante austro secunda die uenimus puteolos· [14]Ubi inuentis
863 fratribus· Rogati sumus manere |apud eos dies septem

Et sic uenimus romam

[15]Et inde cum audissent fratres occurrerunt nobis usque ad appii forum et tribus tabernis· Quos cum uidisset paulas gratias agens deo accepit fiduciam· [16]Cum uenissemus autem romam

Permissum est paulo manere sibimet cum custodiente se milite· [17]Post tertium autem diem·

Conuocauit primos iudaeorum· Cumque conuenissent dicebat eis· Ego uiri fratres nihil aduersus plebem faciens aut morem paternum· Uinctus ab hierosolymis traditus sum in manus romanorum· [18]Qui cum interrogationem de me habuissent uoluerunt me dimittere· Eo quod nulla causa esset mortis in me· [19]Contradicentibus autem iudaeis coactus sum appellare caesarem· Non quasi gentem meam habens aliquid accusare· [20]Propter hanc igitur causam rogaui uos uidere et adloqui

864 |Propter spem enim israhel catena hac circumdatus sum· [21]At illi dixerunt ad eum· Nos neque litteras accepimus de te a iudaea· Neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit aut locutus est quid de te malum

c. XXVIII, 6–21.

8. *o*-**m***nes*
27. *Uin*-**c***tus*
31. *Pro*-**p***ter*

[22]Rogamus autem a te audire quae sentis· Nam de secta hac notum est nobis quia ubique ei contradicitur· [23]Cum constituissent autem illi diem

Uenerunt ad eum in hospitium plures· Quibus exponebat testificans regnum dei· Suadensque eis de ihesu ex lege mosi et prophetis a mane usque ad uesperam· [24]Et quidam credebant his quae dicebantur· Quidam uero non credebant·

[25]Cumque inuicem non essent consentientes discedebant· Dicente paulo unum uerbum· Quia bene spiritus sanctus locutus est per esaiam prophetam ad patres nostros [26]dicens

, Uade ad populum istum et dic ad eos· Aure audietis et
,non intellegetis
|, Et uidentes uidebitis et non sperspicietis· [27]Incrassatum 865
,est enim cor populi huius· Et auribus grauiter audierunt
, Et oculos suos compraesserunt· Ne forte uideant oculis·
,Et auribus· audiant· Et corde intellegant· Et conuertantur et
,sanem illos

[28]Notum ergo sit uobis

Quoniam gentibus missum est hoc salutare dei ipsi· et audient· [30]Mansit autem biennio toto in suo conducto· Et suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum

[31]Praedicans regnum dei

Et docens quae sunt de domino ihesu christo· Cum omni fiducia nemine prohibente· Amen·

c. XXVIII, 22–31.

. . . .

+ *victor famulus xpi et eius gratia episc*
capuae legi VI non· mai· d· ind· nona quinq· pc
basilii uc cs

EXP· ACTUS APOSTOLORUM
INC· EPISTULAE CANONICE
INC· PROLOGUS

. . . .

21. *su-scipiebat*
24. *neminem | prohibentem*, litera m non solum puncto sed etiam obelo iugulata.
28. Loco literarum numeralum VI siglum scriptum cernitur, quod ad similitudinem literae *U* accedit.
28. *qinq·*

866 |Non ita ordo est apud graecos qui integre sapiunt et fidem rectam sectantur· Epistularum septem quae canonicae nuncupantur· ut in latinis codicibus inuenitur quod petrus primus est in numero apostolorum primae sint etiam eius epistulae in ordine ceterarum· Sed sicut euangelistas dudum ad ueritatis lineam correximus ita has proprio ordine deo nos iuuante reddidimus

Est enim prima earum una iacobi· petri duae· iohannis tres· et iudae una

Quae si ut ab eis digestae sunt ita quoque ab interpraetibus fideliter in latinum eloquium uerterentur nec ambiguitatem legentibus facerent nec sermonum se uarietas inpugnaret· illo praecipue loco ubi de unitate trinitatis in prima iohannis epistula positum legimus in qua est ab infidelibus translatoribus multum erratum esse fidei ueritate conperimus
867 trium tantummodo uocabula hoc est aquae sanguinis |et spiritus in ipsa sua editione potentes et patri uerbique ac spiritus testimonium omittentes„ In quo maxime et fides catholica roboratur et patris et fili et spiritus sancti una diuinitatis substantia conprobatur· In ceteris uero epistulis quantum nostra aliorum distet editio lectoris prudentiae derelinquo· Sed tu uirgo christi eusthocium dum a me inpensius scribturae ueritatem inquiris meam quodammodo senectutem inuidorum dentibus conrodendam exponis qui me falsarium corruptoremque sanctarum pronuntiant scribturarum· Sed ego in tali opere nec aemulorum meorum inuidentiam pertimesco nec sanctae scribturae ueritatem poscentibus denegabo

. . . .

EXPL· PROLOGUS· INC· ALIUS PROLOGUS

. . . .

3. *nuncupantur·*[ut·]*in*

4. *etiam*[eius]*epistulae* correct uti videtur ab ipso scriba statim post scriptionem verbis illata.

8. *iohannes*[i], uti videtur eiusdem.

18. *ċoṁmittentes*

22. *impensiuṁ*[s]

|Iacobus· petrus· Iohannes iudas VII epistulas ediderunt tam mysticas tam succinctas et breues pariter et longas breues in uerbis longas in sententiis· ut rarus quis non in earum electione cicutiat· **868**

. . . .

EXPL· PROLOGUS· INC· CAPITULA

. . . .

I· De inimicorum insecutionibus risui deputandis
II· De temptationibus aduersarii· quae dei furorem plurimi arbitrantur
III· De homine uero quod sit operis dominici documentum
IIII· De sermone diuino quod sit operis indicio praedicandus·
V· De cultura religionis et ministerio pietatis
VI· De diuitiis caelestibus et terrenis quae animas egestate consument
VII· De lege libertatis quam inpleri omnifariam exhortatur et seueritatem iusti iudicis·
VIII· De fide quae non potest opere moto firmari et aelemosynis
|VIIII· De nudis sermonib· quod sit professio inimici et fides sine opere corpus exanime· **869**
X· De magistris qui citra totam perfectionem esse non possunt·
XI· De lingua uix edomabile malum
XII· De sapientia caelesti et terrena
XIII· De amicis dei quod mundi nequeant ferre amatores
XIIII· De his qui uera locuntur quod culpam nequeant detractionis incurrere
XV· De incertum uitae et prolixis disputationibus
XVI· De suppliciis saeculi diuitum iniustorum
XVII· De aduersorum tolerantiae retributionem
XVIII· De passionib· martyrum et ipsius domini et quod insecutoribus suis non reddiderint talia
XVIIII· De remediis uitae praesentis
XX· De uirtutib· sanctorum et conuersoribus eorum qui fuerint peccatis adstricti . . . .

EXP. CAPIT. SCI. IACOBI
INC. IPSA EPISTULA

3. Siglum ℞ paulo artificiosiori calami ducto ad marginem pictum, quam quem Victor facere solet, referendum videtur ad falsum vocabuli *electioni* initium
3. *ele*-**c***tione*
9.[sic] (8.) *fore* [ur]
10. Siglum *v∫* margini adscriptum referendum videtur ad vocabulum *uero* quod argumento capitis *III* non respondet. Victor fortasse legendum esse duxit *uerbo ueritatis genito*.
13. *diuitis* [i]
17. *firmari*. Punctum inutile.
19. *exanimae*
23. *fere* [r]

870 |X̅ F̅ [1,] [1]Iacobus dei et domini nostri ihesu christi seruus· Duodecim tribus quae sunt in dispersione salutem· [2]Omne gaudium existimate fratres mei cum in temptationibus uariis incideritis· [3]Scientes quod probatio fidei uestrae patientiam operatur· [4]Patientia autem opus perfectum habeat· Ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes· [5]Si quis autem uestrum indiget sapientia· postulet a deo qui dat omnibus afluenter et non inproperat· et dabitur ei· [6]postulet autem in fide nihil haesitans· Qui autem haesitat similis est fluctui maris qui a uento mouetur et circumfertur· [7]Non ergo aestimet homo ille quod accipiat aliquid a domino

[8]Uir duplici animo inconstans in omnibus uiis suis

[9]Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua

[10]Diues autem in humilitate sua· Quoniam sicut flos faeni transibit· [11]Exortus est enim sol cum ardore et arefecit faenum

871 |Et flos eius decidit· et decor uultus eius deperiit

Ita et diues in itineribus suis marcescit

II· [12]Beatus uir qui suffert temptationem· Quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam uitae· Quam repromisit deus diligentibus se

[13]Nemo cum temptatur dicat quia a deo temptatur

Deus enim intemptator malorum est ipse autem neminem temptat·

[14]Unusquisque uero temptatur a concupiscentia sua abstractus et inlectus· [15]Dein concupiscentia cum conceperit parit peccatum· Peccatum uero cum consummatum fuerit generat mortem·

III· [16]Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi· [17]Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est· Descendens a patre luminum· Apud quem non est transmutatio· nec uicissitudinis obumbratio· [18]Uoluntarie genuit nos
872 uerbo ueritatis· Ut simus |initium aliquod creaturae eius· [19]Scitis fratres mei dilecti· Sit autem omnis homo uelox ad audiendum· Tardus autem ad loquendum et tardus ad iram· [20]Ira enim uiri iustitiam dei non operatur

IIII· [21]Propter quod abicientes omnem inmunditiam et abundantiam malitiae

c. I, 1–21.

1. X̅ F̅ Victoris. De glossis cf. Specimen cod. Fuld. a. 1860 a me ed.
2. C? ad marg. *bu*, ut legatur *tribubus*
12. *incon*-**s***tans*
25. *inle*-**c***tus* | *concupi*-**s***centia*
28. *o*-**m***ne*
30. *uoluntarie* scalpello corr. e —*iae*

In mansuetudine suscipite insitum uerbum quod potest saluare animas uestras· [22]Estote autem factores uerbi et non auditores tantum fallentes uosmet ipsos· [23]Quia si quis auditor est uerbi et non factor· Hic comparabitur uiro consideranti uultum natiuitatis suae in speculo· [24]Considerauit autem se et abiit et statim oblitus est qualis fuerit· [25]Qui autem perspexerit in lege perfecta libertatis et permanserit· Non auditor obliuiosus factus sed factor operis

Hic beatus in facto suo erit

V· [26]Si quis autem putat se religiosum esse·

|Non refrenans linguam suam sed seducens cor suum· 873
huius uana est religio· [27]religio munda et inmaculata apud deum et patrem haec est

Uisitare pupillos et uiduas in tribulatione eorum

Inmaculatum se custodire ab hoc saecalo

sumptum ex leuitico

VI· [2, 1]Fratres mei· Nolite in personarum acceptionem habere fidem domini nostri ihesu christi gloriae

[2]Etenim si introierit in conuentu uestro·

Uir aureum anulum habens in ueste candida

Introierit autem et pauper in sordido habitu

[3]Et intendatis eum qui indutas est ueste praeclara· Et dixeritis tu sede hic bene· Pauperi autem dicatis tu sta illic· aut sede· Sub scabillo pedum meorum

[4]Nonne iudicatis apud uosmet ipsos· Et facti estis iudices cogitationum iniquarum· [5]Audite fratres mei dilectissimi· Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo· diuites in fide,,

|Et heredes regni quod repromisit deus diligentibus se 874

[6]Uos autem exhonorastis pauperem· Nonne diuites per potentiam opprimunt uos· Et ipsi trahunt uos ad iudicia

[7]Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super uos

VII· [8]Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas· Diligis proximum tuum sicut te ipsum bene facis· [9]Si autem personas accipitis peccatum operamini· Redarguti a lege quasi transgressores· [10]Quicumque autem totam legem seruauerit· Offendat autem in uno factus est omnium reus· [11]Qui enim dixit non moecaberis dixit et non occides·

c. I, 21 – II, 11.

In inscriptione columnarum huius epistolae per negligentiam scribae illud SEQ̄·, quod locum habet in prima, ter repetitur.
4. *fa*-**c***tor* | *conparabitur* obelo adhib. mut. in *comparabitur*
7. *fa*-**c***tus*
15. nota marg. Victorina | *acce*-**p***tionem*
21. *tu·ista*
28. *i*-**p***si*
29. Manus sera, fort. Ag. ad marg. post *bonum* inseri iubet $\overline{xpi}$
31. *legē*
32. *scri*-**p***turas* simul correcto *b* in *p*
33. *acc$\overset{i}{e}$pitis*
36. 401, 1. *moecaberis* corr. e —*aueris*

Quodsi non moecaberis occides autem· Factus es transgressor legis

[12]Sic loquimini et sic facite

Sicut per legem libertatis incipientes iudicari·

[13]Iudicium enim sine misericordia illi qui non fecit misericordiam·

875 Superexultat autem miseri|cordia iudicio

VIII· [14]Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere opera autem non habeat· Numquid poterit fides saluare eum·

[15]Si autem frater aut soror nudi sunt et indigent uictu cotidiano· [16]Dicat autem aliquis de uobis illis·

Ite in pace caleficiemini et saturamini· Non dederitis autem eis quae necessaria sunt corpori quid proderit· [17]Sic et fides si non habet opera mortua est in semet ipsam

VIIII· [18]Sed dicet quis tu fidem habes et ego opera habeo

Ostende mihi fidem tuam sine operibus· Et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam· [19]Tu credis quoniam unus est deus

Bene facis· Et daemones credunt et contremescunt· [20]Uis autem scire o· homo inanis quoniam fides sine operibus otiosa est· [21]Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est· Offerens isaac filiam suum super altare· [22]Uides quoniam fides
876 cooperabatur |operibus illius· Ex operibus fides consummata est· [23]Et suppleta est scriptura dicens·

, Credidit abraham deo et reputatum est illi ad institiam· ,Et amicus dei appellatus est· [24]Uidetis quoniam ex operibus iustificatur homo· et non ex fide tantum· [25]Similiter autem et raab meretrix· Nonne ex operibus iustificata est

Suscipiens nuntios et alia uia eiciens· [26]Sicut enim corpus sine spiritu emortuum est· Ita et fides sine operibus mortua est

X· [3, 1]Nolite plures magistri fieri fratres mei· Scientes quoniam maius iudicium sumitis· [2]In multis enim offendimus omnes· Si quis in uerbo non offendit hic perfectus est uir· Potest etiam freno circumducere totum corpus· [3]Si autem equorum frenos in ora mittimus ad consentiendum nobis· Et

1. M[1] *esṭ*
11. *ui*-**c***tu*
12. *coṫtidiano*
20. *contreme*-**s***cunt*
25. *scri*ᵖ*btura*
34. *o*-**m***nes* | *perfe*-**c***tus*

Line 35: Ranke failed to mark verse 3 index.

omne corpus illorum circumferimus· [4]Ecce et naues cum magnae
sint |et a uentis ualidis minentur· Circumferuntur autem a 877
modico gubernaculo ubi impetus dirigentis uoluerit· [5]Ita et
lingua· Modicum quidem membrum est et magna exultat·

XI· Ecce quantus ignis quam magnam siluam incendit,,
[6]Et lingua ignis est

Uniuersitas iniquitatis

Lingua constituitur in membris nostris· Quae maculat totum
corpus et inflammat rotam natiuitatis nostrae inflammat a
gehenna· [7]Omnis enim natura bestiarum et uolucrum et re-
pentium· Etiam ceterorum domantur et domita sunt a natura
humana· [8]linguam autem nullas hominum domare potest·

Inquietum malum· Plena ueneno mortifero

[9]In ipsa benedicimus deum et patrem· Et in ipsa male-
dicimus homines qui ad similitudinem dei facti sunt· [10]Ex ipso
ore procedit benedictio et maledictio· Non oportet fratres mei
|haec ita fieri,, [11]Numquid fons de eodem foramine emanat 878
dulcem et amaram aquam,, [12]Numquid potest fratres mei ficus·
uuas facere· aut uitis ficus,, Sic neque salsa dulcem potest
facere aquam,, [13]Quis sapiens et disciplinatus inter uos

Ostendat ex bona conuersatione opera sua in mansuetu-
dine sapientiae

XII· [14]Quod si zelum amarum habetis et contentiones
sunt in cordibus uestris,, Nolite gloriari et mendaces esse ad-
uersus ueritatem

[15]Non est enim ista sapientia desursum descendens

Sed terrena,, Animalis

Diabolica,, [16]Ubi enim zelus et contentio ibi inconstantia
et omne opus prauum,, [17]Quae autem desursum est sapientia

Primum quidem pudica est,, Deinde pacifica modesta·
suadibilis·

Bonis consentiens,, Plena misericordia et fructibus bonis,,
Iudicans sine simulatione· [18]Fructus autem iustitiae in pace
seminatur· facientibus pacem

|**XIII**· [4, 1]Unde bella et lites in uobis nonne hinc ex 879
concupiscentiis uestris· Quae militant in membris uestris,,

c. III, 8 – IV, 1.

2. *autem*[a] *modico*
3. *impetus dirigentis* tum rasura tum superscriptione corr. ex *in pectus diligentis*
9. *inflammatà a gehenna*
12. *lin-guā*
14. *benedicimus* si correctura est, erronea.
16. *benedi-***c***tio*
19. *salsaṁ*, obelo quoque adhib.
21. *operam suam* rasura mut. in *opera sua*
28. *incon-***s***tantia*
32. 33. *fru-***c***tibus* | *fru-***c***tus*
33. *iustitiae* (in pacem) *seminatur*

Line 18: Left marginal note, marked: ·ʃ· *ut non potestur bon malu fructus bon oper̄* ·ʃ· (As I read it.)

[2]Concupiscitis et non habetis· Occiditis et zelatis et non potestis adipisci,, Litigatis et belligeratis

Non habetis propter quod non postalatis· [3]Petitis et non accipitis eo quod male petatis,, Ut in concupiscentiis uestris insumatis,, [4]Adulteri,, Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est deo,,

XIIII· Quicumque ergo uoluerit amicus esse saeculi huius,, Inimicus dei constituitur,, [5]Aut putatis quia inaniter ,scriptura dicat,, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui inhabitat ,in uobis,, [6]Maiorem autem dat gratiam propter quod dicit,, ,Deus superbis resistit· humilibus autem dat gratiam

[7]Subditi igitur estote deo

Resistite autem diabolo et fugiet a uobis,, [8]Adpropinquate domino et adpropinquauit uobis,,

880 |Emundate manus peccatores,, Et purificate corda duplices animo·

[9]Miseri estote,, Et lugete et plorate,, Risus uester in luctum conuertatur,, Et gaudium in merorem,, [10]humiliamini in conspectu domini et exaltabit uos· [11]Nolite detrahere de alterutrum fratres,, Qui detrahit fratri· aut qui iudicat fratrem suum,, Detrahit legi et iudicat legem

Si autem iudicas legem

Non est factor legis sed iudex,, [12]unus est legislator et iudex,, Qui potest perdere et liberare,, Tu autem quis es qui iudicas proximum

XV· [13]Ecce nunc qui dicitis hodie aut crastina ibimus in illam ciuitatem et faciemus quidem ibi annum

Et mercabimur et lucrum faciemus,, [14]Qui ignoratis quid erit in crastinum,, [15]Quae enim est uita uestra,, Uapor est ad modicum parens

Deinceps exterminatur

Pro eo ut dicatis si dominus uolaerit et si uixerimus
881 |faciemus hoc aut illud

[16]Nunc autem exultatis in superbiis uestris,, Omnis exultatio talis maligna est,, [17]Scienti igitur bonam facere et non facienti peccatum est illi·

c. IV, 2–17.

4. *ue*-**s***tris*
9. *scri*-**p***tura*, simul mutato *b* in *p*
18. *gaudium* corr. e —*us* adhib. obelo ac lineola super *u*
19. *exultabit* corr. e —*auit*
29. *cra*-**s***tinum*
34. *o*-**m***nis*

XVI· [5, 1]Age nunc diuites plorate ululantes in miseriis quae aduenient uobis

[2]Diuitiae uestrae putrae factae sunt,, Et uestimenta uestra a tineis comesta sunt,, [3]Aurum et argentum uestrum eruginauit,, Et erugo eorum in testimonium uobis erit,, Et manducabit carnes uestras sicat ignis,, Thesaurizastis in nouissimis diebus

[4]Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones uestras,, Qui fraudatus est a uobis clamat,, Et clamor ipsorum in aures domini sabaoth introiit,, [5]Epulati estis super terram

Et in luxariis enutristis corda uestra,, In die occisionis [6]addixistis occidistis iustum non restitit uobis,, [7]Patientes |igitur estote fratres usque ad aduentum domini 882

XVII· Ecce agricola expectat praetiosum fructum terrae,, patienter ferens,, Donec accipiat temporiuum et serotinum

[8]Patientes estote et uos et confirmate corda uestra,, Quoniam aduentus domini adpropinquabit,,

[9]Nolite ingemescere fratres in alterutrum ut non iudicemini,, Ecce iudex ante ianuam adsistit,, [10]Exemplum accipite fratres laboris et patientiae prophetas qui locuti sunt in nomine domini

XVIII· [11]Ecce beatificamus qui sustinuerunt sufferentiam,, Iob audistis et finem domini uidistis

Quoniam misericors est dominus et miserator

XVIIII· [12]Ante omnia autem fratres mei,, Nolite iurare neque per caelum neque per terram,, Neque aliud quodcumque iuramentum

Sit autem uestrum· est est· non· non· Uti non sub iudicio decidatis,,

[13]Tristatur aliquis uestrum oret aequo animo et psal||lat,, 883
[14]Infirmatur aliquis ex uobis,, Inducat presbyteros ecclesiae et orent super eum,,

Ungentes eum oleo in nomine domini,, [15]Et oratio fidei saluabit infirmum

Et adleuauit eum dominus,,

c. V, 1–15.

3. *ue-***s***timenta*
9. *i-***p***sorum*
10. *sabaoth· introiit*
12. *re-***s***titit* corr. e *res-titut*
15. Inc. man. neque Victoris neque scribae, *tempo[at]riuum*
18. Ranke does not see: *ue-***s***tra*
18. *adpropinquabit* corr. e *—auit*
20. *adsi-***s***tit*
24. *Iob· audi-***s***tis*
34. *ungentes* minutissimo obelo adhibito corr. ex *unguentes*

Line 15 footnote: The editor seems to have deleted his edit.

Et si in peccatis sit remittetur ei„ [16]Confitemini ergo alteratrum peccata uestra„ Et orate pro inuicem ut saluemini

Multum enim ualet depraecatio iusti assidua

XX· [17]helias homo erat similis nobis passibilis„ Et oratione orauit ut non plueret super terram

Et non pluit annos tres et menses sex„ [18]Et rursum orauit et caelum dedit pluuiam„ Et terra dedit fructum suum fratres mei„ [19]Si quis ex uobis errauerit a ueritate et conuerterit quis eum· [20]scire debet

Quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae

Saluauit animam eius a morte· Et operit multitudinem peccatortim

c. V, 15–20.

. . . .

***Legi meum* +**

884 |

EXPL· EPISTULA SCI IACOBI AD DISPERSOS INC· BREUES EPISTUL· SCI· PETRI AD GEN TES PRIMA„

I· De regenenerationis inuicta potentia·

II· De prophetis qui animarum tolerantiam praedicarunt·

III· De pontificib· sacerdotum qui sacerdotes in castitatem ut agnoscerentes maculam permanere hortatur

IIII· De semine salutaris uerbi renatis

V· De sacerdotibus quos instar infantum ut concupiscant lac sine dolo hortatur

VI· De lapidibus uiuis et hostiis spiritalibus

VII· De populo adquisitionis quem regalem sacerdotium nominauit

VIII· De popularibus quos animae utilitatem uiuendi ordinem docuit·

885 **VIIII**· De exhortatione mulierum |uiris adherentium

X· De uiris quos quemadmodum cum mulieribus adq· cum omnibus uiuere debeant

XI· De arca per quam pauci saluati sunt et saluantur

XII· De baptismate quod a mundi actibus liberat et arcae claustra exire non patitur

3. *depreatio* sera, ut e nigredine atramenti concluditur, manu mut. in *deprecatio* | *adsidua* corr. in *ass*—.

8. *errauerit*[a] quae correctura scribae esse videtur.

15. Victoris notula.

. . . .

EXPL· BREUES EPISTULAE SCI· PETRI· INC· EIUSDEM EPIST· AD GENTES PRIMA

. . . .

$\overline{XF}$ 1, [1]Petrus apostolus ihesu christi electis aduenis dispersionis ponti galatiae

Cappadociae· asiae et bythyniae,, Secundum praescientiam dei patris

In sanctificationem spiritus,,

In oboedientiam et aspersionem sanguinis ihesu christi

Gratia uobis et pax multiplicetur

I· [3]Benedictus deus et pater domini nostri ihesu (sic) christi,, Qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam,, Per resurrectionem christi ihesu ex mortuis,, [4]In hereditatem incorruptibilem et incontaminatam et inmarcescibilem conseruatam in caelis,, In uobis |[5]qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem paratam,, Reuelari in tempore nouissimo [6]in quo exultatis,, **887**

Modicum nunc si oportet contristari in uariis temptationibus,, [7]Ut probatio uestrae fidei multo pretiosior sit auro quod perit per ignem probato,,

c. I, 1–7.

20. *$\overline{XF}$* Victoris siglum.
22. *praescientiā*
24. 25. Puncta super tres literas *m* erasa.
33. M³? *exult*[bi]*atis*
35. *pretiosior* rasura corr. e *praet.*
36. *perit* per inc. manum lineola perfossum. | *probato* rasura corr. e —*tio·* Quae superflua in v. 35 et 36 ut eraderentur monuit siglum Victorinum ·/ margini illatum.

II· Inueniatur in laudem et gloriam et honorem
In reuelatione ihesu christi
[8]Quem cum non uideritis diligitis,, In quem nunc quoque
non uidentes
Credentes autem exultatis in laetitia inenarrabili et glorificata,, [9]Reportantes finem fidei uestrae salutem animarum
[10]De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetae,,
Qui de futura in uobis gratia prophetauerunt
[11]Scrutantes in quod uel quale tempus significaret in eis·
spiritus,, Praenuntians eas quae in christo sunt passiones et
888 posteriores glorias,, [12]Quibus reuelatum est quia non |sibi
ipsis,, Uobis autem ministrabant,, Ea quae nuntiata sunt uobis,,
Per eos qui euangelizauerunt uobis,, spiritu sancto misso
de caelo,, In quem desiderant angeli prospicere,,
III· [13]Propter quod succincti lumbos mentis uestrae
Sobrii perfecte sperate in eam quae offertur uobis gratiam,,
In reuelatione christi ihesu,, [14]Quasi filii oboedientiae,,
Non configurati prioribus ignorantiae uestrae desideriis,,
[15]Sed secundum eum qui uocauit uos sanctum
Et ipsi sancti in omni conuersatione sitis,, [16]Quoniam *IN LEUITICO*
scribtum est,, Sancti eritis quoniam ego sanctus sum
[17]Et si patrem inuocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat,,
Secundum uniuscuiusque opus in timore incolatus uestri
tempore conuersamini,, [18]Scientes quod non corruptibilibus
argento uel auro redempti estis,, De uana uestra conuersatione
889 paternae traditionis |[19]Sed pretio sanguine
Quasi agni incontaminati et inmaculati christi,,
[20]Praecogniti quidem ante constitutionem mundi
IIII· Manifestati autem nouissimis temporibus
Propter uos [21]qui per ipsum fideles estis in deo qui
suscitauit eum a mortuis,, Et dedit ei gloriam ut fides uestra
et spes esset in deo,, [22]Animas uestras castificantes· in oboedientia caritatis,, In fraternitatis amore simplici,, Ex corde
inuicem diligite attentius,, [23]Renati non ex semine corruptibili
sed incorruptibili,,

c. I, 7–23.

5. ut 408, 33. | M¹ *ịṇ laetitia*
6. C? ad marg. [*animarum*] *uestrar̄*
7. *atque* corr. ex *adque*
8. M³? *gratia* **dī**
10. Inc. man. post *spiritus* super literis quibusdam erasis inscripsit *scs̄*
15. Literae *inc.* in voc. *succincti*, quod minio scriptum est, atramento suppletae.
17. *reuelationem̊*
20. Nota marg. Victorina.
26. *redem*-**p***ti* | *ue*-**s***tra*
27. M³ *pretio* **so**. Ceterum *pretio* rasura corr. e *praetio*
28. M³ [*christ*,,] *ihū*
29. *constitutionē*
30. M³ ad marg. [*autem*] *in*
33. M³ ad marg. sinistr. compendiis adhibitis [*uestras*] *per spiritum*
35. M³ ad marg. [*non*] *quasi*

Line 35: The mark clearly shows the insertion punct to be before *Renati*. I.e., at the beginning of the sentence.

Per uerbum dei uiui et permanentis,, [24]Quia omnis Caro ut faenum

Et omnis gloria eius tamquam flos faeni,, Exaruit faenum
IN ESAIA et flos cecidit,, [25]Uerbum autem domini manet in aeternum,,

V· hoc est autem uerbum quod euangelizatum est in uobis,, [2, 1]Deponentes igitur omnem malitiam,, Et omnem dolum

|Et simulationes et inuidias,, Et omnes detractiones,, 890
[2]Sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo,, Lac concupiscite ut in eo crescatis in salutem,, [3]Si gustastis quoniam dulcis dominus

[4]Ad quem accedentes lapidem uiuum,, Ab hominibus quidem reprobatum·,, A deo autem electum et honorificatum

VI· [5]Et ipsi tamquam lapides uiui superaedificamini

Domus spiritalis,, Sacerdotium sanctum,, Offerre spiritales hostias,, Acceptabiles deo per ihesum christum,, [6]Propter quod continet scribtura·

, Ecce pono in sion lapidem summum,, Angularem electum ,pretiosum

, Et qui crediderit in eum non confundetur,,

[7]Uobis igitur honor credentibus,, Non credentibus autem lapis quem reprobauerunt aedificantes

Hic factus est in caput anguli,, Et lapis offensionis et
psalm. CXLII Petra scandali

[8]Qui offendunt uerbo nec credunt in quo et positi sunt

|**VII·** [9]Uos autem genus electum regale sacerdotium 891
Gens sancta populus adquisitionis,, Ut uirtutes adnuntietis eius,, Qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumen suum

[10]Qui aliquando non populus

Nunc autem populus dei

Qui non consecuti misericordiam,, Nunc autem misricordiam consecuti

VIII· [11]Carissimi obsecro tamquam aduenas et peregrinos,, Abstinere uos a carnalibus desideriis quae militant aduersus animam,, [12]Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam,, Ut in eo quod detractant de uobis tamquam de malefactoribus

c. I, 23 — II, 12.

1. M³ ad marg. [*permanentis*] *in*
2. *aeternū*| *o*-**m***nis*
7. *detra*-**c***tiones*
9. Inc. man. ad marg. [*si*] *tamen* | *gusta*-**s***tis*
11. Inc. man. *Ad*
19. M³ ad marg. [*Et*] *omnis*
21. nota marg. fort. Victorina
23. M³ [*scandali*] *his*
25. Incertum an voc. *sunt* scribae sit.
30. M³ ad marg. [*non*] *aliquando*

Line 1: Ranke sees a dot under the '*s*' of *omnis*. This makes no sense, and I cannot see it. I have removed his dot.
Line 12: Ranke fails to comment on *ele*-**c***tum*

Ex bonis operibus uos considerantes glorificent deum in die uisitationis

[13]Subiecti estote omni humanae creaturae propter deum,, Siue regi quasi praecellenti,, [14]Siue ducibus tamquam ab eo missis ad dictam malefactoram,, Laudem uero bonorum,, [15]Quia sic est uoluntas dei

892 |Ut bene facientes obmutescere faciatis inprudentium hominum ignorantiam,, [16]Quasi liberi

Et non quasi uelamen malitiae habentes libertatem,, Sed sicut serui dei [17]omnes honorate

Fraternitatem diligite

Deum timete,, Regem honorificate,, [18]Serui subditi in omni timore dominis Non tantum bonis et modestis,, Sed etiam discolis,, [19]Haec est enim gratia,, Si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste,, [20]Quae enim gloria est si peccantes et colafizati suffertis

Sed si bene facientes et patientes sustinetis

Haec est gloria apud deum

[21]In hoc enim uocati estis

Quia et christus passus est pro nobis,, Uobis relinquens exemplum ut sequamini uestigia eius,, [22]Qui peccatum non fecit,, Nec inuentus est dolus in ore ipsius,, [23]Qui cum malediceretur non maledicebat· Cum pateretur non comminabatur

893 |Tradebat autem iudicanti se iniuste,, [24]Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum

Ut peccatis mortui iustitiae uiuamus,, Cuius libore sanati estis,,

[25]Eratis enim sicut oues errantes,, Sed conuersi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum uestrarum

VIIII· [3, 1]Similiter mulieres subditae suis uiris·

Ut et si qui non credunt uerbo,, Per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant

[2]Considerantes in timore castam conuersationem ~~uestram~~ harum,, [3]Quarum sit non extrinsecus capillaturae aut circumdatio auri,, Aut indumenti uestimentorum cultus· [4]Sed qui absconditus cordis est homo,, In incorruptibilitate quieti et modesti spiritus,,

c. II, 12 — III, 4.

3. *pro*-**p***ter*
5. C? *ad*[uin]*dictam*
12. M³ ad marg. [*subditi*] *estote*
13. M³ in situ. [*dominis*] *uestris*
15. *Sustineat*: see my comment below.
23. M¹ *pateretur*
26. M³ ad marg. [*iustitiae*] *eius*
29. Ad marg. S··, quod quid sibi velit non patet.
30. M³ ad marg. [*subditae*] *sint*
31. M¹? *et si*, quae sigla deletionis sunt | M³ [*uerbo*] *di*
33. M³ *uestram*, deleto uero huic vocabulo subetituit *haru*

Line 15: Ranke's comment here make no sense at all, so is deleted. What we actually find is that an editor requires the tense be subjunctive: *sustineat*, rather than simple present: *sustinet*.

Quod est in conspectu dei locuples,, [5]Sic enim aliquando· et sanctae mulieres

Sperantes in deo ornabant se subiectae propriis uiris

|[6]Sicut sarra oboediebat abrahae dominum eum uocans 894

Cuius estis filiae bene facientes· Et non timentes ullam perturbationem

X· [7]Uiri similiter cohabitantes secundum scientiam

Quasi infirmiori uaso mulieri inpertientes honorem,, Tamquam et coheredibus gratiae uitae ut ne inpediantur orationes uestrae,, [8]In finem autem omnes unianimes

Conpatientes fraternitatis amatores,, Misericordes,, Humiles· [9]Non reddentes malum pro malo,, Uel maledictum pro maledicto,, Sed e contrario benedicentes,, Quia in hoc uocati estis,, ,Ut benedictionem hereditate possideatis,, [10]Qui enim uult uitam ,diligere et uidere dies bonos,, Coherceat linguam suam a malo ,et labia ne loquantur dolum,, [11]Declinet autem a malo et ,faciat bonum,, Inquirat pacem et persequatur eam,,

, Quia oculi domini super iustos et aures eius in preces |eorum,, Uultus autem domini super facientes mala,, [13]Et quis 895
est qui uobis noceat si boni· aemulatores fueritis,, [14]Sed et si quid patimini,, [15]Dominum autem christum sanctificate in cordibus uestris,, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quae in uobis est spe sed cum modestia et timore

[16]Conscientiam habentes bonam,, Ut in eo quod detrahunt de uobis confundantur qui calumniantur,, Uestram bonam in christo conuersationem,,

XI· [17]Melius est enim bene facientes si uelit uoluntas dei pati quam male facientes,, [18]Quia et christus semel pro peccatis mortuus est,, Iustus pro iniustis ut nos offerret deo,,

Mortificatus carne uiuificatus autem spiritu,,

[19]In quo et his qui in carcere erant,, Spiritibus ueniens praedicauit,, [20]Qui increduli fuerant aliquando,, Quando expectabat dei patientia,,

c. III, 4—20.

1. M^3? *locuples* (x supra s)
15. M^3 [*et*] *cupit*
16. M^3 *labia* sua *ne*
17. Inc. *persequatur*
18. M^1? *in* (ad supra) cf. not. ad 411, 31. | *preces* cultro corr. e *praeces*
21. Siglis *hd* et *hs* adhibitis margini superiori ut videtur ab ipso scriba haec inscripta sunt: *Propter iustitiam beati. Timorem autem* | *eorum ne timueritis et non conturbemini*
22. *satisfa*-**c***tionem*
23. M^3 [*spe*] *et fide*
26. M^3 [*uobis*] *tamquam*· Correctura imperfecta. | literae *ui* in voc. *qui* sero tempore nigro atramento obductae. Itidem complures literae verborum quae sequuntur *iniustis* (30) *carne* (32) *ueniens* (33) aliorum | *calu*-**m***niantur*
28. M^3 mendose *uelit* (l supra)
30. M^3 *peccatis* **nostris**

896 |In diebus noe cum fabricaretur arca,, In qua pauci id est octo animae saluae factae sunt per aquam,,

XII· [21]Quod et uos nunc similis formae saluos facit baptisma,, Non carnalis depositio sordium,, Sed conscientiae bonae interrogatio in deum

Per resurrectionem ihesu christi [22]qui est in dextera dei,, profectus in caelum subiectis sibi angelis et potestatibus et uirtutibus

XIII· [4, 1]Christo igitur passo in carne et uos eadem cogitatione armamini,, Quia qui passus est carne desiit a peccatis,, [2]Ut iam non hominum desideriis sed uoluntati dei,, Quod reliquum est in carne uiuat temporis,, [3]Sufficit enim praeteritum tempus ad uoluntatem gentium consummandam

Qui ambulauerunt in luxuriis· Desideriis uinolentiis,, Comisationibus potationibus,, Et inlicitis idolorum cultibus [4]in quo admirantur

897 |Non concurrentibus uobis in eandem luxuriae confusionem blasphemantes,, [5]Qui reddent rationem ei qui paratus est iudicare uiuos et mortuos,,

XIIII· [6]Propter hoc enim et mortuis euangelizatum est,, Ut iudicentur quidem secundum homines in carne,, Uiuant autem secundum deum spiritu,, [7]Omnium autem finis adpropinquauit

XV· Estote itaque prudentes et uigilate in orationibus

[8]Ante omnia autem mutuam in uobismet ipsos caritatem continuam habentes,, Quia caritas operit multitudinem peccatorum,,

[9]Hospitales inuicem sine murmuratione· [10]Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiae dei,, [11]Si quis ministrat tamquam ex uirtute quam administrat deus

Ut in omnibus honorificetur deus,, Per ihesum christum
898 |cui est gloria et imperium in saecula,,

XVI· [12]Carissimi nolite peregrinari in feruore qui ad temptationem uobis fit·

Quasi noui aliquid uobis contingat,, [13]Sed communicantes

c. III, 20 — IV, 12

4. *ba*-**p***tisma*
4. 5. Siglum ʂ·· margini appictum cf. not. ad 411, 29.
6. M³ adhibitis siglis *đ* et *ħ* superne lineola aequilibri traiectis, margini inferiori inscripsit [*dei*,,] *deglutiens mortem ut uitae aeternae* | *heredes efficemur*
11. *uoluntatē* (i superscr.) quam correcturam acutiori calamo V exsecutus est, quam reliquas.
14. *luxuriis* incerta manu mut. in *luxoriis*
16. Iubente siglo Victorino ·/ vocabulum *quod* radendo mut. in *quo*
23 & 24. M³ vel serior etiam manus *adpropinquauit* (b superscr.)
25. *ipsos* (i superscr.)
30. S ut videtur erasis syllabis *minis* tum intra columnam tum ad marg. dextram et sinistram supplevit [*dei*,,] *Si quis loquitur quasi sermones· dī· Si quis* | *minis*
34. M³ *peregrinari* (mirari superscr.)

christi passionibus gaudete ut et in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultantes,, [14]Si exprobramini in nomine christi beati

Quoniam gloriae dei spiritus in uobis requiescit,,

XVII· [15]Nemo enim uestrum patiatur quasi homicida aut fur,, Aut maledicus aut alienorum adpetitor

[16]Si autem ut christianus non erubescat,, Glorificet autem deum in isto nomine

[17]Quoniam tempus ut incipiat iudicium de domo dei

Si autem primum a nobis

Qui finis eorum qui non credunt dei euangelio·

, [18]Et si iustus uix saluatur impius et peccator ubi pare- ,bunt· [19]Itaque et hi qui patiuntur secundum uoluntatem dei,,

Fideli creatori commendant animas suas in bene factis,,

XVIII· [5, 1]Seniores ergo qui in uo|bis sunt,, Obsecro **899**
consenior et testis christi passionum,, Qui et eius quae in futuro reuelanda est gloriae communicator,, [2]Pascite qui est in uobis gregem dei,, Prouidentes non coacto sed spontanee secundum deum,, Neque turpis lucri gratia sed uoluntarie

[3]Neque ut dominantes in cleris sed formae facti graegi et ex animo,, [4]Et cum apparuerit princeps pastorum,, Percipietis inmarcescibilem gloriae coronam

XVIIII· [5]Similiter adulescentes subditi estote senioribus,, Omnes autem inuicem humilitatem insinuate,, ,Quia deus superbis resistit· humilibus autem dat gratiam

[6]Humiliamini igitur sub potenti manu dei ut uos exaltet in tempore uisitationis,, [7]Omnem sollicitudinem uestram proicientes in eum quoniam ipsi cura est de uobis,, [8]Sobrii estote et uigilate quia aduersarius uester diabolus

|Tamquam leo rugiens circuit· quaerens quem deuoret· **900**
[9]Cui resistite fortes fide,, Scientes eadem passionum

Ei quae in mundo est uestrae fraternitati fieri

XX· [10]Deus autem omnis gratiae

Qui uocauit nos in aeternam suam gloriam in christo ihesu,, Modicum passos ipse perficiet,, Confirmabit solidauit,,

[11]Ipsi imperium in saecula saeculorum· Amen·

c. IV, 12 — V, 11.

3. M^3 [*beati*] *eritis*
4. M^3 adhibitis iisdem siglis, quibus 413, 6 usus est, margini superiori inscripsit [*requiescit,,*] *ab illis blasfematur a uobis honorificatur*
12. M^3 ad marg. ap [*parebunt*]
18. M^3 *coacto*[s] | *spontaneàe*
19. *uoluntariạe*· punctum inferius seriore tempore ad confirmationem superioris additum esse videtur.
20. M^3? *grạegi ẹṭ*
29. M^3 ad marg. [*uigilate*] *et excitaMini*
30. fort. M^1 *circuit* (i suprascr.)
31. M^3? *eadem passionum* (n, e suprascr.)

Line 35: Ranke misses the double comma at end of line. Clear in ms. Here added.

[12]Per siluanum uobis fidelem fratrem ut arbitror breuiter scribsi

Obsecrans et contestans hanc esse ueram gratiam dei in qua state,, [13]Salutat uos quae est in babylone cum electa· et marcus filius meus,,

[14]Salutate inuicem in osculo sancto,, Gratia uobis in omnibus qui estis in christo Amen . . . .

c. V, 12—14

EXP· EPISTULA SCI· PETRI
AD GENTES PRIMA
INC· BREUES EPISTULAE.
EIUSDEM SECUNDA

901 |I· De sanctis quos in hoc mundo ut interfectos adloquitur·
II· De exhortatione quae de peioribus ad meliora conpellit·
III· De commemoratione qua ueritatis semper concilium celebretur
IIII· De iustorum memoriis refouendis
V· De pseudoprophetis ueterib· et noui testamenti futuris magistris mendacibus
VI· De similitudinem dilluuii quod impiorum designat interitum
VII· de interitu eorum qui omnem malignitatem dulcedinem arbitrantur
VIII· de eo qui superatus seruus addictus est cuius semen carnis generat semper et porcus
VIIII· de nouissimis temporibus quibus derisores abundant
X· de deo qui diem unum mille annis aequauit et mille annos ad instar unius diei similauit
XI· de epistalis apostoli pauli quas et intellectu habere difficile
902 |et ab indoctis euerti promittit

. . . .

EXP· BREUES· INCP·
EPISTULA SCI· PETRI
SECUNDA

. . . .

4. M^3 *state*^{is} | M^3 ad marg. [*uos*] *ecclesia* | M^3? *cum electa*

7. M^3 [$\overline{xpo}$] *ih$\overline{u}$*

15. *quo*^{a}

X̄ F̄ [1, 1]Simon petrus seruus et apostolus ihesu christi· His qui coaequalem nobis sortiti sunt fidem in iustitia dei nostri et saluatoris ihesu christi,, [2]Gratia uobis et pax adinpleatur in cognitione domini nostri

[3]Quomodo omnia nobis diuinae uirtutis suae quae ad uitam et pietatem donata est,, [4]Per cognitionem eius qui uocauit nos propria gloria et uirtute

Per quem maxima et pretiosa nobis promissa donauit,, Ut per haec efficiamini diuinae consortes naturae,, Fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem,,

II· [5]Uos autem curam omnem subinferentes mini|strate 903
in fide uestra uirtutem,, In uirtute autem scientiam,, [6]In scientia autem abstinentiam

In abstinentia autem patientiam,, In patientia autem pietatem,, [7]In pietate autem amorem fraternitatis,, In amore autem fraternitatis caritatem,, [8]Haec enim uobis cum adsint et superent,, Non uacuos et sine fructu uos constituent· in domini nostri ihesu christi cognitione,, [9]Cui enim non praesto sunt· haec caecus est et manu temptans,, Obliuionem accipiens purgationis ueterum suorum delictorum

III· [10]Quapropter fratres magis satagite,, Ut per bona opera certam· uestram uocationem et electionem faciatis,, Haec enim facientes non peccabitis allquando,, [11]Sic enim abundanter ministrabitur uobis introitus in aeternum regnum domini nostri et saluatoris ihesu christi,, [12]Propter quod incipiam uos semper commonere de his,, Et quidem |scientes et 904
confirmatos uos in praesenti ueritate

[13]Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo,, Suscitare uos in incommotione

[14]Certus quod uelox est depositio tabernaculi mei

Secundum quod et dominus noster ihesus christus significauit mihi,,

IIII· [15]Dabo autem operam et frequenter habere uos post obitum meum,, Ut horum memoriam faciatis,, [16]Non enim doctas fabulas secuti,, Notam facimus uobis domini nostri ihesu christi uirtutem et praesentiam,, Sed speculatores facti illius

c. I, 1—16.

1. X̄ F̄ Victoris.
4. *cognitionem*, cf. not. ad 419, 19.
5. *Quomodo* correcura serior, cohaerens cum sequente *donata est* (i, uit superscr.)
6. M³ ad marg. [*pietatem*] *pertinent*
8. *quē* | *praetiosa* obelo adhib. mut. in *pretiosa*
9. *consortis* lineolis additis mut. in *consortes*
11. *mini*-**s***trate*
19. *tem*-**p***tans*
24. *mini*-**s***trabitur*
29. fort. M³ [*uos*] *in in*|*commotione* (ni superscr.)
31. *no*-**s***ter*
33. M³ *operam et* (ut superscr.) correctura dupliciter inchoata. | M³ ad marg, [*uos*] *possitis*

Note: *'et'* to read *'ut'*. Ranke here obscure.

magnitudinis,, [17]Accipiens enim a deo patre honorem et gloriam uoce delabsam ad eum huiuscemodi magnifica gloria,,

Hic est filius meus dilectus in quo mihi conplacuit

[18]Et hanc uocem nos audiuimus de caelo allatam cum essemus cum ipso in monte sancto,, [19]Et habemus firmiorem propheticum sermonem,, Cui bene facitis attendentes

905 |**V**· Quasi lucernae lucenti in caliginoso loco,, Donec dies lucescat et lucifer oriatur in cordibus uestris,, [20]Hoc primum intellegentes quod omnis prophetia scributurae propria interpraetatione non fit,, [21]Non enim uoluntate humana adlata est aliquando prophetia,, Sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines,, [2, 1]Fuerunt uero et pseudoprophetae in populo,, Sicut et in uobis erunt magistri mendaces,, Qui introducunt sectas perditionis,, Et eum qui emit eos dominum negant,, Superdocentes sibi celerem perditionem [2]et multi sequentur eorum luxurias

Per quos uia ueritatis blasphematur,, [3]Et in auaritia factis uerbis de uobis negotiabuntur,, Quibus iudicium iam olim non cessat,, Et perditio eorum non dormitat

VI· [4]Si enim deus angelis peccantibus non pepercit·
906 Sed rudentibus inferni detractos,, In tartarum |tradidit,, In iudicium cruciatos reseruari

[5]Et originali mundo non pepercit,, Sed octauum noe iustitiae praeconem custodiuit,, Dilluuium mundo impiorum inducens

[6]Et ciuitates sodomorum et gomorraeorum in cinerem redigens euersione damnauit,, Exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens,, [7]Et iustum loth oppressum a nefandorum iniuria conuersatione eripuit,, [8]Aspectu enim et auditu iustus erat,, Habitans apud eos qui diem de die,, Animam iustam iniquis operibus cruciabant,, [9]Nouit deus pios de temptatione eripere,, Iniquos uero in diem iudicii cruciandos reseruare,, [10]Magis autem eos qui post carnem in concupiscentia inmunditiae ambulant,, Dominationemque contemnunt audaces sibi placentes,, Sectas non metuunt blasphemantes

VII· [11]Ubi angeli fortitudine et uirtute cum sint

3. *dile*-**c***tus* | M³ ad marg. [*mihi*] *bene*
6. fort. M³ *a*[d]*ttendentes*
8. Inc. *dies*[et]*lucescat*. Incertum dico correctum. Nam Victor, cuius scripto similis est, alio atramento usus est. Aetate seriore glosses margini adscripta est: *iste* | *mundus caligi* …
9. *o*-**m***nis*
15. M³ [*Super*] *in* | *d*[u]*ocentes*
16. fort. M³ *lux*[o]*urias*
17. M³ *blasphem*[bi]*atur*
18. M³ *f*[i]*actis*
22. Inc. *crucia*[nd]*tos*
29. fort. M³ *iniusta* correxit ex *–ria* | *a*-**s***pectu* | *iu*-**s***tus*
30. Siglum ·/ Victorinum margini sin. adscriptum correctionem textus flagitavit. Quae seriore tempore a M³ ita effecta est, ut non solum *in* voculae *diem* superscriberetur sed signis appositis verba transponerentur *de die in diem*.
33. fort. M³ ad marg. [*carnem*] *alteram*·
35. M³ ad marg. [*metuunt*] *facere*

maiores non portant aduer|sum se execrabile iudicium,, [12]Hi 907
uero uelut inrationabilia pecora naturaliter in captionem et in perniciem,, In his quae ignorant blasphemantes,, In corruptione sua et peribunt,, [13]Percipientes mercedem iniustitiae,, Uoluptatem existimantes diei

Delicias coinquinationes

Et maculae deliciis afluentes,, In conuiis suis luxuriantes uobiscum

[14]Oculos habentes plenos adulterio et incessabiles delicti,, Pellicentes animas instabiles,, Cor exercitatum auaritiae habentes maledictionis filii,, [15]Derelinquentes rectam uiam,, Errauerunt secuti uiam balaam ex bosor qui mercedem iniquitatis amauit

[16]Correptionem uero habuit suae uesaniae

Subiugale mutum in hominis uoce loquens prohibuit prophetae insipientiam

VIII· [17]Hi sunt fontes sine aqua et nubulae turbinibus
exagitatae,, Quibus |caligo tenebrarum reseruatur,, [18]Superba 908
enim sanitatis loquentes

Perlicent in desideriis carnis luxuriae,, Eos qui paululum effugiunt qui in errore conuersantur,, [19]Libartatem illis promittentes cum ipsi serui sint corruptionis

A quo enim quis superatus est huius et seruus est,,

[20]Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri et saluatoris ihesu christi,, His rursus inpliciti superantur

Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus,,

[21]Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiae quam post agnitionem retrorsum conuerti·

Ab eo quod illis traditum est· sancto mandato,, [22]Contigit enim eis illud ueri prouerbii,, Canis reuersus ad suum uomitum et sus lota in uolutabro luti,,

VIIII· [3, 1]Hanc ecce uobis carissimi secundam scribo epistulam,, In quibus excito uestram in commotionem sinceram mentem

|[2]Ut memores sitis eorum quae praedixi uerborum a 909
sanctis prophetis et apostolorum uestrorum·

c. II, 11 — III, 2.

4. Inc. [*sua*] *et*
7. fort. M^3 *luxuriantes* lineola ducta mutavit in *luxoriantes*, cf. 417, 16. | M^1? *uobiscum*, cf. not. ad 411, 31.
12. *iniquïtatis·amauit*
14. M^3 ad marg. [*mutum*] *animal*
15. *prophetiae·* tum *i* erasum.
16. *nubulae*, atque *u* mut. in *e*
17. *superua*. A seriore manu ad *b* additum *i*
18. Serior manus correxit *sanitatis*
19. fort. M^1 *Perlicent* | *luxuriae* seriore manu mutatum in *luxoriae* cf. 417, 16 et 418, 7.
23. *co*-**g***nitione*
31. *sus·lota·* Ceterum Victor huic loco siglum suum ℞ apposuit, quod quia per errorem appositum videbantur, erasum est.
33. *epi*-**s***tulam* | Inc. man. *commotionem* mut. in *commonitionem*
36. *apo*-**s***tolorum*

Praeceptorum domini et saluatoris,, [3]Hoc primum scientes quod uenient

In nouissimis diebus in deceptione inlusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes

[4]Dicentes ubi est promissio aut aduentus eius

Ex quo enim patres dormierunt,, Omnia sic perseuerant ab initio creaturae,, [5]Latet enim eos hoc uolentes quod caeli erant prius et terra de aqua,, Et per aquam consistens dei uerbo [6]per quem ille tunc mundus aqua inundatus periit,, [7]Caeli autem qui nunc sunt et terra eodem uerbo repositi sunt

Igni seruati in diem iudicii et perditionis impiorum hominum,,

X· [8]Unum uero hoc non lateat· uos carissimi· Quia unus dies apud dominum sicut mille anni· et mille anni sicut dies unus,, [9]Non tardat dominus promissis,,

910 |Sed patienter agit propter uos,, Nolens aliquos perire· sed omnes ad paenitentiam reuerti,, [10]Adueniet autem dies domini ut fur,, In qua caeli magno impetu transient·

Elementa uero calore soluentur,, [11]Cum haec igitur omnia dissoluenda sint,, Quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus et pietatibus

[12]Expectantes et properantes in aduentum diei dei per quam caeli ardentes soluentur,, Et elementa ignis ardore tabescent

XI· [13]Nouos uero caelos et nouam terram et promissa ipsius expectamus in quibus iustitia habitat,, [14]Propter quod carissimi haec expectantes satis agite

Inmaculati et inuiolati ei inueniri in pace,, [15]Et domini nostri longanimitatem salutem arbitramini

Sicut et carissimus frater noster paulus,, Secundum datam sibi sapientiam scribsit uobis

[16]Sicut et in omnibus epistulis loquens in eis,, De his in
911 quibus sunt quaedam |difficilia intellectu,,

Quae indocti et instabiles deprauant sicut ceteras scribturas ad suam ipsorum perditionem,, [17]Uos igitur fratres praescientes custodite ne insipientium errore transducti excidatis

c. III, 2—17.

4. *concupi*-**s***centias*
6. M³ ad marg. [*patres*] *nostri*
9. M³ *quem*, simul litera *e* mutata in *ae*
13. *aput* a Victore ducta lineola tenuissima mutatum in *apud*· Qua non contentus serior corrector tum literae *t* puncta supposuit, tum literam *d* abundanter superscripsit.
16. M³ ad marg. [*reuerti*,,] *expectat*
17. fort. M³ ad marg. [*fur*] *in nocte* | *ma*-**g***no*
18. *caelore* rasura mut. in *calore*
26. *i*-**p***sius* | *Pro*-**p***ter*
31. *his*$^{\text{in}}$*quib*· correcto ut videtur scribae, statim post scriptionem illata.
34. serior manus *ipsorum*

a propria firmitate„ [18]Crescite uero in gratiam et cognitionem domini nostri et saluatoris ihesu christi ipsi gloria et nunc et in diem aeternitatis· AMEN

c. III, 17—18.

. . . .

Legi
EXP· EPIST· SCI· PETRI II·
INC· BREBES EPIST· SCI· IO
HANNIS· PRIMAE

. . . .

I· De uerbo uitae quod erat antequam mundi macina principium sortiretur
II· De participibus christi quos uitiis septos nefas est superari
III· De custodiis caelestium praeceptorum quae nosse quemquam deum manifeste designat„
IIII· De nouo ueterique mandato quod unius sit dei |cuius numquam potest regnum diuidi· **912**
V· De his quos sapientiae uariis adcinctos uirtutib· scribens adloquitur·
VI· De diligentib· mundum quod excludantur a caritate paterna·
VII· De multitudine antichristorum
VIII· De animarum deceptoribus declinandis
VIIII· De ignorantibus deum sanctorumq· osoribus
X· De cain semine fratricidae
XI· De osoribus fratrum homicidis
XII· De dilectione paterna facto et opere declinando
XIII· De praeconibus falsis quos agit spiritus nequam
XIIII· De dilectione uera quod ipse sit deus
XV· De christo deo qui patrem in se esse credentibus manifestat
XVI· De dilectione perfecta quae foris expellit formidinem
XVII· De regeneratis quod ipsi saeculum uincant
XVIII· De testimonio dei quod hominum testimoniis praestet·
XVIIII· de indulgentia |quam non merebuntur usq· ad mortem peccantes **913**
XX· De mundo qui est positus in maligno et simulacrorum fugienda cultura

. . . .

EXP· BREUES EPISTULAE
SCI· IOHANNIS PRIMA
INC· EIUSDEM EPIST· PRIMA

. . . .

3. Eadem *dieṃ*
14. 15. Siglum ·/ eum in finem a Victore appositum ut textus satis hispidus emendaretur. Mihi legendum videtur *custodia*
24. *homicidi/s* adhibito obelo in *homicidis* mutatum.
30. V. *De* re*generatis*

$\overline{X}\,\overline{F}$ **I·** [1,] [1]Quod fuit ab initio quod audiuimus quod uidimus oculis nostris quod perspexumus et manus nostrae contrectauerunt,, De uerbo uitae [2]et uita manifestata est et uidimus et testamur

Et annuntiamus uobis uitam aeternam quae erat aput patrem· et apparuit nobis,, [3]Quod uidimus et audiuimus adnuntiamus uobis

Ut et uos societatem habeatis nobiscum,, Et societas nostra sit cum patre et cum filio eius ihesu christo,, [4]Et haec scribimus uobis ut gaudeatis et gaudium nostrum sit plenum,,
914 [5]Et haec est |adnuntiatio quam audimus ab eo,, Et adnuntiamus uobis quoniam deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae

II· [6]Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo et in tenebris ambulamus,, Mentimur et non facimus ueritatem

[7]Si autem in luce ambulemus sicut et ipse est in luce societatem habemus ad inuicem et sanguis ihesu fili eius emundat nos ab omni peccato,, [8]Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus et ueritas in nobis non est,, [9]Si confiteamur peccata nostra fidelis est et iustus ut remittat nobis peccata nostra et emundet nos ab omni iniquitate,,

[10]Si dixerimus quoniam non peccauimus mendacem facimus eum et uerbum eius non est in nobis

III· [2,] [1]Filioli mei haec scribo uobis ut non peccetis sed et si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem ihesum
915 christum iustum,, [2]Et ipse est |propitiatio pro peccatis nostris,, Non pro nostris autem tantum,, Sed etiam pro totius mundi

[3]Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum si mandata eius obseruemus

[4]Qui dicit se nosse eum et mandata eius non custodit mendax est et in hoc ueritas non est,, [5]Qui autem seruat uerbum eius uere in hoc caritas dei perfecta est,, In hoc scimus quoniam in ipso sumus

[6]Qui dicit se in ipso manere debet sicut ille ambulauit et ipse ambulare,,

IIII· [7]Carissimi non mandatum nouum scribo uobis sed mandatum uetus quod habuistis ab initio,, Mandatum uetus

c. I, 1 — II, 7.

1. $\overline{X}\,\overline{F}$ Victoris.
2. *quod* licet a Victore punctis notatum sit, quum singularem lectionem constituat retinendum duxi.
15. *lucem̄*
24. *aput* mutatum in *apud*
26. *no*-**s***tris*

est uerbum quod audistis,, [8]Iterum mandatum nouum scribo uobis quod est uerum et in ipso et in uobis,, Quoniam tenebrae transierunt et lumen uerum iam lucet,, [9]Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc,, [10]Qui diligit fratrem suum in lumine manet et scandalum in
eo |non est,, [11]Qui autem odit fratrem suum in tenebris est 916
et in tenebris ambulat,, Et nescit quo eat quoniam tenebrae obcaecauerunt oculos eius,,

V· [12]Scribo uobis filioli quoniam remittuntur uobis peccata propter nomen eius

[13]Scribo uobis patres quoniam cognouistis eum qui ab initio est,, Scribo uobis adulescentes quoniam uicistis malignum,, [14]Scribo uobis infantes quoniam cognouistis patrem,, Scribo uobis patres quia cognouistis eum qui ab initio est,, Scribo uobis adulescentes quia fortes estis et uerbum dei in uobis manet et uicistis malignum,,

VI· [15]Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt,, Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo,, [16]Quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum est,, Et superbia uitae quae non est
|ex patre sed ex mundo est,, [17]Et mundus transit et concu- 917
piscentia eius,, Qui autem facit uoluntatem dei manet in aeternum,,

VII· [18]Filioli nouissima hora est

Et sicut audistis quia antichristus uenit,, Nunc antichristi multi facti sunt,, Unde scimus quia nouissima hora est

[19]Ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis,,

Nam si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum,, Sed ut manifesti fiant quoniam non sunt omnes ex nobis,, [20]Sed uos unctionem habetis a sancto et nostis omnia

[21]Quia non scribsi uobis quasi ignorantibus ueritatem sed quasi scientibus eam,, Et quoniam omne mendacium ex ueritate non est,, [22]Quis est mendax nisi is qui negat quoniam ihesus est christus hic est antichristus,,

Qui negat patrem et filium

[23]Omnis qui negat filium nec patrem habet,, Qui confitetur filium et patrem habet,,

c. II, 7—23.

12. *mali*-**g***num*
24. *antechristus* | *antechristi*
25. *fa*-**c***ti*
28. *manife*-**s***ti*
32. *his* obelo adhibito mut. in *is*

918 |**VIII·** [24]Uos quod audistis ab initio in uobis permaneat„ Si in uobis permanserit quod ab initio audistis et uos in filio et patre manebitis„ [25]Et haec est repromissio quam ipse pollicitus est uobis uitam aeternam„ [26]Haec scripsi uobis de eis qui seducunt uos„ [27]Et uos unctionem quam accepistis ab eo maneat in uobis„ Et non necesse habetis ut aliquis doceat uos„ Sed sicut unctio eius docet uos de omnibus„ Et uerum est et non est mendacium et sicut docuit uos manete in eo [28]et nunc filioli manete in eo„ Ut cum apparuerit habeamas fiduciam et non confundamur ab eo in aduentu eius

[29]Si scitis quoniam iustus est„ Scitote quoniam et omnis qui facit iustitiam ex ipso natus est·

VIIII· [3, 1]Uidete qualem caritatem dedit nobis pater ut filii dei nominemur et sumus

Propter hoc mundus non nouit nos quia non nouit eum

919 [2]Carissimi nunc fili dei sumus et nondum apparue|rit quid erimus„ Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus quoniam uidebimus eum sicut est„ [3]Et omnis qui habet spem hanc in eo

Sanctificat se sicut et ille sanctus est„

X· [4]Omnis qui facit peccatum· et iniquitatem facit· et peccatum est iniquitas

[5]Et scitis quoniam ille apparuit ut peccata tolleret„ Et peccatum in eo non est„ [6]Omnis qui in eo manet non peccat

Et omnis qui peccat non uidet eum nec cognouit eum„ [7]Filioli nemo uos seducat„ Qui facit iustitiam iustus est„ Sicut et ille iustus est„ [8]Qui facit peccatum ex diabolo est„ Quoniam ab initio diabolus peccat

In hoc apparuit filius dei ut dissoluat opera diaboli„ [9]Omnis qui natus est ex deo peccatum non facit quoniam semen ipsius in eo manet„ Et non potest peccare quoniam ex deo natus est

[10]In hoc manifesti sunt filii dei et filii diaboli

920 |Omnis qui non est iustus non est de deo et qui non diligit fratrem suum

[11]Quoniam haec est adnuntiatio quam audiuimus ab initio

c. II, 24 — III, 11.

10. *aduentuṁ* 15. V. *nouit*[nos]*quia*

ut diligamus alterutrum,, [12]Non sicut cain ex maligno erat et
occidit fratrem suum

Et propter quid occidit eum quoniam opera eius maligna
erant fratris autem eius iusta

XI· [13]Nolite mirari fratres si odit nos mundus,,

[14]Nos scimus quoniam translati sumus de morte in uitam,,
Quoniam diligimus fratres qui non diligit manet in morte

[15]Omnis qui odit fratrem suum homicida est·

Et scitis quoniam omnis homicida non habet uitam aeter-
nam in se manentem,, [16]In hoc cognouimus caritatem quoniam
ille pro nobis animam suam posuit,, Et nos debemus pro fra-
tribus nostris animas nostras ponere,, [17]Qui habuerit substan-
tiam mundi et uiderit fratrem suum necessitatem habe|re et **921**
clauserit uiscera sua ab eo,, Quomodo caritas dei manet in eo

XII· [18]Filioli mei non diligamus uerbo nec lingua
sed opere et ueritate,, [19]In hoc cognoscimus quoniam ex ueritate
sumus et in conspectu eius suadeamus corda nostra

[20]Quoniam si reprehenderit nos cor,, Maior est deus
corde nostro et nouit omnia,, [21]Carissimi si cor non reprae-
henderit nos,, Fiduciam habemus ad deum [22]et quodcumque
petierimus accipiemus ab eo,, Quoniam mandata eius custodi-
mus,, Et ea quae sunt placita coram eo facimus,, [23]Et hoc
est mandatum eius ut credamus in nomine fili eius ihesu
christi,, Et diligamus alterutrum sicut dedit mandatum nobis,,
[24]Et qui seruat mandata eius in illo manet et ipse in eo

Et in hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu
quem nobis dedit·

XIII· [4, 1]Carissimi nolite omni spiritui credere· Sed
probate |spiritus si ex deo sint,, Quoniam multi pseudoprophetae **922**
exierunt in mundo [2]in hoc cognoscitur spiritus dei,, Et omnis
spiritus qui confitetur ihesum christum in carne uenisse ex
deo est,, [3]Et omnis spiritus qui soluit ihesum ex deo non est
et hic est antichristi,, Quod audistis quoniam uenit et nunc
iam in mundo est,, [4]Uos ex deo estis filioli et uicistis eos,,
Quoniam maior est qui in uobis est quam qui in mundo,,
[5]Ipsi de mundo sunt ideo de mundo locuntur et mundus eos

c. III, 11 — IV, 5.

4. *iu$\overset{s}{x}$ta*
17. *suadeȧmus.* Lectionem retinui.
18. *repṛȧehenderit*
33. *ant$\overset{i}{e}$christi* | *audi-***s***tis*

audit,, [6]Nos ex deo sumus qui nouit deum audit nos qui non est ex deo non audit nos,, In hoc cognoscimus spiritum ueritatis· et spiritum erroris

XIIII· [7]Carissimi diligamus inuicem quoniam caritas ex deo est et omnis qui diligit ex deo natus est et cognoscit deum,, [8]Qui non diligit non nouit deum quoniam deus caritas est·

[9]In hoc apparuit caritas dei in nobis,, Quoniam filium
923 suum unigenitum misit deus in mundum ut |uiuamus per eum [10]in hoc est caritas,, Non quasi nos dileximus deum sed quoniam ipse dilexit nos

Et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris,, [11]Carissimi si sic deus dilexit nos et nos debemus alterutrum diligere,,

XV· [12]Deum nemo uidit umquam si diligamus inuicem deus in nobis manet et caritas eius in nobis perfecta est,, [13]In hoc intellegimus quoniam in eo manemus et ipse in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis

[14]Et nos uidimus et testificamur,, Quoniam pater misit filium saluatorem mundi,, [15]Quisquis confessus fuerit quoniam ihesus est filius dei,, Deus in eo manet et ipse in deo,, [16]Et nos cognouimus et credidimus caritati quam habet deus in nobis,,

XVI· Deus caritas est et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo,, [17]In hoc perfecta est caritas nobiscum ut fiduciam habeamus in die iudicii,, Quia sicut ille est et nos
924 sumus |in hoc mundo,, [18]Timor non est in caritate sed perfecta caritas foras mittit timorem,, Quoniam timor poenam habet,, Qui autem timet non est perfectus in caritate,, [19]Nos ergo diligamus quoniam deus prior dilexit nos,, [20]Si quis dixerit quoniam diligo deum

Et fratrem suam oderit mendax est,, Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet,, Deum quem non uidet quomodo potest diligere,, [21]Et hoc mandatum habemus ab eo ut qui diligit deum diligat fratrem suum,,

XVII· [5, 1]Omnis qui credit quoniam ihesus est christus ex deo natus est

Et omnis qui diligit eum qui natus est ex eo,, [2]In hoc

c. IV, 5 — V, 2.

2. *cogno*-**s***cimus*
4. post *quoniam* aliquae literae erasae, quae legi non amplius possunt.
5. *o*-**m***nis*
15. *perfe*-**c***ta*
23. *nobi*-**s***cum*

cognoscimus quoniam diligimus natos dei,, Cum deum diliga-
mus et mandata eius faciamus,, [3]Haec est enim caritas dei ut
mandata eius custodiamus et mandata eius grauia non sunt,,
[4]Quoniam omne quod natum est ex deo uicit mundum,, Et
haec uictoria quae uincit mun|dum fides nostra,, [5]Quis est qui **925**
uicit mundum nisi qui credit quoniam ihesus est filius dei,,
[6]Hic est qui uenit per aquam et sanguinem ihesus christus,,
Non in aqua solum sed in aqua et sanguine,, Et spiritus est
qui testificatur quoniam christus est ueritas,, [7]Quia tres sunt
qui testimonium dant· [8]spiritus et aqua et sanguis· et tres
unum sunt

XVIII· [9]Si testimonium hominum accipimus,,
Testimonium dei maius est

Quoniam hoc est testimonium dei quia testificatus est de
filio suo,, Quoniam hoc est testimonium dei quod maius est,,
[10]Qui credit in filio dei habet testimonium dei in se,, Qui non
credit filium mendacem facit eum quoniam non credidit in
testimonio quod testificatus est deus de filio suo,, [11]Et hoc
testimonium quoniam uitam aeternam dedit nobis deus,, Et
haec uita in filio eius est,, [12]Qui habet filium habet uitam

Qui non habet filium dei uitam non habet,,

|**XVIIII**· [13]Haec scribo uobis ut sciatis quoniam uitam **926**
habetis aeternam qui creditis in nomine filii dei,, [14]Et haec
fiducia quam habemus ad eum,, Quia quodcumque petierimus
secundum uoluntatem eius audit nos

[15]Et scimus quoniam audit nos quidquid petierimus

Scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab
eo,, [16]Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem
petet et dabit ei uitam peccanti non ad mortem,, Est pecca-
tum ad mortem non pro illo dico ut roget,,

[17]Omnis iniquitas peccatum est· et est peccatum ad
mortem,, [18]Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non
peccat sed generatio dei conseruat eum et malignus non
tangit eum

XX· [19]Scimus quoniam ex deo sumus et mundus
totus in maligno positus est,,

c. V, 2—19.

1. *natus* ductu calami vix visibili mutatum in *natos*
8. *sanguinem*
11. *unum·sunt*
12. *hominum hominum*
16. *te*-**s***timonium*
19. fort. ab ipso scriba [*hoc*] *est* testui scripto additum.
33. *mali*-**g***nus*

[20]Et scimus quoniam filius dei uenit et dedit nobis sensum ut cognoscamus uerum deum,, Et simus in uero filio eius,, hic est uerus deus et uita aeterna,,

927 |[21]Filioli custodite uos a simulacris· Amen,, *Legi*

c. V, 20—21.

. . . .

EXP· EPISTULA SCI· IOHAN
NIS PRIMA· INC· BREUES
EIUSDEM EPIST· SECUNDAE

. . . .

I· De dilligendis cultoribus ueritatis
II· De dilectione altera quod non sit nouum ac rude praeceptum,,
III· De seductorib· qui in hoc mundo abundant
IIII· De non dicendum haue eis qui aliud praeferunt dogma·
V· De sua praesentia in qua narrandum omnia reseruauit

EXP· BREUES EPIST· SECUNDAE
INC· EIUSDEM EPIST· SECUNDAE

. . . .

X̄ F̄ [1]Senior electae dominae et natis eius quos ego diligo in ueritate,, Et non ego solus sed et omnes qui cognonerunt ueritatem [2]quae permanet in nobis

928 Et nobiscum erit in aeternum,, [3]Sit uobiscum |gratia· misericordia· pax· a deo patre· et a christo ihesu filio patris in ueritate et caritate,,

II· [4]Gauisus sum ualde quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in ueritate sicut mandatum accepimus a patre,, [5]Et nunc rogo te domina non tamquam mandatum nouum scribens tibi,, Sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrum,, [6]Et haec est caritas ut ambulemus secundum mandata eius,,

III· Hoc mandatum est ut quemadmodum audistis ab initio in eo ambuletis,, [7]Quoniam multi seductores exierunt

v. 1—7.

4. *Legi* Victoris.
20. X̄ F̄ eiusdem.
25. sera illa manu, quam ad 417, 8 notavimus, margini adscripta sunt verba: *fidei* et *plenitūd dilec̄t*
27. *ueritatem̄*
28. Cave ne in codice pro puncto habeas minutam aliquam maculam quae super tertiam syllabam vocis *domina* conspicitur.

in mundum qui non confitentur ihesum christum uenientem in carne· hic est seductor et antichristus,, [8]Uidete uosmet ipsos ne perdatis quae operati estis sed ut mercedem plenam accipiatis,,

IIII· [9]Omnis qui praecedit et non manet in doctrina christi deum non habet,, Qui permanet in doctrina hic filium et patrem habet,, [10]Si quis uenit ad uos |et hanc doctrinam **929** non adfert,, Nolite recipere eum in domum nec haue ei dixeritis,, [11]Qui enim dicit illi haue communicat operibus illius malignis,, [12]Plura habens uobis scribere nolui per cartam et atramentum

Spero enim me futurum ad uos· et os ad os loqui ut gaudium uestrum plenum sit,, [13]Salutant te fili sororis tuae ecclesiae· amen . . . .

v. 7—13.

Legi

EXP· EPISTULA SCI· IOHANN·
SECUNDA· INC· BREUES
EPIST· SCI· IOHANN· TERTIA

. . . .

I· De filiis apostoli rigore tenentibus ueritatem
II· De elemosynis sancte uiuentium
III· De proteruia diotrophis
IIII· De demetrio cui testimonium cum omnibus ipsa ueritas reddit·
V· De multiplici sacramento quod ut reuelaret suum distulit aduentum

EXP· BREUES EPIST· SCI· IOHANN·
III· INC· EIUSDEM EPIST· TERTIA

| *X̄ F̄* **I**· [1]Senior Gaio carissimo· quem ego diligo in ueritate **930** caritatis,, [2]Ideo in omnibus orationem facio prospere te ingredi et ualere sicut prospere agit anima tua,, [3]Gauisus sum ualde uenientibus fratribus et testimonium perhibentibus ueritati tuae

v. 1—3.

1. *confitentur· ihesum*
2. *antechri-***s***tus*
10. *mali-***g***nis* | *cartham*
16. Victoris subscriptio.
22. *sanctae*

30. X̄ F̄ Victoris.
31. post *caritatis* a manu illa sera cf. not. ad 427, 25 glossa inscripta: *carissime te*
31. *o-***m***nibus*

Line 7: Verse incorrectly numbered '18'. Corrected to '10'.

Sicut tu in ueritate ambulas [4]maiorem horam non habeo gratiam,, Quam ut audiam filios meos in ueritate ambulantes

II· [5]Carissime fideliter facis quidquid operaris in fratres et hoc in peregrinos

[6]Qui testimonium perhibuerunt caritati tuae in conspectu ecclesiae quos bene facies deducens digne deo

[7]Pro nomine enim profecti sunt nihil accipientes a gentilibus,, [8]Nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut cooperatores simus ueritatis

III· [9]Scribsissem forsitam ecclesiae,, Sed his qui amat primatum gerere in eis diotrephes non recepit nos,, [10]Propter hoc si uenero commoneam eius opera quae facit

931 |Uerbis malignis garriens in nos et quasi non ei ista sufficiant,, Nec ipse suscepit fratres et eos qui cupiunt prohibet et de ecclesia eicit,,

IIII· [11]Carissime noli imitari malum sed quod bonum est,, Qui bene facit ex deo est· qui male facit non uidit deum,, [12]Demetrio testimonium redditur ab omnibus et ab ipsa ueritate,, Et nos autem testimonium perhibemus et nosti quoniam testimonium nostrum uerum est,,

V· [13]Multa habui scribere tibi sed nolui per atramentum et calamum scribere tibi

[14]Spero autem protinus te uidere et os ad os loquimur pax tibi,, Salutant te amici saluta amicos per nomen · · ·

v· 8—14·

Legi

EXP· EPISTULA SCI· IOHAN
NIS TERTIA· INCIPIUNT
BREUES EPISTULAE IUDAE

· ·

932 |**I·** De falsis doctoribus negatoribus scilicet christi inpudicis·

II· De praeuaricatione eorum qui eruditi ab intricationibus mundi delinquunt

III· De carnalibus desideriis et ignorantiae blasphemiis

IIII· De impiorum exitiis et intolerabilibus poenis

5. *con*-**s***pectu*
7. *profe*-**c***ti*
9. *sumus*
14. *su*-**s***cepit*
16. *emitari*
20. *te*-**s***timonium*
23. *os· ad os· loquimur.* Cf. 428, 12, ubi puncta desunt.
26. Victoris subscriptio

EXPLICIUNT BREUES
EPISTULAE IUDAE· INC
EIUSDEM EPISTULA·

. . . .

X̄ F̄ **I·** [1]Iudas ihesu christi seruus frater autem iacobi his qui in deo patre dilectis et ihesu christo conseruatis uocatis

[2]Misericordia uobis et pax et caritas adinpleatur

[3]Carissimi omnem sollicitudinem faciens scri|bendi uobis,, **933**
De communi uestra salute necesse habui scribere uobis,,

Depraecans supercertari semel traditae sanctis fidei,, [4]Subintroierunt enim quidam homines

Qui olim praescribti sunt in hoc iudicium impii·

Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam

Et solum dominatorem dominum nostrum ihesum christum negantes

II· [5]Commonere autem uos uolo scientes semel omnia,, Quoniam ihesus populum de terra aegypti saluans,, Secundo eos qui non crediderunt perdidit,, [6]Angelos uero qui non seruauerunt suum principatum,, Sed dereliquerunt suum domicilium,, In iudicium magni dei uinculis aeternis sub caligine reseruauit,,

III· [7]Sicut sodoma et gomorra et finitimae ciuitates

Simili modo exfornicatae

Et abeuntes post carnem alteram,, Factae sunt exemplum ignis aeterni poenam sustinentes

|[8]Similiter et hi carnem quidem maculant,, Dominationem **934**
autem spernunt,, Maiestates autem blasphemant,, [9]Cum micahel archangelus cum diabolo disputans altercaretur de mosi corpore,, Non est ausus iudicium inferre blasphemiae,, Sed dixit imperet tibi dominus,, [10]Hi autem quaecumqae quidem ignorant blasphemant,,

v. 1—10.

8. X̄ F̄ Victoris.
19. *o*-**m***nia*
21. *angelus* in *–os* mutatum.
30. *michael· arc*[h]*angelus*. Istud *h* a scriba videtur statim post factam scriptionem additum esse.
32. *bla*-**s***phemiae*

Quaecumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt in his corrumpuntur,,

IIII· [11]Uae illis qui uia cain abierunt et errore balaam mercede effusi sunt·

Et contradictione core perierunt,, [12]Hi sunt in epulis suis maculae conuinantes,, Sine timore semet ipsos pascentes,, Nubes sine aqua quae a uentis circumferuntur,, Arbores autumnales infructuosae bis mortuae eradicatae,, [13]Fluctus feri maris despumantes suas confessiones,, Sidera errantia quibus pro-
935 cel|la tenebrarum in aeternum seruata est·

V· [14]Prophetauit autem et his septimus ab adam enoch dicens,, Ecce uenit dominus in sanctis milibus suis [15]facere iudicium contra omnes et arguere omnes impios,, De omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt

Et de omnibus duris quae locuti sunt contra eum peccatores impii,, [16]Hi sunt murmuratores quaerellosi secundum desideria sua ambulantes,, Et os illorum loquitur superbia,, Mirantes personas quaestus causa,,

VI· [17]Uos autem carissimi memores estote uerborum quae praedicta sunt ab apostolis domini ihesu christi

[18]Quia dicebant uobis quoniam in nouissimo tempore uenient inlusores

Secundum sua desideria ambulantes impietatum

[19]Hi sunt qui segregant animales spiritum non habentes,, [20]Uos autem carissimi superaedificantes uosmet ipsos sanctis-
936 simae |uestrae fidei in spiritu sancto orantes,, [21]Ipsi uos in dilecdone dei seruate,,

[22]Et hos quidem arguite iudicatos,, [23]Illos uero saluate de igne rapientes

Aliis autem miseremini in timorem,, Odientem et eam quae carnalis est maculatam tunicam

VII· [24]Ei autem qui potens est uos conseruare sine peccato et constituere ante conspectum gloriae suae inmaculatos,, In exultatione [25]soli deo saluatori nostro per ihesum christum dominum nostrum,, Gloria magnificentia imperium et

v. 10—25.

6. *pa*-**s***centes*
8. Siglum ·/ ad marginem pictum, quod correctionem aliquam postulat, fortasse ad sequens vocabulum *confessiones* referendum est.
11. [*autem*] ᵈ*et his*. Lectionem retinui.
13. *o*-**m***nes*
18. *quae*-**s***tus causa*
24. *spu*ᵐ
25. 26. *scissime*ᵃ
28. Glossam habes a manu illa sera cf. not. ad 427, 25 margini adscriptam *in affectu cerimoniarum nimia* | *sa-lutate* ut vdtr a Victore correctu in *saluate*.
30. *timorem*. Lectionem retinui, sine qua quod sequitur *Odientem* explicari nequit.
35. *ma*-**g***nificentia*

potestas ante omne saeculum„ Nunc et in omni saecula„ Amen

. . . .

Legi

EXPL· EPISTULA SCI
IUDAE· INC· PROLOGUS
APOCALYPSIS SCI
IOHANNIS· AMEN·

. . . .

|$\overline{X}\,\overline{F}$ Iohannes apostolus et euangelista a domino christo electus atque dilectus in tanto amore dilectionis ab eo est habitus ut in cena super pectus eius recumberet· Et ad crucem astans soli matrem propriam commendasset ut quem nubere nolentem ad amplexum uirginitatis asciuerat ipsi etiam custodiendam uirginem tradidisset **937**

Hic itaque cum propter uerbum dei et testimonium ihesu christi exilio in pathmos insulam mitteretur·

Illic ab eodem apocalypsis praeostensa describitur ut sicut in principio canonis id est libri geneseos incorruptibile principium praenotatur·

Ita etiam incorruptibilis finis per uirginem in apocalypsi redderetur dicens· ego sum α et ω initium et finis· hic est iohannes qui sciens superuenisse sibi diem egressionis de corpore conuocatis in efeso discipulis descendit in defossum sepulturae suae locum |orationeque conpleta reddidit spiritum **938** tam a dolore mortis factus extraneus quam a corruptione carnis noscitur alienus cuius tamen scribturae dispositio uel libri ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur ut scientibus inquirendi desiderium conlocetur· et quaerentibus laboris fructus· et deo magisterii doctrina seruetur·

EXP·PROLOGUS
INC· CAPIT· APOCALYPSIS
SCI· IOHANNIS · · ·

4. Victoris subscripio.
10. $\overline{X}\,\overline{F}$ Victoris.
11. *adq·* in *atq·* correctum.
13. *adstans* in *astans* mutatum.
14. *uolentem* obelo adhibito in *nolentem* mutatum. | *a*$\overset{m}{n}$*plexum*
27–30. Serior ut vdtr manus post vocabula *dispositio* ordinatio *exponitur fructus* puncta interiora intulit.
29. *scientibus inquirendi* vocabula minutissimo puncto inter se separata.

I· Iohannes septem ecclesiis quae sunt in asia

II· Scribe ergo quae uidisti et quae sunt et quae oportet fieri post haec et sacramentum VII stellarum

III· Post haec uidi ecce osteum apertum in caelo

IIII· Et uidi in dextera sedentis super thronum librum scribtum

V· Et uidi quod aperuisset agnus unum de VII sigillis

939 **VI·** Post haec uidi quattuor angelos |stantes super quattuor angulos terrae

VII· Post haec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat

VIII· Et cum aperuisset sigillum septimum factum est silentium in caelo.

VIIII· Et uidi alium angelum fortem descendentem de caelo amictum nube

X· Et uox quam audiui de caelo iterum loquentem mecum

XI· Et septimus angelus tuba cecinit et factae sunt uoces magnae in caelo dicentes,,

XII· Et apertum est templum dei in caelo et uisa est arca testamenti eius in templo eius

XIII· Et factum est proelium in caelo· micahel et angeli eius proeliabantur cum dracone

XIIII· Et uidi aliam bestiam ascendentem de terra et habebat cornua duo

XV· Et uidi et ecce agnus stabat super montem sion et cum illo centum quadraginta quattuor milia

940 **XVI·** Post haec uidi et ecce apertum est templum |tabernaculi testimonii in caelo,,

XVII· Et uenit unus de septem angelis qui habebant VII plagas et locutus est mecum dicens·

XVIII· Et post haec uidi alium angelum descendentem de caelo habentem potestatem magnam et terra inluminata est a gloria eius·

XVIIII· Post haec audiui quasi uocem magnam turbarum multarum in caelo dicentium alleluia·

XX· Et uidi caelum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum uocabatur fidelis et uerax·

XXI· Haec est resurrectio prima beatus et sanctus· qui habet partem in resurrectione prima·

XXII· Et uenit unus· de VII angelis habentib· fialas plenas septem plagis nouissimis,,

XXIII· Et ostendit mihi flumen aquae uiuae splendidum tamquam chrystallum

7. voc. *angelos* a scriba typis aliquanto minoribus textui scripto additum.

XXIIII· Et dixit mihi haec uerba fidelissima et uera sunt
XXV· Ego ihesus misi angelum |meum testificari uobis haec in **941**
ecclesiis · · · · · · · · · · · · · · · · ·

EXPL· CAPITULA·
INC· APOCALYPSIS·
SCI· IOHANNIS· AMEN·

· ·

$\overline{X}\,\overline{F}$ [1, 1]Apocalypsis ihesu christi quae dedit illi deus palam facere seruis suis quae oportet fieri cito,, Et significauit mittens per angelum suum seruo suo iohanni,, [2]Qui testimonium perhibuit uerbo dei et testimonium ihesu christi quaecumque uidit,,

[3]Beatus qui legit et qui audiunt uerba prophetiae et seruant ea quae in ea scribta sunt tempus enim prope est,,

I· [4]Iohannes VII ecclesiis quae sunt in asia,, Gratia uobis et pax ab eo qui est et qui erat et qui uenturus est,, Et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt [5]et ab ihesu christo qui est testis fidelis· Primogenitus mortuorum et princeps |regum terrae,, Qui dilexit nos et lauit **942**
nos a peccatis nostris in sanguine suo,, [6]Et fecit nostrum regnum sacerdotes deo et patri suo,, Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum amen,, [7]Ecce uenit cum nubibus et uidebit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt,, Et plangent se super eo omnes tribus terrae etiam amen

[8]Ego sum α et ω principium et finis dicit dominus deus

Qui est et qui erat· et qui uenturus est omnipotens,, [9]Ego iohannes frater uester,, Et particeps in tribulatione et regno et patientia in ihesu,, Fui in insula quae appellatur paphmos· propter uerbum dei et testimonium ihesu,, [10]Fui in spiritu in dominica die et audiui post me uocem magnam tamquam tubae [11]dicentis,, Quod uides scribe in libro et mitte VII ecclesiis,, Ephesum· et zmyrnae· et pergamum et thyatirae et sardis· et filadelfiae |et laodiciae,, [12]Et conuersus sum ut uiderem uocem **943**
quae loquebatur mecum

c. I, 1—12.

8. Victoris siglum.
13. voc. *prophetae* scriba statim post scriptionem mutavisse videtur in *prophetiae*
17. *conspe*-**c***tu*
21. *gloriam* puncto atque obelo adhibito mutatum in *gloria*
22. Ad marg. siglum *T*, indicandae novae capitis sectione inserviens.
25. *sum ·α· et ·ω· principium*
34. *loquebantur* puncto ac rasura mutatum in *–atur*

Et conuersus uidi VII candelabra aurea,, [13]Et in medio VII candelabrorum similem filio hominis

Uestitum podere et praecinctum ad mammillas zonam auream,, [14]Caput autem eius et capilli erant candidi tamquam lana alba aut tamquam nix,, Et oculi eius uelut flamma ignis,, [15]Et pedes eius similes aericalco sicut in camino ardenti,, Et uox illius tamquam uox aquarum multarum,, [16]Et habebat in dextera sua stellas VII

Et de ore eius gladius utraque parte acutus exiebat·

Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua,, [17]Et cum uidissem eum cecidi ad pedes eius tamquam mortuus,, Et posuit dexteram suam super me dicens noli timere

Ego sum primus et nouissimus,, [18]Et fui mortuus et ecce sum uiuens in saecula saeculorum

944 Et habeo claues mortis |et inferni,,

II· [19]Scribe ergo quae uidisti et quae sunt et quae oportet fieri post haec,,

[20]Sacramentum VII stellarum quas uidisti in dextera mea,, Et septem candelabra aurea,, Septem stellae angeli sunt VII ecclesiarum,, Et candelabra VII VII ecclesiae sunt,, [2, 1]Angelo ephesi ecclesiae scribe,, Haec dicit qui tenet VII stellas in dextera sua,, Qui ambulat in medio VII candelabrorum aureorum,, [2]Scio opera tua et laborem et patientiam tuam· Et quia non potes sustinere malos,, Et temptasti eos qui se dicent esse apostolos et non sunt

Et inuenisti eos mendaces [3]et patientiam habes

Et sustinuisti propter nomen meum et non defecisti,, [4]Sed habeo aduersus te quod caritatem tuam primam reliqueris

[5]Memor esto itaque unde excideris et age paenitentiam
945 et prima opera fac,, Sin autem |uenio tibi et mouebo candelabrum tuum de loco suo,, Nisi paenitentiam egeris,, [6]Sed hoc habes quia odisti facta nicolaitarum quae ego dico,,

[7]Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis

Uincenti dabo ei edere de ligno uitae quod est in paradiso dei mei,, [8]Et angelo zmyrnae ecclesiae scribe,, Haec dicit primus et nouissimus qui fuit mortuus et uiuit,,

5. *flammaṁ*
6. *aericalco* sero tempore mutatum, in *or*.
7. *stillas* mutatum in *stellas*, cf.29, 17.
19. *Se*-**p***tem*
24. *tempta*-**s***ti*
32. Ad marginum obelus cum puncto ad postulandam correctionem verbi *dico*
35. Ad marg. siglum *T*, cf. not. ad 434, 22. Idem deprehenditur 436, 9. 24; 437, 11. 26; 438, 8. Deest 435, 20. | *scribàe* puncto et obelo adhib. in *scribe* mutatum.

[9]Scio tribulationem tuam et paupertatem tuam sed diues es,, Et blasphemaris ab his qui se dicent iudaeos esse et non sunt sed sunt synagoga satanae,, [10]Nihil horum timeas quae passurus es,,

Ecce missurus est diabolus ex uobis in carcerem ut temptemini,, Et habebitis tribulationem diebus X,, Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam uitae,,

[11]Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis

Qui uicerit non laeditur a morte secunda,, [12]Et angelo pergami ecclesiae |scribe,, Haec dicit qui habet rompheam **946** utraque parte acutam,, [13]Scio ubi inhabitas ubi sedes est satanae,, Et tenes nomen meum et non negasti fidem meam,, Et in diebus antipas testis mei fidelis,, Qui occisus est apud uos ubi satanas habitat

[14]Sed habeo aduersus te pauca

Habes illic tenentes doctrinam balaam,, Qui docebat balaac mittere scandalum coram filiis israhel edere et fornicari,, [15]Ita habes et tu tenentes doctrinam nicolaitarum

Similiter [16]paenitentiam age,, Si nihilominus uenio tibi cito et pugnabo cum illis in gladio oris mei,, [17]Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis,, Uincenti dabo ei manna abscondita

Et dabo ei calculum candidum in calculo nomen scribtum quod nemo scit nisi qui accipit,, [18]Et angelo thyatirae ecclesiae scribe,, Haec dicit filius dei qui habet oculos ut flamma ignis,, Et pedes eius similes aericalco

|[19]Noui opera tua et caritatem et fidem et mysterium et **947** patientiam tuam nouissima plura prioribus

[20]Sed habeo aduersus te quia permittis mulierem iezabel,, Quae se dicit propheten,, Docere et seducere seruos meos fornicari et manducare de idolothytis,, [21]Et dedi illis tempus ut paenitentiam agerent et non uult paeniteri a fornicatione sua,, [22]Ecce mitto eam in lectum et qui moecantur cum ea in tribulatione maxima,, Nisi paenitentiam egerint ab operibus eius [23]et filios eius interficiam in morte

Et scient omnes ecclesiae quia ego sum scrutans renes

c. II, 9—23.

10. *scribȧe·* Eadem ratione correctum.
13. *meu̇ṡ* | *aput* correctum in *apud*
18. *do*-**c***trinam*
23. *noüüm* punctis litterisque *en* additis mutatum in *nomen*
25. *scribȧe* cf. not. secund. ad 435, 35.
27. *operaṁ tuaṁ*
33. *et* statim post scriptionem a scriba vocabulis *lectum qui* videtur esse superscriptum.
35. *morteṁ*

Line 24: Ranke had ‘nomo’, which I cannot find, but close examination of the ms. shows the first ‘o’ is an ‘e’.

et corda,, Et dabo unicuique uestrum secundum opera uestra,,
Uobis autem dico [24]ceteris qui thyatirae estis,,

Quicumque non habent doctrinam hanc qui non cogno-
uerunt altitudines satanae,, Quemadmodum dicunt,, Non mittam
super uos aliud pondus

948 [25]Tamen id quod habetis |tenete donec ueniam,,

[26]Et qui uicerit et qui custodierit usque in finem opera
mea,, Dabo illi potestatem super gentes [27]et reget illas in uirga
ferrea tamquam uas figuli confringentur,, Sicut et ego accepi a
patre meo [28]et dabo illi stellam matutinam,, [29]Qui habet aurem
audiat· quid spiritus dicat ecclesiis,, [3, 1]Et angelo ecclesiae
sardis scribe Haec dicit· qui habet VII spiritus dei et VII
stellas,,

Scio opera tua quia nomen habes quod uiuas et mortuus
es,, [2]Esto uigilans et confirma cetera quae moritura erant,,
Non enim inuenio opera tua plaena coram deo meo,, [3]In mente
ergo habe qualiter acceperis et serua et paenitentiam age,,
Si ergo non uigilaueris ueniam tamquam fur et nescies qua
hora ueniam ad te,,

[4]Sed habes pauca nomina in sardis qui non inquinauerunt
uestimenta sua

Et ambulant mecum in albis quia digni sunt,, [5]Qui uicerit
949 sic uestietur |uestimentis albis,, Et non delebo nomen eius de
libro uitae,, Et confitebor nomen eius coram patre meo et
coram angelis eius,, [6]Qui habet aurem audiat· quid spiritus
dicat ecclesiis,, [7]Et angelo filadelfiae ecclesiae scribe,, Haec
dicit sanctus et uerus qui habet clauem dauid,, Qui aperit et
nemo cludit· et cludit et nemo aperit [8]scio opera tua,, Ecce
dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere,,
Quia modicam habes uirtutem et seruasti uerbum meum et
non negasti nomen meam,, [9]Ecce dabo de synagoga satanae,,

Qui dicunt se iudaeos esse et non sunt sed mentiuntur,,
Ecce faciam illos ut ueniant et adorent ante pedes tuos,, Et
scient quia ego dilexi te

[10]Quoniam seruasti uerbum patientiae meae,, Et ego
seruabo te ad horam temptationis,, Quae uentura est in orbem

c. II, 23 — III, 10.

3. *Quicum*q· correctum monente Victoris siglo ·/ margini adscripto. | *co*-**g***nouerunt*
8. *pote*-**s***tatem*
16. *plêna*
26. *scribàe*
29. *osteum* (i supra e) | *cludere* (a supra u)

uniuersam,, Temptare |habitantes in terra,, [11]Ecce uenio cito 950
tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam,, [12]Qui uicerit
faciam illum columnam in templo dei mei et foras non egre-
dietur amplius,, Et scribam super eum nomen dei mei

Nouae hierusalem quae descendet de caelo deo meo et
nomen nouum·

[13]Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis,,
[14]Et angelo ecclesiae laodiciae scribe,, Haec dicit amen testis
fidelis et uerus qui est principium creaturae dei,, [15]Scio opera
tua· quia neque frigidus es· neque calidus,,

Utinam frigidus esses aut calidus,, [16]Sed quia tepidus es
et nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore meo

[17]Quia dices quod diues sum et locupletatus et nullius
egeo,, Et nescis quia tu es miser et miserabilis et pauper et
caecus et nudus,, [18]Suadeo tibi emere a me aurum ignitum
probatum ut locuples fias,, Et uesti|mentis albis induaris et 951
non appareat confusio nuditatis tuae,, Et collyrio inunge
oculos tuos ut uideas,, [19]Ego quos amo arguo et castigo,,

Aemulare ergo et paenitentiam age,, [20]Ecce sto ad ostium
et pulso,, Si quis audierit uocem meam

Et aperuerit ianuam introibo ad illum et caenabo cum
illo et ipse mecum

[21]Qui uicerit dabo ei sedere mecum in throno meo

Sicut et ego uici et sedi cum patre meo in throno eius

[22]Qui habet aures audiat quid spiritus dicat ecclesiis

III· [4, 1] Post haec uidi ecce ostium apertum in caelo,,
Et uox prima quam audiui tamquam tuba loquentis mecum
dicens,, Ascende huc et ostendam tibi quae oportet fieri post
haec,, [2]Statim fui in spiritu et ecce sedes posita erat in caelo,,
Et supra sedens [3]et qui sedebat similis erat aspectui lapidis
hiaspidis et sardini,, Et hiris erat in circuitu sedis similis
uisioni zmaragdinae

|[4]Et in circuitu sedis sedilia uiginti quattuor et super 952
thronos XXIIII seniores

Sedentes circumamictos uestimentis albis,, Et in capitibus
eorum coronas aureas,, [5]Et de throno procedunt fulgura et

c. III, 10 — IV, 5.

3. *colu*-**m***nam*
17. *inung~~u~~e*
21. *cênabo* = *c*[a]*enabo*
29. *sedes* e *sedis* correctum.
30. *aspe*-**c***tui*
31. *circuito*[u], quae litera fortasse Victorina non est. Sed cf. v, 33 et 439, 4.

uoces et tonitrua· et VII lampades ardentes ante thronum quae sunt VII spiritus dei,, [6]Et in conspectu sedis tamquam mare uitreum simile crystallo

Et in medio sedis et in circuitu sedis quattuor animalia,, Plaena oculis ante et retro,, [7]Et animal primum simile leoni

Et secundum animal simile uitulo,, Et tertium animal habens faciem quasi hominis,, Et quartum animal simile aquilae uolantis· [8]Et quattuor animalia singula eorum habebant alas senas,, Et in circuitu et intus plaena sunt oculis,, Et requiem non habent die et nocte dicentia

Sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens,, Qui erat et qui est· et qui uenturus est

[9]Et cum darent illa animalia

953 |Gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum uiuenti in saecula saeculorum

[10]Procident XXIIII seniores ante sedentem in throno,, Et adorabant uiuentem in saecula saeculorum,, Et mittent coronas suas ante thronum dicentes,, [11]Dignus es domine deus noster accipere gloriam et honorem et uirtutem,, Quia tu creasti omnia et propter uoluntatem tuam erant et creata sunt

IIII· [5, 1]Et uidi in dextera sedentis super thronum librum scribtum intus et foras,, Signatum sigillis septem,, [2]Et uidi angelum fortem praedicantem uoce magna

Quis est dignus aperire librum et soluere signacula eius,, [3]Et nemo poterat in caelo neque in terra neque subtus terra aperire librum neque respicere illum,, [4]Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum nec uidere eu

954 |[5]Et unus de senioribus dicit mihi ne fleueris,, Ecce uicit leo de tribu iuda radix dauid· aperire librum et VII signacula eius,,

[6]Et uidi et ecce in medio throni et quattuor animalium et in medio seniorum,,

Agnum stantem tamquam occisum,, Habentem cornua VII et oculos VII

Qui sunt spiritus dei missi in omnem terram,, [7]Et uenit et accepit de dextera sedentis de throno librum [8]et cum aperuisset librum

c. IV, 5 — V, 8.

5. *Pl[a]ena*
7. *aquil[a]e*
9. *pl[a]ena*
20. *pro*-**p***ter*
24. *si*-**g***nacula*

25. Victoris siglum ·/ corrigendae alicui literae destinatum. Fortasse desiderabatur neque post poterat
34. *o*-**m***nem*

Quattuor animalia et uiginti quattuor seniores ceciderunt coram agno

Habentes singuli thiaras et fialas aureas,, Plaenas odoramentorum quae sunt orationes sanctorum,, [9]Et cantant nouum canticum dicentes,, Dignus es accipere librum et aperire signacula eius,, Quoniam occisus es et redemisti nos deo in sanguine tuo

Ex omni tribu et lingua et populo et natione

[10]Et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes et
regnabunt super |terram,, [11]Et uidi et audiui uocem angelorum **955**
multorum in circuita throni et animalium et seniorum,, Et erat numerus eorum milia milium [12]dicentium uoce magna

Dignus est agnus qui occisus est,, Accipere uirtutem et diuinitatem et sapientiam,, Et fortitudinem et honorem

Et gloriam et benedictionem,, [13]Et omnem creaturam quae in caelo est et super terram,, Et quae sunt in mari et quae in ea,, Omnes audiui dicentes sedenti in throno et agno,, Benedictio et honor et gloria et potestas in saecula saeculorum,, [14]Et quattuor animalia dicebant· amen

Et seniores ceciderunt et adorauerunt,,

V· [6, 1]Et uidi quod aperuisset agnus unum de septem sigillis,, Et audiui unum de quattuor animalibus dicentem tamquam uocem thonitrui ueni [2]et uide,, Et ecce equus albus et qui sedebat super illum habebat arcum

|Et data est ei corona et exiuit uincens ut uinceret **956**

[3]Et cum aperuisset sigillum secundum· audiui secundum animal dicens ueni

[4]Et exiuit alius equus rufus et qui sedebat super illum datum est ei ut sumeret pacem de terra,, Et ut inuicem se interficerent,, Et datus est illi gladius magnus,, [5]Et cum aperuisset sigillum tertium,, Audiui tertium animal dicens ueni,,

Et uidi et ecce equus niger

Et qui sedebat super eum habebat statera in manu sua,, Et audiui tamquam uocem in medio quattuor animalium dicentium,, Bilibris trittici denario· et tres bilibres hordei denario

Et uinum et oleum ne laeseris,, [7]Et cum aperuisset

c. V, 8 — VI, 7.

3. *Pl*$\overset{a}{e}$*nas*
5. *si*-**g***nacula*
15. Margini duo obeli adscripti sunt, fortasse ad errorem indicandum, qui positus est in vocula *ea*. Repraesentant ergo formam solitam sigli ·/
17. *Benedi*-**c***tio*
19. *càeciderunt*

sigillum quartum audiui uocem quarti animalis dicentis ueni
[8]et uidi,, Et ecce equus pallidus et qui sedebat super eum
nomen illi mors et infernus sequebatur eum,, Et data est illi
957 potestas super quatt|uor partes terrae,,
Interficere gladio fame et morte et bestiis terrae,, [9]Et
cum aperuisset quintum sigillum

Uidi subtus altare animas interfectorum,, Propter uerbum
dei et propter testimonium quod habebant,, [10]Et clamabant
uoce magna dicentes,, Usque quo domine sanctus et uerus
non iudicas et uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant
terra,, [11]Et datae sunt singulae stolae albae,, Et dictum est
illis ut requiescerent tempus adhuc modicum,, Donec im-
pleantur conserui eorum qui interficiendi sunt sicut et illi

[12]Et uidi cum aperuisset sigillum sextum,, Et terrae
motus factus est magnus,, Et sol factus est niger tamquam
saccus cilicinus et luna tota facta est sicut sanguis,, [13]Et stellae
958 ceciderant super terram,, Sicut ficus mittet grossos suos |cum
a uento magno mouetur,, [14]Et caelum recessit sicut liber in-
uolutus,, Et omnis mons et insulae de locis suis motae sunt,,
[15]Et reges terrae et principes et tribuni,, Et diuites et fortes
et omnis seruus et liber absconderunt se in speluncis et petris
montium,, [16]Et dicunt montibus et petris,,

Cadite super nos et abscondite nos a facie sedentis
super thronum et ab ira agni,, [17]Quoniam uenit dies magnus
irae ipsorum et quis poterit stare,,

VI· [7,] [1]Post haec uidi quattuor angelos stantes super
quattuor angulos terrae

Tenentes quattuor uentos terrae,, Ne flarent super terram,,
Neque super mare neque in ullam arborem,, [2]Et uidi alterum
angelum ascendentem ab ortu solis,, Habentem signum dei
uiui et clamauit uoce magna,, Quattuor angelis quibus datum
959 est nocere terrae et mari [3]dicens,, Nolite |nocere terrae· neque
mari neque arboribus,, Quoadusque signemus seruos dei nostri
in frontibus eorum,, [4]Et audiui numerum signatorum,, Centum
quadraginta quattuor milia signati,, Ex omni tribu filiorum
israhel,,

c. VI, 7 — VII, 4.

7. *Pro*-**p***ter*
8. *pro*-**p***ter*
23. *facieṁ*
29. *Neq·*” Quae signa cave ne critici generis esse aestimes. Maculae sunt a pagina proxima huic inditae.

Line 30: Ranke embodies *ortuṁ* without comment.

[5] Ex tribu iuda $\overline{XII}$ signati
Ex tribu ruben $\overline{XII}$
Ex tribu gad $\overline{XII}$
[6]Ex tribu aser $\overline{XII}$
Ex tribu neptalim $\overline{XII}$
Ex tribu manasse $\overline{XII}$
[7]Ex tribu simeon $\overline{XII}$
Ex tribu leui $\overline{XII}$
Ex tribu isachar $\overline{XII}$
[8]Ex tribu zabulon $\overline{XII}$
Ex tribu ioseph $\overline{XII}$
Ex tribu beniamin $\overline{XII}$ signati

VII· [9]Post haec uidi turbam magnam,, Quam dinumerare nemo poterat

Ex omnibus gentibus· et tribubus et populis et linguis,, Stantes ante thronum et in conspectu agni,, Amicti stholas albas et palmae in manibus eorum,, [10]Et clamabant uoce magna dicentes,, Salus deo nostro qui sedet super thronum
et agno,, [11]Et omnes |angeli stabant in circuitu throni et 960
seniorum et quattuor animalium,, Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas et adorauerunt deum [12]dicentes· AMEN·

Benedictio et claritas et sapientia,, Et gratiarum actio,, Et honor et uirtus et fortitudo deo nostro in saecula saecolorum· amen

[13]Et respondit unus de senioribus dicens mihi,, Hi qui amicti sunt stholis albis qui sunt et unde uenerunt,, [14]Et dixi illi· domine mi tu scis· Et dixit mihi hi sunt qui ueniunt de tribulatione magna,, Et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni,, [15]Ideo sunt ante thronum dei et seruiunt ei die ac nocte in templo eius

Et qui sedet in throno habitabit super illos· [16]Non esurient neque sitient amplius,, Neque cadet super illos sol· neque ullus aestus· [17]quoniam agnus qui in medio throni est reget illos et deducet eos ad uitae fontis aqarum

Et absterget omnem lacrimam ex oculis eorum

|**VIII·** [8, 1]Et cum aperuisset sigillum septimum,, 961

c. VII, 5 — VIII, 1.

1. *Ex tribu· iuda·* $\overline{XII}$*· signati* et sic porro usque ad versum 11.
15. *tri*[ub]*bus* et *popul*[i]*us* quae correctiones an Victoris sint, incertum.
16. *conspe*-**c***tu*

Factum est silentium in caelo quasi media hora,, [2]Et uidi septem angelos stantes in conspectu dei,, Et datae sunt illis septem tubae

[3]Et alius angelus uenit et stetit ante altare,, Habens turabulum aureum et data sunt illi incensa multa quae sunt orationes sanctorum omnium super altare auream quod est in conspectu dei,, [4]Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum· Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram deo

[5]Et accepit angelus turabulum,, Et inpleuit illud de igne altaris et misit in terram,, Et facta sunt thonitrua et uoces

Et fulgora et terrae motus

[6]Et VII angeli qui habebant VII tubas parauerunt se ut tubicinarent

[7]Et primus angelus tuba cecinit et facta est grando et
962 ignis mixta in sanguine |et missum est in terram

Et tertia pars terrae conbusta est et tertia pars arboram conbusta est

Et omne faenum uiride conbustum est,,

[8]Et secundus angelus tuba cecinit,, Et tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare

Et facta est tertia pars maris sanguis,, [9]Et mortua est tertia pars creaturae quae habet animas,, Et tertia pars nauium interiit,, [10]Et tertius angelus tuba cecinit,, Et cecidit de caelo stella magna ardens tamquam facula,, Et cecidit in terram in partem fluminum et fontes aquarum

[11]Et nomen stellae dicitur absentius,, Et facta est tertia pars aquaram in absentium,, Et multi homines mortui sunt de aquis quia amarae factae sunt,, [12]Et quartus angelus tuba cecinit,,

Et percussa est tertia pars solis et tertia pars lunae et tertia pars stellarum

963 Ut obscuraretur tertia pars eorum ut diei non lu|ceret pars tertia et nocte similiter,, [13]Et uidi et audiui uocem unius aquilae uolantis per medium caelum dicentis uoce magna,, Uae·

c. VIII, 1—13.

2. *se*-**p***tem*
16. Margini adscriptum est siglum ⲧ, sub quo minutissimum k positum video. Cf. not. ad 434, 22; 443, 25 etc. nec non 179, 11.
20. *omneṁ faenum urideṁ*
21. Siglum ⲧ appositum indicandis angelorum numeris cf. v. 25. 30. 444, 3. 30.
24. *habeṅt*
25. Siglum ⲧ appositum.
30. *fa*-**c***tae* | Siglum ⲧ
34. *lucereṅt*

uae· uae· habitantibus· in terra,, De ceteris uocibus tubae trium angelorum qui erant tuba canituri

[9,] [1]Et quintus angelus tuba cecinit,, Et uidi stellam de caelo cecidisse in terra

Et data est illi clauis putei abyssi et aperuit puteum abyssi,, [2]Et ascendit fumus putei sicut fornacis magnae,, Et obscuratus est sol et aer de fumo putei,, [3]Et de fumo putei exierunt lucustae in terram,, Et data est illis potestas sicut habent potestatem scorpiones terrae,, [4]Et praeceptum est illis ne laederent faenum terrae

Neque omne uiride neque omnem arborem,, Nisi tantum homines qui non habent signum dei in frontibus suis,, [5]Et datum est illis ne occiderent eos sed ut cruciarentur mensibus quinque,,

|Et cruciatus eorum ut cruciatus scorpii cum percutit 964
hominem

[6]Et in diebus illis quaerent homines mortem et non inuenient eam,, Et desiderabunt mori et mors fugiet ab eis,, [7]Et similitudines lucustarum similes equis paratis in proelium,, Et super capita earum tamquam coronae similes auro,, Et facies earum sicut facies hominum,, [8]Et habebant capillos mulierum,, Et dentes earum sicut leonum erant,, [9]Et habebant loricas sicut loricas ferreas,, Et uox alarum earum sicut uox curruum equorum multorum currentium in bellum,, [10]Et habebant caudas similes scorpionum,, Et aculei erant in caudibus earum potestas earum nocere hominibus mensibus quinque

[11]Et habent super se regem angelum abyssi,, Cui nomen hebraeice abaddon· graece apollion· et latine exterminans

[12]Uae· unum abiit,, Ecce |ueniunt adhuc· duo· uae post 965
haec,, [13]Et sextus angelus tuba cecinit,,

Et audiui uocem unum ex cornibus altaris aurei quod est ante oculos dei,, [14]Dicentem sexto angelo qui habebat tubam,, Solue quattuor angelos qui alligati sunt in flumine magno eufrate,, [15]Et soluti sunt quattuor angeli qui parati erant in horam et diem et mensem et annum ut occiderent tertiam partem hominum

c. VIII, 13 — IX, 15.

1. Siglum Victorinum ·/ fortasse delendum vocabulum *tubae* significat.
3. Siglum ⊤
11. *o*-**m***nem*
25. Siglum ·/ correctionem vocabuli *caudibus* postulat.
28. *hebraeicàe* | *graecàe* | *latinàe*
30. Siglum ⊤ appositum.
31. Siglum ·/ correctionem fortasse vocabuli unum postulat, in quo errorem sibi deprehendisse Victor videbatur.
34. *ma*-**g***no*

[16]Et numerus equestris exercitus uicies milies dena milia audiui numerum eorum,, [17]Et ita uidi equos in uisione,, Et qui sedebant super eos habentes loricas igneas et hyacintinas et sulphureas,, Et capita equorum erant tamquam capita leonum· Et de ore ipsorum procedit ignis et fumus et sulphur

[18]Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum,, De igne et fumo et sulphure qui procedebat ex ore ipsorum

966 |[19]Potestas enim equorum in ore eorum est et in caudis eorum,, Nam caudae illorum similes serpentibus habentes capita et in his nocent

[20]Et ceteri homines qui non sunt occisi in plagis neque paenitentiam egerunt de operibus manuum suarum,, Ut non adorarent daemonia et simulacra aurea et argentea et aerea· et lapidea et lignea,, Quae neque uidere possunt neque audire neque ambulare,, [21]Et non egerunt paenitentiam ab homicidiis suis· neque a ueneficiis suis· neque a fornicatione sua· neque a furtis suis,,

VIIII· [10, 1]Et uidi alium angelum fortem descendentem de caelo amictum nube

Et hiris erat in capite eius et facies eius erat ut sol

Et pedes eius tamquam columna ignis,, [2]Et habebat in manu sua libellum apertum,, Et posuit pedem suum dextrum super mare sinistrum autem super terram,, [3]Et clamauit uoce
967 magna |quemadmodum cum leo rugit,, Et cum clamasset locuta sunt septem tonitrua uoces suas

[4]Et cum locuta fuissent septem tonitrua scripturus eram,, Et audiui uocem de caelo dicentem

Signa quae locuta sunt septem tonitrua noli ea scribere,, [5]Et angelum quem uidi stantem supra mare et supra terram,, Leuauit manum suam ad caelum [6]et iurauit per uiuentem in saecula saeculorum,, Qui creauit caelum et ea quae in illo sunt,, Et terram et ea quae in ea sunt,, Et mare et quae in eo sunt

Quia tempus amplius non erit,, [7]Sed in diebus uocis septimi angeli cum coeperit tuba canere consummabitur mysterium dei,, Sicut euangelizauit per seruos suos prophetas

X· [8]Et uox quam audiui de caelo iterum loquentem

c. IX, 16 — X, 8.

2. Siglum ·/ recte explicare nequit, nisi forte Victor in legendis verbis errorem commiserit, quae ab imperito lectore legi possunt *itaui die quos*
5. Ranke copies as *sulphor*, but the digraph is not clear, and can be read as *-ur*, which the Vulgate has.
11. *occi*[si] correcto a scriba statim post scriptionem illata.
16. *beneficiis* rasura mutatum in *ueneficiis*
24. *se*-**p***tem*
25. pro *scrib-turus* V *scri*-**p***turus*
27. *eaṡ*

mecum et dicentem uade accipe librum apertum de manu angeli stantis supra mare et supra terram

|[9]Et abii ad angelum dicens ei ut daret mihi librum 968

Et dicit mihi accipe et deuora illum,, Et faciet amaricare uentrem tuum sed in ore tuo erit dulce tamquam mel·

[10]Et accepi librum de manu angeli et deuoraui eum,, Et erat in ore meo tamquam mel dulce et cum deuorassem eum amaricatus est uenter meus,, [11]Dicit mihi oportet te iterum prophetare populis et gentibus et linguis et regibus multis,, [11, 1]Et datus est mihi calamus similis uirgae dicens surge et metire templum dei et altare et adorantes in eo [2]atrium quod est foris templum eice foras et ne metieris eum,, Quoniam datum est gentibus,, Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta et duobus,, [3]Et dabo duobus testibus meis et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccos,, [4]hi sunt duae oliuae in conspectu domini terrae stantes

|[5]Et si quis eos uoluerit nocere,, Ignis exiet de ore illorum 969
et deuorabit inimicos eorum,, Et si quis uoluerit eos laedere sic oportet eum occidi,, [6]Hi habent potestatem cludendi caelum ne pluat in diebus prophetiae eorum,, Et potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguine,, Et percutere terram omni plaga quotienscumque uoluerint

[7]Et cum finierint testimonium suum,, Bestia quae ascendit de abysso faciet aduersus illos bellum et uincet eos et occidet illos,, [8]Et corpora eorum in plateis ciuitatis magnae quae uocatur spiritaliter sodoma et aegyptus ubi et dominus eorum crucifixus est,, [9]Et uidebunt de populis et tribus et linguis et gentibus corpora eorum,, Per tres dies et dimidium et corpora eorum non sinunt poni in monumentis,,

[10]Et inhabitantes terram gaudebunt super illos |et iucun- 970
dabuntur et munera mittent inuicem

Quoniam hi duo prophetae cruauerunt eos qui inhabitant terram,, [11]Et post dies tres et dimidium spiritus uitae a deo intrauit in eos et steterunt super pedes suos,, Et timor magnus accidit super eos qui uidebant eos,, [12]Et audierunt uocem

c. X, 8 — XI, 12.

4. Ranke sees a punct after *faciet*. I see none nor does the Vulgate show this. Hence I have removed it.
7. *tamquam* **mel** *dulcem* (m)
13. *datus* (m)
16. *conspe*-**c***tu*
21. *pote*-**s***tatem*
33. Siglum ·/ corrigi iubet *cruauerunt* in *cruciauerunt*.

magnam de caelo dicentem illis ascendite huc„ Et ascenderunt in caelum in nube„ Et uiderunt eos inimici eorum„ [13]Et in illa hora factus est terrae motus magnus et decima pars ciuitatis cecidit„ Et occisa sunt de terrae motu nomina· hominum VII milia„

Et reliqui in timore sunt missi· et dederunt gloriam deo caeli„ [14]Uae secundum abiit„ Uae tertium ueniet cito„

XI· [15]Et septimus angelus tuba cecinit„ Et factae sunt uoces magnae in caelo dicentes„ Factum est regnum huius mundi domini nostri et ihesu christi eius· et regnauit in sae-
971 cula sae|culorum„ [16]Et XXIIII seniores qui in conspectu dei sedent in sedibus suis

Ceciderunt in facies suas et adorauerunt deum [17]dicentes„ Gratias agimus tibi domine deus omnipotens· qui es et qui eras„ Et quia accepisti uirtutem tuam magnam et regnasti [18]et iratae sunt gentes„

Et aduenit ira tua et tempus mortuorum„ Iudicare et reddere mercedem seruis tuis prophetis et sanctis et timentibus nomen tuum„ Pusillis et magnis et exterminandi eos qui corruperunt terram

XII· [19]Et apertum est templum dei in caelo et uisa est arca testamenti eius in templo eius„ Et facta sunt fulgora et uoces et terrae motus et grando magna„ [12, 1]Et signum magnum apparuit in caelo„ Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius„ Et in capite eius corona stellarum duodecim· [2]Et in utero habens et clamabat parturiens et cruciatur ut pariat„ [3]Et uisum est
972 aliud signum |in caelo„ Et ecce draco magnus rufus habens capita septem et cornua decem„ Et in capitibus eius septem diademata

[4]Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli et misit eas in terram

Et dracho stetit ante mulierem quae erat paritura ut cum peperisset filium eius deuoraret„ [5]Et peperit filium masculum qui recturus erit omnes gentes in uirga ferrea

Et raptus est filius eius ad deum et ad thronum eius

[6]Et mulier fugit in solitudinem ubi habet locum paratum a deo„ Ut ibi pascant illam diebus mille ducentis sexaginta

c. XI, 12 — XII, 6.

1. *a*-**s**c*enderunt*
4. *moto* (u suprascr.). Confiteor tamem, correctionem fortasse non esse Victoris cf. 438, 33.
11. *saecula· saeculorum* puncto separata.
19. *ma*-**g**n*is*
23. *ma*-**g**n*a*
25. *coronam*

XIII· [7]Et factum est proelium in caelo· micahel et angeli eius proeliabantur cum drachone,, Et dracho pugnabat et angeli eius [8]et non ualuerunt,, Neque locus inuentus est eorum amplius in caelo,, [9]Et proiectus est dracho ille magnus serpens antiquus qui uocatur diabolus et satanas,, Qui seducit
|uniuersum orbem proiectus est in terram et angeli eius cum 973
illo missi sunt,, [10]Et audiui uocem magnam in caelo dicentem

Nunc facta est salus et uirtus et regnum dei nostri et potestas christi eius,,

Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum

Qui accusabat illos ante conspectum dei nostri· die ac nocte,, [11]Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni et propter uerbum testimonii sui,, Et non dilexerunt animas suas usque ad mortem,, [12]Propterea laetamini caeli et qui habitatis in eis,, Uae terrae et mari quia descendit diabolus ad uos habens iram magnam sciens quod modicum tempus habet

[13]Et postquam uidit dracho quod proiectus esset in terram persecutus est mulierem quae peperit masculum,, [14]Et datae sunt mulieri duae alae aquilae magnae,, Ut uolaret in desertum
in locum suum,, Ubi alitur per tempus et tempora |et dimi- 974
dium temporis a facie serpentis,, [15]Et misit serpens ex ore suo aquam post mulierem tamquam flumen ut eam faceret trahi a flumine

[16]Et adiuuit terra mulierem et aperuit terra os suum

Et absorbuit flumen quod misit dracho de ore suo

[17]Et iratus est dracho in mulierem,, Et abiit facere proelium cum reliquis de semine eius,, Qui custodiunt mandata dei et habent testimonium ihesu

[18]Et stetit supra harenam maris,, [13, 1]Et uidi de mare bestiam ascendentem habentem capita VII et cornua decem,, Et super cornua eius decem diademata,, Et super capita eius nomen blasphemiae

[2]Et bestiam quam uidi similis erat pardo et pedes eius sicut ursi,, Et os eius sicut· os leonis,, Et dedit illi dracho uirtutem suam et potestatem magnam,, [3]Et uidi unum de capitibus eius quasi occisum in morte et plaga mortis eius

c. XII, 7 — XIII, 3.

2. *drachoneṁ*
4. *proie*-**c***tus* | *ma*-**g***nus*
13. *pro*-**p***ter*
16. *ir$\overline{a}$ magn$\overline{a}$*
19. *duae* [alae] *aquilae.* Scriba statim post scriptionem videtur addidisse *alae*
36. *morteṁ*

975 curata est,, Et admirata est uniuersa terra |post bestiam,, [4]Et adorauerunt drachonem quia dedit potestatem bestiae

Et adorauerunt bestiam dicentes,, Quis similis bestiae et quis poterit pugnare cum ea,, [5]Et datum est ei loqui magna et blasphemiae,, Et data est illi potestas facere menses quadraginta et duo

[6]Et aperuit os suum in blasphemias ad deum blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui in caelo habitant,, [7]Et datum est illi bellum facere cum sanctis et uincere illos

Et data est ei potestas in omnem tribum et populum et linguam et gentem

[8]Et adorabunt eum omnes qui inhabitant terram quorum non sunt scripta nomina in libro uitae agni qui occisus est ab origine mundi,, [9]Si quis habet aures audiat,, [10]Qui in captiuitatem· in captiuitatem uadit,, Qui in gladio occiderit oportet eum in gladio occidi·

Hic est patientia et fides sanctorum,,

976 **XIII·** [11]Et uidi aliam bestiam |ascendentem de terra

Et habebat cornua duo similia agni,, Et loquebatur sicut dracho,, [12]Et potestatem prioris bestiae omnem faciebat in conspectu eius,, Et facit terram et inhabitantes in eam adorare bestiam primam cuius curata est plaga mortis,, [13]Et facit signa magna ut etiam ignem faceret de caelo descendere in terram in conspectu hominum,, [14]Et seducit habitantes terram propter signa quae data sunt illi facere in conspectu bestiae dicens habitantibus in terram ut faciant imaginem bestiae quae habet plagam gladii et uixit,,

[15]Et datum est illi ut daret spiritum imagini bestiae,,

Ut et loquatur imago bestiae

Et faciet ut quicumque non adorauerit imaginem bestiae occidatur,, [16]Et faciet omnes pusillos et magnos,, Et diuites et pauperes et liberos et seruos

Habere caracter in dextra manu aut in frontibus suis,,
977 [17]Et ne quis possit emere aut uendere |nisi qui habet caracter nominis bestiae aut numerum nominis eius

c. XIII, 3—17.

7. *bla*-**s***phemias*
13. *scrib-ta* V mutavit in *scri*-**p***ta*
22. *conspe*-**c***tu*
26. *pro*-**p***ter*
32. *ma*-**g***nos*

[18]Hic sapientia est qui habet intellectum conputet numeram
TEITAN bestiae,, Numerus enim hominis est et numerus eius est· DCLX·VI·

XV· [14, 1]Et uidi et ecce agnus stabat super montem sion et cum illo $\overline{\text{CXLIIII}}$ milia,, Habentes nomen eius et nomen patris eius scribtum in frontibus suis,, [2]Et audiui uocem de caelo tamquam uocem aquarum multarum et tamquam uocem thonitrui magni

Et uocem quam audiui sicut citharedorum citharizantium in citharis suis,, [3]Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem et ante quattuor animalia et seniores,, Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quattuor milia qui empti sunt de terra

[4]Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati uirgines enim sunt

Hi sunt qui sequuntur agnum quocumque ierit

|hi empti sunt ex omnibus primitiae deo et agno· [5]Et in 978
ore ipsorum non est inuentum mendacium sine macula sunt,, [6]Et uidi alterum angelum uolantem per medium caelum,, Habentem euangelium aeternum,, Ut euangelizaret sedentibus super terram,, Et super omnem gentem et tribum et linguam et populum [7]dicens magna uoce,, Timete deum et date illi honorem quia uenit hora iudicii eius,, Et adorate eum qui fecit caelum et terram mare et fontes aquarum,, [8]Et alius angelus secutus est dicens,, Cecidit cecidit babylon illa magna quae a uino fornicationis suae potionauit omnes gentes

[9]Et alius angelus tertius secutus est illos dicens uoce magna,, Si quis adorauerit bestiam et imaginem eius et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu sua,, [10]Et hic biberit de uino irae dei qui mixtus est mero in calice irae
ipsius,, Et cruciabitur |igne et sulphure in conspectu angelorum 979
sanctorum et ante conspectum agni [11]et fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendit,, Nec habent requiem die ac nocte qui adorauerunt bestiam et imaginem eius

Et si quis acceperit caracterem nominis eius,,

[12]Hic patientia sanctorum qui custodiunt mandata dei et fidem ihesu,, [13]Et audiui uocem de caelo dicentem

c. XIII, 18 — XIV, 13.

2. glossam quae Victoris videtur omittere nolui.
15. *a*-**g***num*
16. *hi·empti* verba puncto separata, quo in legendo textu error evitatur.
20. *est* [illos] *dicens:* correctio a scriba statim post scriptionem facta.
28. Non videt hoc Ranke: *cara*-**c***terem*
29. quod punctum esse videtur in *ċalice* in macularum genus referendum.
30. *con*-**s***pectu* correctio Victoris calamo acutiore quam quo in aliis paginis usus est scripta.
34. *cara*-**c***terem*

Scribe beati mortui qui in domino moriantur,, A modo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis

Opera enim illorum secuntur illos,, [14]Et uidi et ecce nubem candidam

Et supra nubem sedentem similem filio hominis,, Habentem in capite suo coronam auream et in manu sua falcem acutam,, [15]Et alter angelus exiuit de templo clamans uoce magna ad sedentem super nubem,, Mitte falcem tuam et mete quia uenit hora ut metatur,, Quoniam aruit messis terrae

980 |[16]Et misit qui sedebat supra nubem falcem suam in terram et messuit terram,, [17]Et alius angelus exiuit de templo quod est in caelo· Habens et ipse falcem acutam,, [18]Et alius angelus de altari qui habet potestatem supra ignem,, Et clamauit uoce magna qui habebat falcem acutam dicens

Mitte falcem tuam acutam et uindemia botruos uineae terrae quoniam maturae sunt uuae eius·

[19]Et misit angelus falcem suam in terram et uindemiauit uineam terrae et misit in lacum irae dei magnum,, [20]Et calcatus est lacus extra ciuitatem

Et exiuit sanguis de laco usque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta

[15, 1]Et uidi aliud signum in caelo magnum et mirabile

Angelos VII habentes plagas VII nouissimas,, Quoniam in illis consummata est ira dei,, [2]Et uidi mare uitreum mixtum igne

Et eos qui uicerunt bestiam et imaginem illius et numerum
981 nominis eius |stantes supra mare uitreum,, Habentes citharas dei [3]et cantantes canticum mosi serui dei,,

Et canticum agni dicentes magna et mirabilia opera tua domine deus omnipotens

Iustae et uerae uiae tuae rex saeculoram,, [4]Quis non timebit domine et magnificauit nomen tuum quia solus pius es,, Quoniam omnes gentes uenient et adorabunt in conspectu tuo quoniam iudicia tua manifesta sunt

XVI· [5]Et post haec uidi et ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in caelo,, [6]Et exierunt VII angeli·

c. XIV, 13 — XV, 6.

3. Margini illud Т adscriptum est, quod ex. gr. invenitur 443, 16.
7. *ma*-**g***na*
15. *bo*^{t}*ruos*
32. *ma*-**g***nificauit*

habentes VII plagas de templo,, Uestiti lapide mundo can-
dido et praecincti circa pectora zonis aureis
[7]Et unus ex quattuor animalibus dedit VII angelis fialas
aureas plaenas iracundia dei uiuentis in saecula saeculorum
[8]Et inpletum est templum fumo a maiestate dei et de
uirtute eius,, Et nemo poterat introire in templum donec
consummarentur |VII plagae VII angelorum **982**
[16, 1]Et audiui uocem magnam de templo dicentem septem
angelis,, Ite et effundite VII fialas irae dei in terram,, [2]Et
abiit primus et effudit fialam suam in terram et factum est
uulnus saeuum ac pessimum in homines qui habent caracter
bestiae et eos qui adorauerunt imaginem eius,, [3]Et secundus
effudit fialam suam in mare et factus est sanguis tamquam
mortui et omnis anima uiuens mortua est in mari
[4]Et tertius effudit fialam suam super flumina et super
fontes aquarum et factus est sanguis,, [5]Et audiui angelum
quartum dicentem iustus es qui es et qui eras sanctus qui
haec iudicasti,, [6]Quia sanguinem sanctorum et prophetarum
fuderunt et sanguinem eis dedisti bibere digni sunt,, [7]Et audiui
altare dicens etiam domine deus omnipotens uera et iusta
iudicia tua,, [8]Et quartus effudit fialam suam in solem et datum
|est illi aestus afficere homines igni,, [9]Et aestuauerunt homines **983**
aestu magno,, Et blasphemauerunt nomen dei habentis potesta-
tem super has plagas,, Neque egerunt paenitentiam ut darent
illi gloriam,, [10]Et quintus effudit fialam suam super sedem
bestiae et factum est regnum eius tenebrosum,, Et conman-
dauerunt linguas suas prae dolore,, [11]Et blasphemauerunt deum
caeli prae doloribus et uulneribus,, Et non egerunt paeniten-
tiam ex operibus suis,, [12]Et sextus effudit fialam suam in
flumen illud magnum eufraten,, Et siccauit aquam eius ut
praeparararetur uia regibus ab ortu solis,, [13]Et uidi de ore dra-
chonis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae,, Spiritus
tres inmundos in modum ranarum· [14]Sunt enim spiritus dae-
moniorum facientes signa,, Et procedent ad reges totius terrae
congregare illos in proelium ad diem magnum |dei omnipotentis,, **984**
[15]Ecce uenio sicut fur· beatus qui uigilat et custodit uestimenta

XV, 6 — XVI, 15.

4. *pl*^{a}*enas*
8. *se*-**p***tem*
19. Siglum ·/ supplendum aliquod vocabulum indicat.
21. *effudit* in loco raso a scriba illatum.
22. prima litera vocabuli *afficare* false erasa est cuius loco iubente siglo Victorino ·/ ultima potius litera vocabuli praecedentes eradi debebat. Lachmannus suspicatur, prius scriptum fuisse *efficere*.
26. Siglum Victorinum ·/ sine dubio erroniam scriptionem *commandauerunt* [pro *commanducauerunt*] vituperat.
36. *ue*-**s***timenta*

sua ne nudus ambulet et uideant turpidinem eius,, [16]Et congregauit illos in locum qui uocatur hebraeicae magedon,, [17]Et septimus effudit fialam suam in aerem,, Et exiuit uox magna de templo a throno dicens factum est

[18]Et facta sunt fulgora et uoces et tonitrua,, Et terrae motus magnus qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super terram talis terrae motus sic magnus

[19]Et facta est ciuitas magna in tres partes et ciuitates
gentium ceciderunt,, Et babylon magna uenit in memoria ante
deum dare ei calicem uini indignationis irae eius,, [20]Et omnis
insula fugit et montes non sunt inuenti,, [21]Et grando magna
sicut talentum descendit de caelo in homines,, Et blasphema-
985 uerunt homines deum propter plagam grandi|nis et quoniam
magna facta est uehementer

XVII· [17, 1]Et uenit unus de septem angelis qui habebat septem fialas et locutus est mecum dicens,, Ueni ostendam tibi damnationem meretricis magnae quae sedet super aquas multas,, [2]Cum qua fornicati sunt reges terrae et inebriati sunt qui inhabitant terram de uino prostitutionis eius,,

[3]Et abstulit me in deserto in spiritu,, Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plaenam nominibus blasphemiae habentem capita VII et cornua X,, [4]Et mulier erat circumdata purpura et coccino,, Et inaurata auro et lapide praetioso et margaritis,, Habens poculum aureum in manu sua plaenum abominatione et inmunditia et fornicationis eius

[5]Et in fronte eius nomen scribtum mysterium babylon magna,, Mater fornicationum et abominationum terrae·

[6]Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctoram et de
986 |sanguine martyrum ihesu

Et miratus sum cum uidissem illam admiratione magna,, [7]Et dixit mihi angelus quare miraris

Ego tibi dicam sacramentum mulieris et bestiae quae portat eam,, Qui habet capita VII et decem cornua· [8]Bestia quam uidisti fuit et non est et ascensura est de abysso et in interitum ibit,, Et mirabantur inhabitantes terram,, Quorum non sunt scribta nomina in libro uitae a constitutione mundi,,

c. XVI, 15 — XVII, 8.

8. *ma*-**g***na*
9. *ma*-**g***na*
16. *se*-**p***tem*
21. *be*-**s***tiam* | *plͣenā*
25. *plͣenum abominationeṁ* | Siglum Victorinum ·/ margini appositum referendum est ad *forncationum*
27. Scripserat scriba *fornicationum terrae·* Errorem ipse correxit reponendo: *f. et abominationum terrae*
33. *Bestiaṁ·* Quo in loco emendans punctum Victorinum fere formam literae o praebet.

35. Vulgate here has *mirabuntur*, future tense, but here we have *mirabantur*, imperfect tense. Ranke does not comment.

Uidentes bestiam quae erat et non est,, [9]Et hic est sensus qui habet sapientiam

Septem capita· septemontes sunt super quos mulier sedet,, Et reges VII sunt [10]quinque ceciderunt· unus est et alius nondum uenit

Et cum uenerit oportet illum breue tempus manere [11]Et bestia quae erat et non est,, Et ipsa octaua est et de VII est et in interitum uadet· [12]Et decem cornua quae uidisti decem reges sunt qui regnum non acceperunt,, Sed potestatem |tam- 987
quam reges un hora accipiunt post bestiam

[13]Hi unum consilium habent et uirtutem et potestatem suam bestiae tradent

[14]Hi cum agno pugnabunt et agnus uincet illos,,

Quoniam dominus dominorum est· et rex regum,, Et qui cum illo sunt uocati electi et fideles,, [15]Et dixit mihi aquas quas uidisti ubi meretrix sedet,,

Populi sunt et gentes et linguae,, [16]Et decem cornua quae uidisti et bestiam

Hi odient fornicariam et desolatam facient illam et nudam,, Et carnes eius manducabunt et ipsam igni concremabunt·

[17]Deus enim dedit in corda eorum ut non faciant quod illi placitum est ut dent regnum suum bestiae

Donec consummentur uerba dei,, [18]Et mulierem quam uidisti est ciuitas magna quae habet regnum super reges terrae,,

XVIII· [18, 1]Et post haec uidi alium angelum descendentem de caelo habentem potestatem magnam,, Et terra inluminata est a gloria |eius,, [2]Et exclamauit in forti uoce dicens,, 988
Cecidit cecidit babylon magna

Et facta est habitatio daemoniorum,, Et custodia omnis spiritus inmundi,, Et custodia omnis uolucris inmundae,, [3]Quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes,, Et reges terrae cum illa fornicati sunt,, Et mercatores terrae de uirtute deliciarum eius diuites facti sunt,, [4]Et audiui aliam uocem dicentem exite de illa populus meus

Ut ne participes sitis delictorum eius,, Et de plagis eius non accipiatis

c. XVII, 8 — XVIII, 4.

7. Scriptum fuerat *octaua est et in interitum*· Scriba ipsa, ut videtur superscripsit *et de· VII· est*

14. Quod in cod. inter vocc. *rex* et *regum* punctum esse videtur, macula est per paginem antecedentem hic effecta.

26. *pote*-**s**t*atem*

30. *uolucres*

Line 4: Ranke had verse boundary in the wrong place. All authorities I find, have it where I have put it.

[5]Quoniam peruenerunt peccata eius usque ad caelum

Et recordatus est deus iniquitatum eius [6]reddite illi sicut ipsa reddidit,, Et duplicate duplicia secundum opera eius,, In poculo quo miscuit miscete illi,, Duplum [7]quantum glorificauit se et in deliciis fuit tantum date illi tormentam et luctum

Quia in corde suo dicit· sedeo regina et uidua non sum et luctum non uidebo

989 |[8]Ideo in una die uenient plagae eius mors et luctus et fames et igni conburetur,, Quia fortis est deus qui iudicauit illam,, [9]Et flebunt et plangent se super illam reges terrae qui cum illa fornicati sunt et in deliciis uixerunt

Cum uiderint fumum incendii eius,, [10]Longe stantes propter timorem tormentorum eius· Dicentes uae· uae· ciuitas illa magna babylon· ciuitas illa fortis,, Quoniam una hora uenit iudicium tuum

[11]Et negotiatores terrae flebunt et lugebunt super illam,, Quoniam merces eorum nemo emet amplius,, [12]Merces auri et argenti et lapidis praetiosi,, Et margaritis et byssi,, Et purpurae et sirici et cocci,, Et omne lignum thynum,, Et omnia uasa eboris,, Et omnia uasa de lapide praetioso et aeramento et ferro et marmore,, [13]Et cinnamomum et amomum

Et odoramentorum et ungenti et turis et uini et olei et similae trittici

990 |Et iumentoram et ouium et equorum et raedarum

Et mancipiorum et animarum hominum,, [14]Et poma tua desiderii animae discessit a te,, Et omnia pinguia et praeclara perierunt a te,, Et amplius illa iam non inuenient [15]mercatores horum qui diuites facti sunt ab ea

Longe stabunt propter timorem tormentorum eius· Flentes et lugentes [16]et dicentes,, Uae· uae· ciuitas illa magna quae amicta erat byssino et purpura et cocco,, Et deaurata auro et lapide praetioso et margaritis,, [17]Quoniam una hora destitutae sunt tantae diuitiae

Et omni gubernator et omnis qui in locum nauigat

Et nautae et qui mari operantur,, Longe steterunt [18]et clamauerunt,, Uidentes locum incendii eius

Dicentes quae similis ciuitati huic magnae,, [19]Et miserunt

c. XVIII, 5—19.

4. *miscite* fortasse a scriba mutatum in *miscete*
8. *plag*ᵃ*e*
11. *illaṁ*
13. *ma*-**g***na*
17. Siglum ⁒ margini adscriptum corrigi iubet errorem, qui in *margaritis* positus esse videbatur.
18. *o*-**m***ne*
21. *ungüenti*
24. Siglum ⁒ errorem, qui in *poma tua* [*discessit*] positus esse videbatur, indicat.
25. *o*-**m***nia*
31. Videtur scriptum fuisse *destitutaes*, cuius vocabuli ultima litera erasa est.

Note: Ranke had verse 17 beginning on line 33. All authorities I find put it where I have it on line 31.

puluerem super capita sua,, Et clamauerunt flentes et lugentes
dicentes· uae· uae· ciuitas magna,, In qua |diuites facti sunt 991
omnes qui habent naues in mari de praetiis eius quoniam una hora desolata est

[20]Exulta super eam caelum et sancti,, Et apostoli et prophetae,, Quoniam iudicauit deus iudicium uestrum de illa,, [21]Et sustulit unus angelus fortis lapidem quasi molarem magnum et misit in mare dicens,, Hoc inpetu mittitur babylon magna illa ciuitas et ultra iam non inuenietur·

[22]Et uox citharaedoram et musicoram et tibia canentium et tuba non audietur in ea amplius

Et uox molae non audietur in ea amplius,, [23]Et lux lucernae non lucebit tibi amplius,, Et uox sponsi et sponsae non audietur adhuc in te,, Quia mercatores tui erant principes terrae,, Quia in ueneficiis tuis errauerunt omnes gentes,,

[24]Et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inuentus est et omnium qui interfecti sunt in terra

XVIIII· [19, 1]Post haec audiui quasi |uocem magnam 992
turbarum multaram in caelo dicentium alleluia,,

Salus et gloria et uirtus deo nostro est,, [2]Quia uera et iusta iudicia sunt eius,, Qui iudicauit de meretrice magna quae corrupit terram in prostitutione sua,, Et uindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius,, [3]Et iterum dixerunt alleluia,, Et fumus eius ascendit in saecula saeculoram,, [4]Et ceciderunt seniores XXIIII et quattuor animalia et adorauerunt deum sedentem super thronum,, Dicentes· amen alleluia,, [5]Et uox de throno exiuit dicens,, Laudem dicite deo nostro omnes serui eius,, Et qui timetis eum pusilli et magni

[6]Et audiui quasi uocem tubae magnae,, Et sicut uocem aquarum multarum,, Et sicut uocem thonitruum magnorum dicentium alleluia

Quoniam regnauit dominus deus noster omnipotens·

[7]Gaudeamus et exultemus |et demus gloriam ei 993

Quia uenerunt nuptiae agni et uxor eius praeparauit se,, [8]Et datum est illi ut cooperiat se byssinum splendens candidum,, Byssinum enim iustificationes sunt· sanctorum,, [9]Et

c. XVIII, 19 — XIX, 9.

6. *ue*-**s***trum*
8. *impetuṁ* | *ma*-**g***na*
15. *[u]beneficiis*, litera *b* et puncto et obelo licet minutissimo ingulata.
21. Vocabuli *Quia* ultima litera erasa.

Line 18: *quasi*: Last two letters very faint. Ranke does not comment.
Line 29: *tubae*: Vulgate has *turbae*. Ranke fails to comment. *tubae* is ‘of trumpet’, *turbae* is ‘of crowd’.

dicit mihi scribe beati qui ad caenam nuptiarum agni uocati sunt,, Et dicit mihi haec uerba· uerba dei sunt,,

[10]Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum,, Et dicit mihi uide ne feceris

Conseruus tuus sum et fratrum tuorum habentium testimonium ihesu,, Deum adora,, Testimonium enim ihesu est spiritus prophetiae,,

XX· [11]Et uidi caelum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum uocatur fidelis et uerax uocatur,, Et iustitiam iudicat et pugnat,, [12]Oculi eius sicut flamma ignis

Et in capite eius diademata multa,, Habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse,, [13]Et uestitus erat uestem aspersam sanguine

994 |Et uocabatur nomen eius uerbum dei,, [14]Et exercitus qui sunt in caelo sequebatur eum in equis albis

Uestiti byssinum album mundam,, [15]Et de ore Ipsius procedit gladius acutus ut in ipso percutiat gentes et ipse reget eos in ferrea uirga,, Et ipse calcat torcular uini furoris irae dei omnipotentis

[16]Et habet in uestimento et super femore suo scribtum· rex regum et dominus dominantium·

[17]Et uidi unum angelum stantem in sole,, Et clamauit uoce magna dicens omnibus auibus quae uolabant per medium caeli

Uenite congregamini ad caenam magnam dei,,

[18]Ut manducetis carnes regum et carnes tribunorum

Et carnes fortium,, Et carnes equorum et sedentium in ipsis,, Et carnes omnium liberorum ac seruorum et pusillorum ac magnorum·

[19]Et uidi bestiam et reges terrae,, Et exercitus eorum congregatos

995 Ad faciendum proelium |cum illo qui sedebat in equo cum exercitu eius

[20]Et adpraehensa est bestia et cum illo pseudoprophetae,, Qui fecit signa coram ipso quibus seduxit eos· Qui acceperunt caracterem bestiae·

c. XIX, 9—20.

3. *càecidi*
14. *sanguineṁ*
16. *sequebañtur*
35. post *eos* litera quaedam erasa est. Fortasse scriba sequentis vocabuli literam initialem statim adiungere voluerat.

Line 15: *uocabatur*, imperfect passive: Vulgate has *vocatur*, present passive. Ranke makes no comment.

Qui et adorant imaginem eius,, Uiui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphore,,

[21]Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum qui procedit de ore ipsius

Et omnes aues saturatae sunt carnibus eorum

[20, 1]Et uidi angelum descendentem de caelo habentem clauem abyssi,, Et catenam magnam in mana sua

[2]Et adpraehendit drachonem serpentem antiquum qui est
diabolus et satanas,, Et ligauit eum per annos mille,, [3]Et
misit eum in abyssum et clausit,, Et signauit super illum ut
non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni,,
Post haec oportet illum solui modico tempore,, [4]Et uidi sedes
et sederunt super eas |et iudicium datum est illis,, Et animas 996
decollatorum propter testimonium ihesu et propter uerbum
dei,, Et qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius,,
Nec acceperunt caracterem eius in frontibus aut in manibus
suis,, Et uixerunt et regnauerunt cum christo mille annis,,
[5]Ceteri mortuorum non uixerunt donec consummentur mille anni,,

XXI· haec est resurrectio prima,, [6]Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectionem prima·

In his secunda mors non habet potestatem,, Sed erunt
sacerdotes dei et christi et regnabunt cum illo mille annis,,
[7]Et cum consummati fuerint mille anni· soluitur satanas de
carcere suo,, [8]Et exiuit et seducet gentes quae sunt super
quattuor angulos terrae gog et magog,, Et congregauit eos in
proelium quorum numerus est sicut harena maris,, [9]Et ascen-
derunt super latitu|dinem terrae,, Et circuierunt castra sancto- 997
rum et ciuitatem dilectam

Et descendit ignis a deo de caelo et deuorauit eos

[10]Et diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris,, Ubi est bestia et pseudoprophetae,, Et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum,, [11]Et uidi thronum magnum candidum et sedentem super eum,, A cuius aspectu fugit terra et caelum

Et locus non est inuentus ab eis,, [12]Et uidi mortuos magnos et pusillos stantes in conspectu throni

c. XIX, 20 — XX, 12.

1. Siglum ⊦· margini adscriptum erronei aliquid in textu suspictum fuisse Victorem iudicat. Sunt libri mss. qui omittunt *et*

18. post *anni* litera aliqua erasa, sec. Lachmanuum *s*

21. *Sed· erunt*. Verba ad abigendum lectionis falsae periculum puncto seperata sunt.

34. post *caelum* cave ne in cod. punctum positum esse existimes. Macula est ex pagina proxima huc translata.

Et libri aperti sunt et alius liber apertus est qui est uitae,, Et iudicati sunt mortui ex his quae scripta erant· in libris secundum opera ipsorum,, [13]Et dedit mare mortuos qui in eo erant,, Et mors et inferus dederunt mortuos qui in ipsis erant,, Et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum

[14]Et infernus et mors missi sunt in stagnum ignis

998 Haec mors secunda est· |stagnum ignis [15]et qui non est inuentus in libro uitae scribtus missus est in stagnum ignis,, [21, 1]Et uidi caelum nouum et terram nouam,, Primum enim caelum et prima terra abiit· et mare iam non est

[2]Et ciuitatem sanctam hierusalem nouam· uidi descendentem de caelo a deo paratam sicut sponsam ornatam uiro suo,, [3]Et audiui uocem magnam de throno dicentem· ecce tabernaculum dei cum hominibus,,

Et habitat cum eis et ipsi populus eius erunt et ipse deus cum eis erit eorum deus,,

[4]Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum

Et mors ultra non erit neque luctus neque clamor neque dolor erit,, Ultra quae prima abierunt,, [5]Et dixit qui sedebat in throno ecce noua facio omnia·

[6]Et dixit mihi scribe quia haec uerba fidelissima sunt et uera,, Et dixit mihi factum est,, Et ego sum α et ω initium et finis

Ego sitienti dabo de fonte aquae uiuae,, [7]Qui uicerit possidebit haec

999 |Et ero illi deus et ille erit mihi filius,, [8]Timidis autem et incredulis et exsecratis et homicidis et fornicatoribus et ueneficis et idolatris et omnibus mendacibus pars illorum· erit in stagno ardenti

Igne et sulphure quod est mors secunda,,

XXII· [9]Et uenit unus de septem angelis,, Habentibus fialas plenas septem plagis nouissimis,, Et locutus est mecum dicens· ueni ostendam tibi sponsam uxorem agni,, [10]Et sustulit me in spiritu in montem magnum et altum,, Et ostendit mihi ciuitatem sanctam hierusalem descendentem de caelo a deo

2. *scrib-ta* Victor mutavit in *scri-***p***ta*

13. post *ornatam* particula *a* ita erasa, ut adhuc discerni possit, retineri poterat, si lectionem constitueret.

29. $\overset{u}{b}$*eneficis*, cf. 456, 15.

[11]habentem claritatem dei,, Lumen eius simile lapidi praetioso tamquam lapidi iaspidis sicut crystallum,, [12]Et habebat murum magnum et altum,, Habens portas XII et nomina scribta quae sunt nomina XII tribuum fillorum israhel

[13]Ab oriente portae tres·
Ab aquilone portae tres·
Ab austro portae tres
Ab occasu portae tres
|[14]Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim **1000**

Et in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum et agni,, [15]Et qui loquebatur mecum habebat mensuram harundinem auream

Ut metiretur ciuitatem et portas eius et murum

[16]Et ciuitas in quadro posita est,, Et longitudo tanta est quanta et latitudo

Et mensus est ciuitatem de harundine per stadia duodecim milia,, Longitudo et latitudo eius aequalia sunt,, [17]Et mensus est murus eius centum quadraginta quattuor cubitorum mensura hominis quae est angeli,, [18]Et erat structura muri eius ex lapide iaspide,, Ipsa uero ciuitas auro mundo simile uitro mundo,,

[19]Fundamenta muri ciuitatis omni lapide praetioso ornata,, Fundamentum primum iaspidis,, Secundus sapphyrus,, Tertius carcedonius,, Quartus zmaragdus,, [20]Quintus sardonix,, Sextus sardonius,, Septimus chrysolitus,, Octauus byril|lus· Nonus **1001**
topazius

Decimus chysoliprassus
Undecimus yacintus,,
Et duodecimus ametistus

[21]Et· duodecim portae· duodecim margaritae sunt per singulas,, Et singulae portae erant singulae margaritis,, Et plateae ciuitatis aurum mundum tamquam uitrum perlucidum [22]et templum non uidi in ea

Dominus enim deus omnipotens templum illius est et agnus,, [23]Et ciuitas non eget sole neque luna ut luceant in ea nam claritas dei inluminauit eam

c. XXI, 11—23.

16. *de harundineṁ*
26. *topa$\overset{z}{g}$ius*
27. Siglum ⁒ falsam formam vocabuli *chysoliprassus* indicare videtur.
31. Voc. *margaritis* a scriba hoc in loco declinationi tertiae attribui videtur. Cf. 455, 17 neque vero minus huius paginae v. 20.
33. *eaṁ*
35. *a-***g***nus* | *soleṁ*

Lines 11 & 12: *harundo*: ‘reed’, ‘fishing-rod’, ‘arrow-shaft’. The latter implies a yard-stick.

Et lucerna eius est agnus

[24]Et ambulant gentes per lumen eius,, Et reges terrae afferent gloriam suam et honorem in illam

[25]Et portae eius non cludentur per diem,, Nox enim non est illic [26]et adferent gloriam et honorem gentium in illam,, [27]Nec intrauit in illa aliquid coinquinatum et faciens abominationem et mendacium,, Nisi qui scripti sunt in libro uitae agni

1002 **XXIII·** [22,] [1]Et ostendit mihi flumen |aquae uiuae splendidum tamquam chrystallum

Procedentem de sede dei et agni [2]in medio plateae eius

Ex utraque parte fluminis lignum uitae adferens fructus duodecim per menses singula reddentia fructum suum,, Et folia ligni ad sanitatem gentium,, [3]Et omne maledictum non erit amplius·

Et sedes dei et agni in illa erunt,, Et serui eius seruient illi [4]et uidebunt faciem eius et nomen eius in frontibus eorum,,

[5]Et nox ultra non erit et non egebunt lumine neque lumine solis quoniam dominus deus inluminauit illos,,

Et regnabunt in saecula saeculoram,,

XIIII· [6]Et dixit mihi haec uerba fidelissima et uera sunt

Et dominus deus spiritum prophetarum

Misit angelum suum ostendere seruis suis quae oportet fieri cito [7]et ecce uenio uelociter,, Beatus qui custodit uerba prophetiae libri huius,, [8]Ego iohannes qui audiui et uidi haec,,

1003 Et postquam audissem et uidissem,, Cecidi ut ado|rarem ante pedes angeli qui mihi haec ostendebat

[9]Et dicit mihi uide ne feceris conseruus tuus sum et fratrum tuorum prophetarum et eorum qui seruant uerba libri huius

[10]Tempus enim prope est [11]qui nocet noceat adhuc

Et qui in sordibus est sordescat adhuc,, Et iustus iustitiam faciat adhuc,,

Et sanctus sanctificetur adhuc

[12]Ecce uenio cito et merces mea mecum est,, Reddere unicuique secundum opera sua,, [13]Ego α et ω primus et no-

7. *scrib-ti* Victor mutavit in *scri-***p***ti*

9. *chrystalluṁ*. Sed punctum otiosum mihi visum est.

13. *maledi-***c***tum*

Line 6: Both Vulgate and RSVCE agree against Ranke, that verse 27 starts here.

uissimus principium et finis„ [14]Beati qui lauant stolas suas ut sit potestas eorum in ligno uitae

Et portis intrent in ciuitatem„ [15]Foris canes et uenefici et inpudicitiae· et idolis seruientes et omnis qui amat et facit mendacium·

XXV· [16]Ego ihesus misi angelum meum testificari uobis haec in ecclesiis„ Ego sum radix et genus dauid· stella splendida et matutina

[17]Et spiritus et sponsa dicit ueni et qui audit dicat ueni
|Et qui sitit ueniat qui uult accipiat aquam uitae gratis **1004**

[18]Contestor ego omni audenti uerba prophetiae libri huius„ Si quis adposuerit ad haec adponet deus super illum plagas scribtas in libro isto„ [19]Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiae huius · · ·

Auferet deus partem eius de libro uitae et de ciuitate sancta· Et de his quae scripta sunt in libro isto„ [20]Dicet qui testimonium perhibet istorum„ Etiam uenio cito· amen·

Ueni domine ihesu„ [21]Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus uobis · · ·

XXII, 13—21.

• •

EXP· APOCALYPSIS
SCI· IOHANNIS„
FELICITER

\+ ***uictor famulus xpi et eius gratia***
episc capuae legi apud
[***basilicam consta · · · · ianam***
d· XIII· kal· maias ind· nona
q · · n p c basili u c cos
Iterato legi ind· X· die prid· iduum
april]

3. Siglum ·/ fortasse flagitat lectionem *per portus* | ᵘ*benefici*, cf. not. ad 459, 29. Ductus aliquis calami qui in cod. supra signum interpunctionis cernitur „‾ otiosum esse videtur nec nisi in peaematura aliqua sequentis literae inchoatione niti.

4. Idem siglum vel *impudicitiae* delendum vel *et homicidae* supplendum indicat.

16. *scrib-ta* Victor mutavit in *scri*-**p***ta*

25–31. cf. quae de hac subscriptione in prolegomenis a me exposita sunt.

1005 |Incipiunt uersus damasin
in beatum paulum apostolum

Iam dudum saulus procerum praecepta sequutus
Cum domino patrias uellet praeponere leges
Abnuerit christum laudasse prophetas
Caedibus adsiduis cuperet discerpere plebem
Cum lacerat sanctae matris pia foedera caecus
Post tenebras uerum meruit cognoscere lumen
Temtatus sensit posset quid gloria christi
Auribus ut domini uocem lucemque recepit
Composuit mores christi praecepta sequutus
Mutato placuit postquam de nomine paulus
Mira fides rerum· Subito trans aethera caeli
Noscere promeruit possent quid praemia uitae
Conscendet raptus martyr penetralia christi
Tertia lux caeli tenuit paradisus euntem
Conloquiis domini fruitur secreta reseruat
Gentibus ac populis iussus praedicere uera
1006 Profundum penetrare |maris noctemque diemque
Uisere eum magnum satis est uixisse latentem
Uerbera uincla famem lapides rabiemque ferarum
Carceris inlubiem uirgas tormenta catenas
Naufragium lacrimas serpentis dira uenena
Stigmata non timuit portare in corpore christi
Credentes docuit possent quia uincere mortem

5. ad versum restituendum suppleas *ueteris* vel *sanctos*
19–**464**, 5. Tota haec pagina ad modum primae maxime detrita eademque insuper tinctura quae gallae dicitur maculata est, ita ut textus hic illic non sine magna difficultate legitur.

Line 19 et seq: Actually, line 25 on this page can be read without great difficulty, as can all the text on page 464.

Digus amore dei uiuit per secla magister
Uersibus his fateor bis ter iustissime doctor
Sancte tuos damasus uolui monstrare triumphos

FINIUNT UERSUS DAMASI
EPISCOPI URBIS ROMAE

INDEX

CORRIGENDA

Legas p. 2 UICTORIS | 2, 16 **extitit** | 3, 15 **canone qui** | 21, 7 **christi** | ib. 21 **petrum** | 23, 7 **uolunt te uidere** | 24, 13 **in inf**. | 27, 1 *proficiscent* | 35, 20 **domino** | 42, 11 **nathanahel** | 44, 35 **nepthalim** | 91, 5 **tu semper** | 96, 17 ***Mt.*** | 126, 16 ***Mt.* 23.** | 127, 19. 37 ***Mt.* 15, 14** | 129, 7 **[41]haec** | 156, 2 ***Lc. 23, 47*** | 171, 1 **illi** | ib. *apud* | 174, 28 **gal· XXIII·** | 188, 11 **mortali** | 226,14 *adorabit* | 250, 23 **persequebatur** | 257, 26 **tycium** | 259, 31 **christi** | 263, 31 *induite* | 278, 33 **ut abst**. | 286, 22 **omni** | 296, 15 **oppobrium** | 427,15 **SECUNDAE** | 433, **37 sanctus** | 434, 2 **ihesus** | 467, beyond this volume.

Inseras 472, beyond this volume.

Deleas 226, 24 *dei* | 240, 18 *fratres* | ib. 20 *eorum* | 244, 19 *tales*

In Specimine cod. Fuld. legas p. 13, col. 2, 9 *immaculatum | 21, 5 inter vetus et | 28, 25 caro* | Leviora benevole excuses.

Corrections printed in **bold** have been embodied
Corrections printed in *italic* are considered incorrect, and are disregarded
Everything beyond 467 above is considered irrelevant, and can be disregarded.